Grülingii

Medicina


PHILIPPUS GRÜLINGIUS
MEDICUS AULICUS ET CONSUL
in Stolberga Cheruscorum
Anno Ætatis 74. Praxeos 43.
Grülingium Pietas Medicum Iurisq; peritum
Effecit; quin et Pansophiæ effigiem.
Michael Heinricus Horn D.
S. Grim sc. Aug.

PHILIPPI GRÜLINGII,

MEDICI AULICI IN STOLBERGA CHERUSCORUM,

OBSERVATIONUM ET CURATIONUM MEDICINALIUM DOGMATICO-HERMETICARUM,

IN CERTIS LOCIS ET NOTIS PERSONIS OPTIME EXPERTARUM ET PROBATARUM,

CENTURIÆ VII.

Cum Appendice qvorundam Medicamentorum secretiorum in Lucem edita.

LIPSIÆ,
Sumptibus GEORGII HEINRICI FROMMANNI, Bibliop.
Anno M. DC. LXVIII.

VIRIS

MAGNIFICIS, NOBILIBUS, AMPLISSIMIS AC CONSULTISSIMIS

DOMINIS

CONSULIBUS,

QUATUOR VIRIS,

TOTIQUE ORDINI SENATORIO INCLYTÆ REIPUBLICÆ

ERFFURTENSIS,

DOMINIS PATRONIS ET FAUTORIBUS PLURIMUM COLENDIS,

S. P. D.

Cogitanti mihi, Viri Magnifici, Nobiles, Amplissimi ac Consultissimi Domini Patroni plurimum colendi de editione hujus Centuriæ Curationum singularium; statim in mentem venit mihi recordatio

 lauda-

laudatissimæ consvetudinis, cujus sapientissimus ille Plato mentionem facit,dicens: Oportere illum, qvi divulgare aliqvod scriptum secum cogitat,sollicitum esse de qværendo Patrono & Mæcenate,qvi talem gratiâ ac authoritate suâ protegere,atqve illustris sui nominis splendore fovere ac velit, ac valeat.

Hæc cùm mecum meditor, cognosco, me, ut hunc tractatum Medicum Nominibus Vestris, VIRI Magnifici, Nobiles, Amplissimi ac Consultissimi inscribam, duas præcipuas habere caussas:

Prima est,qvòd sciam Vestram Magnificentiam & Nobilitatem ad labores literarios promovendos non modo esse propensissimam & eruditorum virorum amantissimam; sed etiam illos, qvi de bonis Viris aut eorum conatibus utilibus minùs honorificè sentiunt,canè pejus & angve aversari,& summoperè detestari.

Altera est recordatio meritorum perplurium meo filio, dum sua studia Academica apud Vos, Viri Magnifici, Nobiles, Amplissimi ac Consultissimi, continuaret, ipsi exhibitorum. Qvæ etsi hic repetere, & satis laudibus prædicare & extollere non qveam: attamen, ut pro ipsis aliqva ex parte,qvia ex toto impossibile,gratum me præbeam, vel saltem meum ad gratiarum actionem propensum animum aliqvo gratitudinis & observantiæ publico τεκμηρίῳ declarem atque ostendam, æqvitas jubet atqve imperat.

Qvæso igitur, VIRI Magnifici, Nobiles, Amplissimi ac Consultissimi,qvâ Literatos complecti semper soletis, humanitate & favore,ut eô qvoqve me complecti, benevoloque vultu hunc meum laborem, in gratiam Medicinæ Studiosorum susceptum, accipere, atque hoc modo declaratum meum erga Vos, VIRI Magnifici,Nobiles, Amplissimi ac Consultissimi

ſultisſimi honoris & gratitudinis affectum, ſtudiumque boni conſulere velitis.

Hæc ſi à Veſtrâ Magnificentiâ & Nobilitate impetravero, certò ſibi perſvadeant velim, me illi, ad qvævis promptisſimi animi obſequia, nullo non tempore, obnoxium & obligatum fore. Qvod ſupereſt, Numen illud cœleſte devotis invoco & ſollicito precibus, ut Veſtram Magnificentiam & Nobilitatem in Neſtoreos uſque annos ſoſpitem, florentem ac incolumem in tranqvilla Pace & Fortuna conſervare, tandemque ſempiternâ ac cœleſti Felicitate beare velit. Ita quidem voveo; voventi faveat ALTISSIMUS! Dabam Stolbergæ Cheruſcorum die 22. Septembris Anno M. DC. LXI.

Veſtræ Magnificentiæ & Nobilitati

deditisſimus

Philippus Grülingk/
Auliater.

AD LECTOREM BENEVOLUM.

CONstitueram equidem, amice Lector, hanc Novam Centuriam ſingularium Curationum,qvæ tibi jam exhibetur,intra privatos parietes retinere,ac proprio tantùm reſervare uſui. Verùm cum hoc ſcirent Amici qvidam urgendo non deſtiterunt, donec me,qvàm primùm per occaſionem liceret ipſam publici juris facturum, promitterē. Hinc factum,ut Typographo Northuſano propoſitum meum exponerem, & ſimul meam Centuriam ſecundam Curationum ſingularium typis ſuis excudendam traderem, quæ res per DEI gratiam talem habuit ſucceſſum, ut jam nunc prædicta Centuria in præſenti formá, uti vides, typis divulgata ad publicum uſum prodeat, & ſe cuilibet venalem offerat. Tu igitur,quisquis es, Lector amice, hiſce meis laboribus pro te ſuſceptis, fave, ipſosqve benè conſule; & ſi quid forſan hîc minus pro tuo Genio ac Stomacho ſcriptum, dictúmve inveneris, non ſtatim calumniare & ſcabiosè traduce, ſed amicè corrige atqve ignoſce. Errare enim aliqvando accidit, ante me hominibus, & procul dubio omnibus hominibus poſt me accidet. Qvod ſi à Te impetravero ſequentur, DEO volente & mihi vires & vitam concedente, mox reliqvæ Centuriæ, & fortaſsè multa alia. Interea benè vale & me amare perge. Dabantur Stolbergæ Cheruſc. Anno 1661.

Philippus Grülingius,
Med. Aul.

DAt Galenus opes? quid opes? Res vana. Quid aurum?

Quid? nisi splendentis portio parva luti.

Côus honore novo mactat Procerumq; favorem

Comparat? at nutat Gratia, fallit Honos.

Artis Pæoniæ porrò quæ præmia? Laudes

Famaq;, quæ clarat nobilitatq; Viros.

Hæc Pluto fugiente manet duratq;, citato

Gratia cum gressu transit Honosq; perit:

Hæc Statuam ponit, sola hæc monumenta merenti

Erigit haut ullo corruitura die.

Quas hodie moles Ephesus, quam jactitet Ædem?

Pyramidum saltem rudera, Nile, vides.

Caria Mausoli mirarier alta sepulcra

Desiit, & Cyri Regia celsa fuit.

Effigies nusquam Jovis est Phidiæ arte polita,

Cum Babylone sua mœnia versa jacent.

Jampridem cecidit miranda mole Colossus,

Olim etjam, nondum quæ cecidere, cadent,

Hic nihil eximium est, turres arcesq; minantes
Nubibus, ipsa ævi vis diuturna ruit.
At scriptis factisq; manet Fama incluta parta,
Parta juvante Polo Fama, favente Solo.
Hæc Grülingiade, Medicam feliciter Artem
Docte, tuum dudum Nomen ad astra tulit.
Herbarum Vis nota Tibi Curæq; medendi
Te minimè, multos quæ latuere latent.
Haut Medicũ, Medicûm si fas subscribere Punctis,
Enthea Sennerti pagina sola facit
Ars Usum comitem, Praxin Doctrina requirit,
Erratur, Medici nî regit illa manum.
Hæc autem experto seris tibi venit ab annis,
Ipsaq; te Medicum Scripta diserta probant,
Dum modò tam doctè, morbus qua lethifer Arte
Curetur, celebri non sine laude doces.
O quoties facilem promtamq; faventibus Astris,
Ad Te confugiens repperit Æger opem,
Ne dubites, Exempla vide, lege, consule Chartas,
Quas ego victuras jugiter esse reor.

Menti-

Mentitum dices nihil hic, Medicoq; vovebis,
Ut voveo, crescat Gloria, crescat Honos.
En! tua Grülingi vincit frondente corona
Tempora, teq; mori Bructeris alma vetat.
Et nos Canitiem sertis decoramus Amici
Floreq;, quem nunquam turbida carpet hyems.

In honorem
Experientiss. & Clarissimi Dn. Auctoris
deprop.

M. Fridericus Hildebrandus
Sch. North. ConR.

INDEX OBSERVATIONUM ET CURATIONUM.

24. De

84. De

INDEX CURATIONUM.

D. O. M. A.

CVRATIONVM DOGMATICO-HERMETICARUM

OBSERVATIO & CURATIO I.

DE ICTU SERPENTIS in quodam Rustico.

Rusticus Bilaviensis, cui nomen erat Henrico Kelner, cùm anno millesimo sexcentesimo & decimo nono, die vigesimo septimo Maji, lignatum abiret, videt serpentem sub corylo, hinc illam (confisus pulveri, quem Chymiatri Bezoardicum animale vocãt, & ille ante quinquennium devoraverat;) manibus tractare tentat: sed paulò pòst audaciæ pœnam luens, se à serpente in pollice dextro ictum esse animadvertit. Tristis domum properat, quò deveniens sentit primò horripilationem, postea omnium membrorum lassitudinem, tremorem totius corporis, calorem præternaturalem, sitim ingentẽ, pulsum celerem, & incredibilem dextri brachii intumescentiã.

Propterea à suis Northusam vectus, Barbitonsorum & Pharmacopæorum operam experit: Sed cùm ipsi fortasse inscii, quibus remediis huic malo succurrendum, eam ægrotanti denegant, tandem cùm nemini obtrudi posset, ad me defertur: Ego mecum perpendens, quòd præ cæteris membris hîc cor periclitaretur, ipsumq; juvandum esse sine morâ salutaribus medicamen-

camentis, ſtatim hanc potiunculam alexipharmacam ægrotanti propinavi, cujus compoſitio erat ſequens.

℞. *Lapidis Bezoardici pulveriſat.* gr. viiij.
Extracti Mithridatÿ ℈j.
Cardobened. gr. xv.
Specier. liberant. ℈ſ.
Aceti ſcordÿ ʒſ.
Aqu. Cardobened. ℥ ij.

Fiat Mixtura, quæ convenienter data, ſignetur Potio Alexipharmaca.

Hâc ebibitâ proſiliit ſudor largiſſimus, & omnia parùm meliùs ſeſe jam habere viſa ſint. Elapſis igitur horis ſex iterùm dedi hanc potiunculam, præmiſſo tamen confortativo ex Magiſteriis Perlarum, Corallorum, ſpeciebus Diamarg. liberant. &c. quod ægrum à ſudore reficeret.

Nec inter niſi Cordis regioni, naribus, pulſibus manuum ſequens adhibere:

℞. *Ol. nuc. moſch. expreſſ.* ℥ ijſ.
Extract. Mithridat.
Angelicæ ana ℈j.
Ol. rutæ,
Succini,
Citri,
Angelicæ, ana gutt. iij.
Spec. liberant. ℈jſ.

Fiat cum paucâ cerâ vel Ungvento roſato Ungventum, vel Linimentum.

Et ne venenum ulteriùs ſeſe è brachio in corpus diffunderet, arctè brachium prope ſcapulam ligavi, ipſumq; circũ ligamenta benè illinivi Mithridatio bono, & poſtea toti brachio hanc Mixturam impoſui.

℞. *Terræ retentis & à lapidibus benè purgatæ* M iiij.
Fol. Rutæ &
Carduib. ana M iij.

F. ex his Mixtura ad uſum.

Hoc peracto vulnus eruptum eſt, & brachium paulatim detumere cœpit, venenumq; inſtar butyri ex vulnere promanavit, delapſumq; in terram ſtatim quaſi ſevum concrevit.

Potus ejus interea erat cereviſia tenuis, in qua pendebat Nodulus ex foliis Scordii & arboris fraxini: Cibus verò

verò erat juſculum ex carne bovinâ, Gallinarum &c. Cum itaq; viderem collapſas vires corporis jam nunc reſtauratas eſſe ſumtis præſcriptis medicamentis, cogitabam, quomodo reliquiæ, ſi quæ in corpore ex veneno ſupereſſent, radicitùs extirparentur. Reiteravi igitur ſupra notatam potionem Alexipharmacam, & juſſi, ut uteretur in calidâ cereviſiâ ad aliquot dies manè Diaphoretici Paracelſi gutt. x. Quod cùm factum eſſet, Ruſticus ille, quamvis omnes de ipſius vita dubitarent, intra duas ſeptimanas, ex largiſſimâ Dei beneficentiâ, cujus manus in infirmis efficax eſt, priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.

OBSERVATIO & CURATIO II.

DE ULCERIBUS CRURUM.

SOroris meæ Filia, natu major Margarita, cum ſordida linteola ad munditiem corporis pertinentia, purgaret, & ad eluenda ea nudis pedibus in aqua frigida unam atq; alteram horam permaneret, accidit, ut poſt duas ſeptimanas in cruribus erumperent multæ veſiculæ, quæ paulò poſt in cruenta ulcera mutabantur. Res non ad me defertur, neque à me conſilium appetitur. Tandem cùm indies malum invaleſceret, Mater mihi totam rem aperuit. Ego præſcribo medicamenta ſequentia.

℞. *Aqu. ſcabioſ.*
fumar.
cuſcut. ana ℥ j ſ.
Syrup. d. lupul.
d. fumar. ana ℥ j.
Tartari vitriolati ℈ j.
Spiritus Tartari. gutt. v.
Miſce. S. Safft Abends zu nehmen.

℞. *Maſſa pilular. de fumar.* ℥ iſ.
Extr. mechoac. compoſ. gr. vj.
Scammonij ſulphur. gr. iiij.
Ol. aniſi,
fœnic. ana gutt. ij.
F. *pilul.* auff zweymal zu gebrauchen.

 ℞. *Empl.*

℞. *Empl. oxycroc.*
albi cocti,
grisei, ana ℥ j.
Unguent. Nicot. ℥ iß.
Balsami terebinth. gut. xxx.
Malaxentur cum oleo hypericonis.

S. Pflaster zum offenen Schaden.

Quibus medicamentis feliciter curata fuit.

Non minus à me olim duæ mulieres crura ulcerosa habentes, hiscè vulgaribus medicamentis curatæ sunt.

℞. *decocti herb. consolid. Saracen.* ℔. ß.

Hôc quotidiè bis fovebantur ulcera crucis, & postea inspergebatur in ea pulvis foliorum aristolochiæ longæ. Utrisq; vena poplitis etiam secta fuit.

Margarita Jmmerguts in nostro Xenodochio vitam degens, & ostiatim panem quærens, sua crura œdematosa post erysipelas relicta curavit solo pulvere cretæ albæ. Alia decocto boli Armeni albi usa fuit.

OBSERVATIO & CURATIO III.

DE OCULI DEXTRI læsione.

Auriga Northusanus flagelli districtû vehementiori læserat oculum dextrum, cujus tunicæ sangvine plurimo suffusæ cernebantur, eoq; concreto, ob hoc impedimentum facultas videndi illi ablata fuerat, dolore acuto simul & ingenti premente & infestante oculum.

Unde miser me accedens, supplex quasi meam opem imploravit, quam etiam cum divini Numinis adjutorio ego attuli, cumq; visui restitui hoc unico tantum medicamento.

℞. *Aqu. rosar.* ℥ iß.
euphras.
chelidon. ana ℥ ß.
Sacch. Saturni ℈ j.
Camphoræ gr. v.
Misce.

In hisce aquis linteum mundum

dum madefactum, aliquoties in die applicuit oculo læso. Unde paulatim concreto illo sangvine discusso, dolore sedato, ac calore suppresso, illi facultas vivendi rediit.

OBSERVATIO & CURATIO IV.

DE HYPERCATHARSI *in Aurifabro Northusano.*

MAtthias N. Civis N. Pseudochymista & insignis impostor, qui quadrigis invectus hominibus medicamentum quoddam, Saccharum Antimoniale dictum, obtrudere & divendere solebat, quo non modo ægros curare promittebat, verùm etiam eorum crumenas callidè emungere sciebat, Anno 1619. Northusam, nundinas ibidem, quæ jam celebrandæ instabant, visendi gratiam venit.

Hic cum prædictum saccharum Martino Cygneo Northusano Aurifabro divendidisset, & Emptor procul dubio confisus tot magnatibus titulis & inscriptionibus, quibus tale medicamentum decantaretur, avidè quodam die devorâsset, accidit, ut statim post hujus medicamenti usum incautus ille aurifaber sentiat gravissima tormina ventris, quæ paulò post dolor capitis, lassitudo totius corporis, & lypothimiæ periculosæ sequuntur; imò non aberant quoq; crebræ evomitiones, alvi tot tantæq; excretiones, quasi cum ipsis stercoribus simul quoq; intestina excerni deberent, quo ægri vires ita prosternerentur, ut quilibet de ejus vita jam actum esse exclamaret, ipsumq; jam jam moriturum putaret. Ego accitus invenio ægrum adeò exhaustum, ut mihi narrare hujus symptomatis non valeat causam, quam cùm ex adstantibus & consangvineis investigare pergam, experiar hoc malum accidisse ex usu Antimonii non ritè præparati, al-

vumq; nimis solutam citra moram sistendam esse.

Propterea statim brachia & crura arctè ligavi, ventriculo magnam cucurbitam imposui, & hunc pulverem ex adstringentibus Syrupis ægrotanti propinavi duabus vicibus.

℞. *Lapid. hæmat. præpar.*
Ossis d. corde cervi,
Carabe præp.
Psyllij assati ana ʒ ß.

Fiat pulvis subtilissimus.

℞. *Syrup. d. myrtillis,*
Cydonior. ana ℥ i ß.

Mixta dentur ad usum.

Interea quoq; dedi ægroto aliquando aliquot cochlearia aquæ cinamomi, quam singularem vim habere in Antimoniali hypercatharsi, ut non modo in hoc ægro, verum etiam in aliis usû & experientiâ didici.

Postea circa vesperam sumsit æger tria grana laudani opiati, ex quibus non modo instante nocte benè dormivit, verùm etiam alvus restitit. Et cùm animadverterem à materiâ excretâ intestina esse arrosa, ad consolidanda ea tale. Enema ægro injici curavi.

℞. *Decocti rof. & millefol.* ℥ xij.
Amyli ℥ iij.
Sangvinis Dracon. ʒ ij.
Ol. rosar.
Omphacin. ana ℥ j.
Vitell. ovor. num. iij.

Misce & fiat Enema, quod si necessitas postulet, potest reiterari.

Hoc peracto æger meliùs habuit, & nil nisi, ut appetitus amissus & vires collapsæ restituerentur, superesse nobis visum est, quod etiam intra paucos dies magno nostri nominis incremento hiscè sequentibus medicamentis præstiti.

℞. *Conserv. rosar.*
borrag.
bugloss. ana ℥ ß.
Radic. cichor.
Cortic. citri condit. ana ʒ vj.
Spec. diamarg. frig.
aromat. ros. Gabriel.
diambræ, ana ʒ ß.
Salis perlar.
corall. ana ℈ ß.

Syrup.

Syrup. acetos. citri,
de pomis redolent. an. q. s.

F. Elect. molle, de quo in die bis æger sumsit particulam ad magnitudinem nucis juglandis, vel castaneæ.

Παραίνεσις *ad Ægrotos.*

Ex his discant ægroti, sibi à talibus Pseudochymistis & impostoribus cavere, ne idem cum sanitatis & opum naufragio experiri necesse habeant: Nam Medicastri ejusmodi sunt plerunq; suæ professionis desertores; ut Judæi πολυπράγμονες, Juris Apostatæ, Pharmacopæi elatæ mentis, barbitonsores garruli, atq; alii ejus generis vani, rudes & imperiti aselli.

Hi nebulones in causa sunt, ut Chimia non modò malè audiat, verùm etiam ejus cultores, vel parvi pendantur, vel omninò negligantur. Magistratum ipsum itaq; decet, exemplum in his subdolis Machiavellistis, immanibus Neronianis, & conjuratis Catilinariis statuere, ut cæteri sapiant, & in benè constitutis Rebuspubl. Senatus inprimis eò respiciat, ut hæc inutilia corporis Reipublicæ membra recidantur; Medicastrorũ ignavum pecus & scarabæi à præsepibus medicis arceantur: Hoc ut fiat etiam atq; etiam exopto.

OBSERVATIO & CURATIO V.


DE IMPERFORATO utero in puella trium annorum.

Anno 1622. die decimo Septembris, nascitur Annæ Schneiders Concubinæ cujusdam Canonici N. filiola imperforato utero, quem morbum vel naturæ vitium Græci φύμωσιν vocant: Hæc cùm ageret annum tertium, à Matre consilii & auxilii cupidâ, cum clauso antro mihi pro re quasi monstrosa offertur, & osten-

ostenditur. Ego omnia perspiciens video, pinnacula antri clausi cohærere, parvâ rimulâ, per quam nata vix ac ne vix quidem reddere poterat tantumq; membranulâ coaluisse; & facili negotio incidi posse: Propterea consulo, ut Barbitonsor aliquis vocaretur, qui novaculâ acutissimâ aperturam faceret, sed Mater noluit, timens, ne hoc naturæ vitium divulgetur, & Filiæ inde nomē infame exoriatur: tandem autem re melius deliberata, hanc curam soli Matri afferendā & committendam esse mihi persvadeo, quæ quoq; miserta Filię statim nō modò annuit; verūm etiā tertio die pòst rem instrumento apto, & ab opifice meo svasû fabrefacto aggressa aperturam facit, & filiam ita viro aptam reddit. Hôc peractô, singulis diebus ter sequenti ungvento vulnus inungeretur, ipsiq; pessus è rapis siccis qui filo alligatus, turgescendo aperiret rimas, nideretur imperavi; quibus auxiliis parvo temporis spacio ex divinâ gratiâ hæc convaluit: Ungventum vero erat tale,

℞. *Ol. ovorum,*
hypericonis ana ℥ ſ.
Ceræ ℥ j.
Ol. terebinth.
Balsami sulphuris ana ℥ iſ.
Pulveris mastich.
Myrrhæ,
Thuris,
aristolochiæ longæ,
viridis æris,
Ceræ &
Terebinthinæ quantum sufficit.

F. Ungventum.



Instru-

Instrumentum, quo perficiebatur hoc opus, & quod excusum vides, erat hujus figuræ: primò erat ensicula acutissima, instar parvi semicirculi, huic annexa erant duæ transversæ laminulæ, quæ impediebant, ne profundius incisio fieret, quàm par erat, postea erigebat se capulum cultelli, quo instrumentum tenebatur. Hæc virgo Anno 1638. N. N. desponsata, & duorum liberorum mater facta est.

OBSERVATIO & CURATIO VI.

DE OBSTRUCTO EPATE.

Dominus N.N. Diaconus Kelbranus, levi quadam obstructione Epatis laborabat, cui conjungebatur gravitas quædam & tensio dextri hypochondrii, nec non difficultas quædam spirandi, tanquam pathagnomonica signa hujus affectionis. Hic consilio meo utens, sequentem potiunculam sumsit.

℞. *Radic. polypod.*
Cichor.
fænic.
Asparag. ana ℥ ij.
Herb. Eupator.
Flor. Centaur.
Cichor. ana p. j.
Fol. Sen. ℥ ij ß.
Rhab. ℥ i.

Infundantur per noctem in s. q. Aquæ Cichor. Manè factâ ebullit. & express. colentur & clarific. Colaturæ hujus recip. ℥ i ß.

Syrup. Laxativ. ℥ ß.
Extract. Panchymag. ℨ ß. gran. v.
Sal. absinth. ℈ i.
Spirit. Vitriol. gutt. viij.
Misce. F. potiuncula.

Item rogatus dedi ei descriptionem sequentis Noduli, quo necessitate urgente in obstructione Epatis ac Vesiculæ fellis, quæ postrema ipsi perquam familiaris erat, uteretur immerso eo vino absinthite.

℞. *Radic. Cichor.*
Centaur.
Curcum. ana ℥ſ.
Herb. Agrimon.
Capill. ven.
Cuſcut. ana Mj.
Cymar. Abſinth.
Summ. Centaur.
Flor. Cichor.
veron. ana Pj.
Fol. Sen. ℥i.
Rhabarb. ʒiij.
Sem. Aniſ. ʒi.
Cinamomi ʒſ.
Chryſtall. Tart. ʒij ſ.
Ex incisis omnibus irroratisq; Spiritu Vitrioli ℈j.
F. Nodulus.

OBSERVATIO & CURATIO VII.
DE ICTU APUM.

Uxor Elisabetha Domini N. Consulis Hatzgerodensis, dum incautiùs versaretur inter apes, ab unâ illarum improvisò ictum in digito Indice dextræ manûs excepit, undè tumor, dolor & inflammatio magna ob spiculum altiùs adactum, & in Vulnere relictum. Huic ego consilium dedi, ut sequens Cataplasma seu pultem ictui superimponeret, cui consilio cùm paruisset, statim quatuor horarum spacio omnis dolor, tumor & phlegmone, miraculi instar evanuit.

℞. *Folior. Laur. Virid.* numero iiij.
Contundantur probè in mortario addita Theriac. optim. ana ʒſ.
Fiat Mixtura.

OBSERVATIO & CURATIO VIII.
DE CLAVO IN DIGITO pedis.

Uxor Dn. Johannis N. Pastoris prim. Hatzgerodensis, clavum habebat

habebat in digito pedis (Hüner-Auge/ vel Leichdorn/ Germanicè vocatur) ad quem tollendum seu absumendum utebatur hoc Emplastro; quod mirificum & singulare est in hoc tumorum genere.

℞. *Stercor. Ovill.* ℥i.
Acet. Vini acerrimi q. s.

Contund. & misc. ut fiat Cataplasma. Primò supra clavum imponatur Emplastrum citrinum vel Diachylon, ut totus digitus eo contegatur. In medio autem sit rotundum foramen, super quod foramen, quod nudum exhibet clavum, impone superius Cataplasma ex stercore Ovillo paratum, & ter in die renovetur. Et sic paulatim totus clavus pauxillo tempore absumtus est, adeò ut ne Vestigium quidem ejus remanserit.

OBSERVATIO & CURATIO IX.

DE COMBUSTIONE *Manus.*

Eliæ Franckenstein/ Civis Kelbrani minister, ex incuriâ manum dextram vehementer sibi combusserat, pulvere pyrio seu nitrato, undè dolor ingens ei subortus, pustulæq; quàm plurimæ hinc indè in manu excitatæ, quæ ingrescebant, ac multo sero turgescebant. Accurrit ilicò & manum humectavit atramento scriptorio, cujus quidem ope insigne juvamentum sensit, quamdiu manus illo humectabatur, verùm eâ exiccatâ dolor major subsequebatur. Aliud igitur remedii genus quærens, fortè fortunâ incidit in mucilaginem Tragacanthi, cum Aqua Rosarum paratam. Hac igitur mucilagine semel atq; iterùm manum combustam illinens, post triduum vel quatriduum eadem extracta omni ambustione, naturali statui denuò restituitur, nullo impressi mali relicto vestigio.

OBSERVATIO & CURATIO X.

DE PHILTRO HAUSTO.

Ancillæ Domini N. Camerarii Heringensis, in nuptiis quibusdam â quodam Nebulone philtrum sceleratè erat propinatum, quod illa tale nihil suspicans, per imprudentiam totum exhausit, vix horâ unâ elapsâ, tantam pectoris angustiam ac cordis (ut dicebat) compressionem persensit, adeoq; enormiter evomuit, ut non aliter existimârit, quin viscera & interanea omnia Vomitione ista se rejecturum. Sedato post sesquihoram Vomitû, atroces Ventris lancinationes ipsam graviter exercebant, cum capitis ingenti dolore. Ego de his omnibus ab hero suo certior factus, & in Consilium vocatus, quid hoc in Casu opus facto censerem, statim consului, ut sub vesperam cochlearia 5. vel 6. Nasturtii aquatici cum aceto triti ebiberet, & horâ 8. matutinâ sequentis diei eandem potionem repeteret. Meliusculè visa est indè habere. Verùm cùm Ventris dolores nondum remitterent, subsequenti die sequentes pillulas ei devorandas præbui.

℞. *Extract. Helleb. nigr.* gran. xij.
Theriac. gr. x.
Ol. cinamomi gutt. ij.
Misc. F. pilul. numero 3.

Hæ pilulæ ipsi binos Vomitûs excitârunt, & binas sedes moverunt. Ventriculus ei aliquantulum adhuc debilis erat, ob nimios & violentos ejus motûs: pro quo confortando sequenti Condito usa est.

℞. *Conserv. Rosar. antiq.* ℥i ſ.
Miv. Cydon. ℥ i.
Caryoph. crass. incis. ʒ ſ.
Calam. aromat. ʒ ſ.
Cinamomi ℈ ij.
Cum Syrup. Acetos. citr.
Misc. pro Condito.

Hisce

Hisce medicamentis, per me, Deo curam fortunante, iterùm restituta fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XI.

DE MENSIUM SUPpressione.

ACcidit Anno 36. Mense Majo circa novilunium, ut Rustici Filia, virgo robusta, è Pago Wolersleben/ (ob quam caussam ego nescio, fortasse hoc factum, ut ego ariolor, ex consvetudine pravâ & minùs laudandâ) Chirurgum adiret, & de tundendâ venâ in consilium vocaret. Chirurgus rem non benè deliberans ac perpendens svadet, ut sine mora sangvis à Vena Medianâ dextri Brachii detrahatur. Hoc facto menses, quo tempore aliàs fluere deberent, substitêre, & eorum loco semper vel palpitatio cordis, vel Syncope, vel alia symptomata supervenêre. Res tandem ad me defertur; svadeo, ut singulis mensibus, quando instarent menstrua & ægra ejusmodi symptomata persentiret, Saphænam in talo incidere juberet, & sangvinem ad uncias sex vel octo effluere fineret. Quod cùm bis fecisset, statim menses fluere cæperunt, symptomatibus omnibus ablatis, & sic Deo adjuvante feliciter virgo curata fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XII.

DE MORSU CANIS RAbiosi.

PUella quædam Rustica 15. annorum, in Pago Rosla morsa erat à cane rabioso, qui bina Vulnera in brachio dextro ipsi impresserat dentibus satis profunda cum ingenti dolore. Undè ipsius parens anxius &

de filiæ ſalute valdè ſollicitus me acceſſit, conſilium & auxilium meum expetens. Referebat autem Filiam ſuam, poſtquam ita morſa fuiſſet, ex vicinorum & proximorum conſilio, actutum Aquæ frigidæ immerſam fuiſſe. Quod quidem ego non improbavi. Ne autem Venenum altiùs penetrando, totum Corpus occuparet, & malignam ſuam qualitatem principibus membris, imprimis Cordi & Cerebro communicaret, ſvaſo, ut accito Chirurgo vulnera ſeu partes ſauciatas in filia pateretur, probè ſcarificari appoſitis cucurbitulis cùm multa flamma, aut ferro candēte eas profundè inuri. Factâ ſcarificatione ſeu inuſtione, ut cœpa in cineribus prius cocta, poſtea contuſa, & Theriacæ optimè permixta, inſtar pultis loco affecto apponatur. Item quò Venenum magis foràs propelleretur, jubeo ut ei exhiberent hanc potionem ſudoriferam.

℞. *Aq. Scord.* ℥i ſ.
Mithridat. ℈ij ſ.
Extr. Rut. ℈ſ.
Spirit. Vitriol. gutt. v.
Miſc. F. potiuncula.

Ad muniendum Cor & reliqua Viſcera, ne ita facile Venenum admitterent, bis in die de ſequenti Electuario ad magnitudinem Nucis avellanæ ei exhibebatur.

℞. *Conſerv. Scord.* ℥i.
Roſar. ℥ſ.
Terr. Sigill. Veræ,
Radic. Angel.
Zedoar. ana ℈ij.
C. C. uſt. ℥i ſ.
Theriac. Androm. veter. ana ℥ſ.
Extract. Rut. ℈j.
Syrup. d. S. Cardobened. q. ſ.
Spir. Vitriol. gutt. xx.
Miſce pro Electuario.

OBSERVATIO & CURATIO XIII.

DE PODAGRA.

Domi-

Dominus Magister Wilhelmus Wehlerus Pastor Aulicus, & Primarius hujus loci Vir pius, & ab astûtiâ & versutiâ mundi planè alienus, natus annos sexaginta vel circiter, Podagrico dolore cum rubore & pauco tumore malleolos Genu & pollicis magni in pede occupante, correptus à me petiit auxilium, qui sic (Laus Deo) curatus est.

℞. *Cremor Tart.* ʒi.
Tartar. Vitriol. ℈ ij.
Syrup. de Beton.
Oxymell. s. ana ʒ ij.
Aqu. Ivæ Arthet. ℥iij.
S. in urceolo Weich Tränckslein auff zweymal.

℞. *Mechoac.* ʒi.
Turpet.
Hermod.
Cremor. Tart.
Tart. Vitr. ana gr. vj.
Extract. diagrid. gran. iiij.
F. Pulv. cui instilletur
Ol. anis.
Cinamomi ana gutt. j.
fænic. gutt. ij.
Dentur in Charta. S. Purgier Pülverlein.

Cum pulverem hunc respueret, substitui sequentes pilulas.

℞. *MP. d. Hermod.*
Diagrid. sulphurat. an. gr. vij.
Trochisc. alhand. gr. ij.
Extract. calam. arom. gr. j
Tartar. Vitriolat. gr. ij.
Ol. Anis. gutt. ij.
F. Pil. numero ix. inauratæ.
D. S. Pillen auff einmal.

Cùm non remitteret dolores podagrici, ad consumendam materiam peccantem in articulis præscripsi sequentia.

℞. *Ungvent. Martiat.* ʒ vij.
Pingved. Vulp. ʒ ß.
Castor. ℈ ij.
Gumm. Ammoniac. ℈j.
Misc. S. Salbe.

Inungatur locus affectus.

Præscripsi quoq; diætam convenientem.

Vinum quoq; ordinavi, ex quo ad pastum haustum primum bibit.

℞. *Sassaparill.*
Radic. Chinæ,
Lign. Sassaf. ana ʒ i ß.
Radic. pœon.
Irid. Flor. ana ʒ ij.
Caryoph. ʒ i.

Herb.

Herb. Chamæd. ℥ij.
Betonic.
salviæ ana ℥i.
Flor. hypericon.
primul. veris ana ℥ſ.
Macis. ℥ſ.
Sem. Coriand. præparat.
ana ℈iiij.

Incide & contunde ſ. a. pro Vini albi menſuris iij ſ.

Et hiſce à dolore podagrico liberatus eſt.

OBSERVATIO & CURATIO XIV. DE MESENTERII OBſtructione.

JOhannes Müller *Wetteranus*, LL. Stud. cùm in Academiis intemperanter vixiſſet, laborare incipit magnâ Meſenterii tùm obſtructione, tùm humorum ſemiputridorum in illo ſaburrâ; Epatis imbecillitate ferè extremâ, ut & Ventriculi: hinc nulla aderat appetentia; ſed hæc proſtrata planè, omniũ membrorum laſſitudo, circa pectus ſæpè anguſtia: Extenuatio totius corporis. Propterea mater ipſius anno eodem die 16. Martii me convenit, & pro ægro filio ſequentia medicamenta impetravit.

℞. *Spirit. Vitriol.* ℨi ſ.
Tartar. ℨi.
Olei Salis ℈i.

Miſceantur omnia ad Vitrum S. Spiritus.

℞. *Syrup. d. quinq; radicib.* ℥ ij.
Cichor. ℥ i ſ.
Cort. Citr. ℥i.
Oxymell. ſimpl. ℥ vj.

Miſc. ad fictile. S. Safft.

℞. *Extract. Rhabarb.* gr. vij.
Diagrid. gr. iiij.
Mechoac. compoſ. gr. vj.
Cremor. Tartar. gr. vij.
Ol. aniſ.
fœnic. ana gutt. ij.
F. pilul. num. vij.
S. Pillen.

Septies ex harum uſu dejecit æger.

℞. *Spirit. Tart.* ℈j.
Salis abſinth. gr. iiij
Aqu. Card. Bened.

Scabi-

Scabios.
Absinth. ana ℥ is.
Rotular. man. Christ. perlat.
ana ℥ s.
Aqu. Cinamomi. ℥ ij.
Syrup. d. Cortic. Citr. ℥ s.
C. C. ust. præp. gr. iiij.
Magister. Corall.
Perlar. ana gr. iij.
D. convenient. S. Schweiß-Tranck.

℞. *Specier. Diamarg. frigid.*
ana ℈ ij s.
Dianthos,
Diambr.
Diarrh. Abbat. ana ℈ j.
Magister. Corall.
Perlar. ana gr. vij.
Sacchar. fin. alb. in
Aqu. Cinamomi.
meliss. ana q. s. dissolut.
ana ℥ ijs.
Fiant morsuli D. in scatula.
S. Stärck-Morschellen.

USUS HORUM.

Pro præparanda in Mesenterio, quæ adhuc latitat, & obstructionem parere solet, materia semiputrida facit primum & secundum medicamentum; si manè & vesperi horis ij. vel iij. ante cibum calefiat haustulus cerevisiæ, & in hoc dissolvatur primum cochlear unum ex Syrupis, quorum nota Safft; deindè instillentur ex Spiritibus guttulæ quinq;, & capiatur per biduum.

Postea pilulæ manè usurpentur.

Sequenti diè haustus sudoriferus sumatur, expectato in lecto sudore.

Ultimò sumat æger post sudoriferum singulis auroris morsulum unum superbibendo boni vini haustum.

OBSERVATIO & CURATIO XV.
DE CLAVO IN RUSTICO.

Quidam Rusticus in Stempeda laborabat ex attritu calceorum clavo in digito dextri

E

tri pedis, huic auxilium tuli sequentibus Remediis.

℞. *Gummi ammoniac.*
galbani, ana ℥ ß.

Malaxentur aceto, donec in Emplastrum emolliens evadat, quod super impones. Valdè profuit.

NOTA.

In Clavis eruendis valdè laudatur à Rulando tanquam secretum magnum sequens.

℞. *Ol. Sulphuris per campan. factum* ℥ ß.
Salis alkali ʒ ij.
Sem. hyoscyami ʒ i.
Opij ana ℈ iiij.
Tere & misce.

Hoc nunquam usus sum, experientia probabit.

OBSERVATIO & CURATIO XVI.

DE CLAVO IN ÆDILI Stolbergensi.

Dominus Johan Lucas Gruber / Ædilis hujus loci, callosa quadam eminentia, quam Latini clavum, Germani Krain / Elster Augen oder Leichdornen vocant, laborabat, in digito dextri pedis, ob quam nō modò quotidiè gravem dolorem patiebatur, verum etiam in incessu magnum impedimentum sentiebat.

Postulabat igitur à me, quomodo hic intollerabilis affectus curetur. Ego præscribo sequentia.

℞. *Gum. ammoniac.*
galbani in acet. dissol. ana ʒ ß.
Sal. ammoniaci ℈ j.
Emplastr. diachylon magn. ana ʒ i ß.

M. & fiat Emplastrum; Cum panno super clavos ponatur, tertio aut quarto die semper mutato. Est experimentum infallibile.

Aliquando sic mutavi Emplastrum.

℞. *Picis navalis* ʒ i.
Galbani ʒ ß. *in aceto dissoluti,*
Salis

Salis ammoniaci ℈j.
Emplastr. diachylon, magn. ʒjß.
F. Emplastrum.
Multos curavi succo herbæ Esulæ.

OBSERVATIO & CURATIO XVII.

DE AFFECTU EODEM.

Rusticus quidam Rotlebrodanus laborabat Clavis in utriusque pedis digitis, quam Græci ἧλον, Barbari Almusmar vocant, hunc me consulentem ita curavi.

Primò abradi scalpello Clavum, vel affricare pumice jussi, hoc facto superim positum est Cera rubea, (in aliis Cera viridi usus sum) & sic feliciter cura absoluta fuit.

Idem præstat succus chelidonii, & est præsentissimum remedium.

OBSERVATIO & CURATIO XVIII.

DE PHRENITIDE VEL *Insania*.

Rusticus quadragenarius in Insaniam cum Vigiliis & siti maxima conjunctam incidit.

Hic sequentibus remediis, Deo benedicente, sanæ menti restitutus est.

Primò (quia Vires erant integræ, in prostratis enim viribus licet tantummodo applicare Homoplatis & cervici apponere cucurbitulas) venam Cephalicam (in aliis aliquando jecorariam) secari, eandemque fideliter ligari, & pice ne temeritate Phrenetici dissolveretur, obduci jussi.

Secundò ad revellendum materiam applicui Clysterem sequentem.

℞. *Fol. sen. Al.* ʒß.
Pulp. colocynth.
Hellebori nigri ana ʒj.

 Herb.

Herb. majoran.
Chamomil.
Origani.
Salviæ.
Centaurei minor. ana M ſ.
Flor. lilior. convall.
anthos ana p. ij.
Radic. bryoniæ,
aſari ana. ʒ iiſ.
agarici ʒ iij.
Miſce & coque in ſ. q. aquæ ad medietatem.
Colaturæ ℞. ℔. i.
Cremor. Tartari,
Salis commonis ana ʒ iſ.
Mellis deſpumati ℥ i.
Ol. olivar. ℥ ij.
M. F. l. a. Enema.

Ad evacuandam materiam pilulæ hæ ordinatæ ſunt.
℞. *Mercurij dulcis* ℈ ij.
vitæ præp. ℈ j
Extract. hellebori nigri gran. xxiij.
Extract. aloes ℈ iſ.
Panchymag. Croll. ℈ j
Tartari Vitriol. ℈ ij.

Fiat maſſa cum Syrup. diaſer. Doſis erat ʒ ſ. vel gr. xv.

Ad bilis fervorem reſtringendum Capiti Epati & Teſtibus refrigerantia adhibui.
℞. *Aqu. roſar.* ℥ iij.
violar.
nymph.
ſolatri,
plantag. ana ℥ i.
Ol. roſarum,
nenuph. ana ℥ ſ.
Acet. roſar. ℥ i.
Croci parum,
Laudan. opiat. ℈ ſ.
F. Oxyrrhodinon Capiti applicandum.
℞. *Aqu. Endiv.*
roſar.
portul.
nymph.
acetoſ. ana ℥ i ſ.
Aceti roſar. ℥ i.
Pulver. roſar.
ſantali rubr.
ſpic. Indicæ ana ℈ ſ.
Spec. diarrh. Abbat.
diatr. ſantal. ana ʒ ſ.
Miſce, fiat Epithema Epati tepidè applicandum.

Idem Epithema teſtibus applicui.

Tertiò ad alterandum ſequens exhibui.

℞. Con-

℞. *Conserv. rosar. cum Spiritu Vitrioli* ℥ ijß.
violar.
acetos.
nymph.
borrag. ana ℥ j.
Spec. diamarg. frig.
diatr. santal. ana ℥ ß.
Rob ribium.
berb.
Syrup. acetos. citri ana q. s.
Misce. S. alteric- und Stärck-Latwerge.

Quartò ad somnum conciliandum. Dedi Laudan. opiat. In aliis præscripsi aliquando in eodem casu ungventum sequens.

℞. *Ungvent. popul.* ℥ j.
Ol. mandrag.
papav.
nenuph. ana ℥ ß.
Opij dissolut. in acet. ℈ j.
Croci gran. vj.
ceræ parum.
F. Ungventum.

Potus erat aqua hordei.

OBSERVATIO & CURATIO XIX.

DE MEDICO IMPERITO, qui volebat evocare menses in puella valetudinaria.

Aliquando fit, ut subsistentibus mensibus sangvis ille præsertim in extenuatis ex longo morbo, vel alia causa à natura pro conservatione & restitutione retineatur, & ita tũc na sangvis non superfluit, nec per menstrua emittitur: Et sic provocari non potest, ut sibi nuper persvadebat Medicus imperitus, qui consvetas menses nitebatur evocare. Hic enim in puella valetudinaria & extenuata ob retenta menstrua in consilium vocatus, promittit & sanctè pollicetur se perfecturum medicamentis secretis, ut intra paucos dies spontè erumpere deberent. Medicus curam incipit, & omnibus modis studet provocare menstruorum fluxum, præscribendo purgationes, sudorifera, & id genus alia: item pertundendo in talo venam, sed

ſed omnia ſine felici ſucceſſu, quia ab his omnibus magis magisq; ægra extenuaretur, & indies pejus haberet: quare ad me miſit puella mulierem, cui conſului, ut virgo cibis reſtaurantibus uteretur, & ubi magis carnoſa evaſiſſet, ſi tunc debito modo menſes non fluerent, rurſus me accederet, ut tunc commoda remedia adhiberentur.

OBSERVATIO & CURATIO XX.

DE HERPETE MILIARI.

Fllia Domini N. Conſulis Elricenſis, 18. annorum, quandam affectionem in fronte patiebatur per 7. menſes, quam Herpetem miliarem vocant Medici. Puſtulæ enim parvæ innumeræ totam ferè frontem obſidebant, ad palpebras usq; oculorum ſerpentes cum pruritu, calore & rubore ingenti.

Exiccabantur aliquoties ſponte & exiccatæ decidebant, ſed mox iterùm repullulabant, & per frontem hinc indè ſerpebant. Oriebantur verò hæ puſtulæ à nimia caliditate, acredine & ſalſedine Sangvinis, generati ab Epatis temperamento præcalido & ſicco. Quod ut ad mediocritatem reducerem, & Sangvinis acrimoniam obtunderem, Curationem ita molior.

℞. *Radic. Cichor.* ℥vj.
polypod. ℥iij.
Herb. Fumar.
Cichor.
Endiv. *ana* Mj.
Summit. Lupul.
Flor. Borrag.
Cichor.
Violar. *ana* Pj.
Sem. 5. frigid. maj. ana ℥ſ.
Aniſ. ℥i.
Fol. Sen. Al. ℥ſ.
Rhabarb. flav. ℥iij.
Lapid. prunell. ℥ij.
Cinamomi ℈ij.

Incidantur l. a. minutim & includantur nodulo.

Hunc

Hunc nodulum imposuit Cerevisiæ Numburgicæ, & per 5. dies de ea bibit. Unde factum, ut natura aliquo modo adjuta, majori vi pustulas foràs protruderet. Sexto die hausit in lecto manè hoc sudoriferum.

℞. *Aqu. Rutæ.* ℥vj.
Card. benedict. ana ℥ß.
Spirit. Tart. ℈ij.
Extract. Theriacal. ℈j.
Sal. absinth. ℈ß.
Spirit. Vitriol. gutt. 6.
Misc. F. potiuncula.

Postea ad majorem Sangvinis mundificationem bis in die capiebat ℥i. de Syrupis hisce.

℞. *Syrup. de Cichor. cum Rhab.*
fumar.
Lupul.
epothym. ana ℥ij.
Spirit. Vitriol. ℈j.
Misc.

Quibus absumtis sequenti manè & hoc purgans offero.

℞. *Extract. nostr. Cathol.* gr. vij.
Aqu. Cichor. ℥i.
Cinamomi ℥i.
Magist. Corall. gr. 6.
Spirit. Vitriol. gutt. v.
Misc. pro potiuncula.

Pustulas verò in fronte inungebat hoc Ungvento.

℞. *Ol. Ovor.* ℥ß.
Tartar. ʒij.
Ceruss. ʒij.
Flor. Sulph. ℈iiij.
Balsam. Sulph. ʒj.
Litharg. ℈ij.
Thur. ℈j.
Camph. gr. xij.
F. Ungventum.

Nil planè contulit hoc Ungventum istud; illitum enim supra frontem, totum in parte affecta remansit, ac firmiter adhæsit, adeò ut nulla arte abstergi potuerit. Jubeo itaq; ut solo oleo tartari inungeret pustulas, quod & fecit, undè illæ exiccatæ paulò post cum supra dicto Ungvẽto deciduæ factæ sunt. Sed quia Virgo hæc fluxum liquidum humorum calidorum acrium, mordacium, ex sinistra aure patiebatur; idcircò pro evacuando capite & exiccando isto fluxu, ex meo præscripto sumsit has pilulas.

℞. *Ex-*

℞. *Extract. phlegmag. meæ descript.* ℈j. gr. ij.
Essent. panchymag. gutt. v.
Ol. anis. gutt. j.

Cum aq. Betonic. F. pilul. numero v. Verùm cùm nec dū cederent, hisce præscriptis medicamentis idcirco Sangvinem adhuc majori mundificatione & emendatione opus habere judicans, mixturam sequentem ei ordino.

℞. *Syrup. de Fumar.* ℥j.
Cichor. cum Rhab. ℥ i ſ.
Spirit. tart. ℈ iiij.
Vitriol. ℈j.
Sal. Corall. ℈ j ſ.
Extract. Cichor. ℈ ij.
Sal. Cichor. ℈ j.
Misc.

De hac mixtura manè binis horis antè cibum sumebat ℥ij. cum ℥ ſ. Aqu. Fumariæ. Qua absumta denuò aliud diaphoreticum hausit.

℞. *Aqu. fumar* ℥j.
Spirit. tartar. correct. ℥j.
Misc. pro una dosi.

Post usum sudoriferi postridiè ei offero hoc.

℞. *Turpethi. mineral.* gr. iij.
Cum mastiche formentur duæ pilulæ parvæ.

Semel tantùm evomuit ac alvum dejecit.

Tandem ad refrigerandum nimium Calorum Epatis hoc condito quotidiè utebatur.

℞. *Conserv. Bugloss.*
violar.
flor. Cichor. ana ℥j.
Radic. Cichor. condit.
Lact. Hisp. condit. ana ℥ ſ.
Spec. 3. Santal. ℥ j ſ.
Magist. Corall. ℈j.
Syrup. de Cichor.
C. Rh. & Spirit. Vitriol.
q. s. ad acorem.
Misc. F. Conditum.

Post usum conditi istius, autor ei fui, ut alternis diebus sumeret gutt. 6. Spiritus Vitrioli rectificati cum ℥ ſ. Aqu. Fumar. jejuno Ventriculo, quo & valdè juvata fuit, & paulò post ab hâc fœdâ affectione restituta.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO XXI.

DE METU PARALYSIS.

CHristophorus Gangolphus Colonus Ufstrungensis, cum Northusanas nundinas inviseret, & se nimio cerevisiæ & vini potu onerâsset, fit, ut domum reversus laborare incipiat, quodam torpore lateris sinistri, exinde lingvæ impotentia subsecuta, ita ut vix proloqui, & se conaretur magno cum conamine, molestiâ & tædio posset. Cephalæa quoq; aderat, cerebrum frigidum & humidum, urina etiam alba & cruda quodammodo; periculum erat de Paralysi. Pro tali morbo tunc ægro sequentia medicamenta, quibus quoq; ex Dei gratiâ non longè pôst convaluit, ordinavi.

℞. *Rad. mechoac.* ℥iij.
Fol. sen. s. s. ℥x.
Agarici ℥ß.
Cort. helleb. nigr. ℥j.
Flor. stæch.
antos
beton. ana p. ij.
Herb. beton. salviæ,
pulmonar.
hyssopi ana M. ß.
Cinamomi ℥j.
Macis
garyophyll. ana ℥ß.
Ex incisis & contusis F. Nodulus pro Vini mensur. ij.

℞. *Ol. nuc. mosch. express.* ℨiijß.
succini,
anthos,
garyophyll.
macis
carvi ana gutt. ij.
Ambræ
Zibetti ana gran. j.
M. F. Balsamum.
S. Hauptbalsam.
Quo inungatur Nucha, tempora & pulsûs.

℞. *Mastichis* ℨijß.
Rad. pyreth.
Nuc. mosch.
cubeb.
macis,
Sem. anisi ana ℨij.
Majoran. ℈ß.
Alipt. mosch. gran. iiij.

Cum cera & melle inspissato fiant masticatoria ad pondus gran. xxv.

Unum atq; alterum teneatur in ore, & masticetur, postea collecta pituita expuatur.

℞. *Panis sacchar. aromatisat.*
Carn. cydon. ana ℥ ſ.
Sem. anisi,
fœnic.
Nuc. mosch. ana ℥ j.
Corall. rubri præparat. ℥ ſ.
Sacch. rosat. tabulat. ana ℥ iſ.

F. pulvis, de quo sumatur semper post pastum ℥ j, nihil superbibendo.

OBSERVATIO & CURATIO XXII.

DE SCABIE IN ADOlescente Studioso.

Levinus Teleman, Christophori Telemanni Filius, in pago Furra, cùm Ilfeldæ operam literis navaret, & nullâ habitâ cibi ratione omnia avidè devoraret; accidit, ut exindè in Ventriculo multi humores crudi nascerentur, qui postea ad Epar missi sangvini sese immiscuêre, & scabie cutem deformavêre; propterea hâc re mihi notâ in officinâ pro ęgro scabioso concinnari, jussi sequentia medicamẽta, ex quorum usû, ut pater ejus postea cùm pharmacopæo pretium solvendi gratiâ Northusã veniret, mihi retulit, quod benè sese habuerit, & intra mensem sanitati pristinæ restitutus sit.

℞. *Fol. sen. s. st.* ℥ ſ.
Agaric.
Radic. mechoac. ana ℥ ſ.
Zingib. ℥ j.
Scolopend.
fumar.
Capill. Vener.
Cuscut. ana ℥ j.
Radic. Glycyrrh.
polypod. ana ℥ j.
cichor. ℥ ij.
Passular. major. ℥ ſ.
Flor. borrag.
bugloss. ana P j.

Fiat decoctum in sufficient. aqu. quantit. pro ℥ vj.

Syrup.

Syrup. de fum.
Epithym. ana ℥ vj.
Spirit. Vitriol. gutt. iiij.
Fiat haustus D. convenient.

Hic dividatur in duas æquales partes, unam hodiè duabus horis ante cibum, alteram crastinâ aurorâ capiendo.

Probè evacuato corpore ab humoribus istis crudis, eorum quoq; reliquias in venis per tale sudoriferum ulterius expellere ausus sum.

℞. *Spirit. tart.* ℈ j.
Sal. absinth.
Tartar. alb. Vitriol. an. gr. x.
Syrup. de acetos.
de duabus radic. an ℥ iij.
Aqu. scabios.
fumar.
Vini alb. ana ℥ j.
Rotul. man. Christi ℥ i ſ.
Aqu. cinamomi ℥ ſ.
Misc. pro haustû sudorifero.

℞. *Farin. fab.* ℥ ij.
Ceruss. ℥ iij.
Sulph.
Nitr. ana ℥ i ſ.
Radic. Ireos,
Majoran. recent. ana ℥ ſ.
Sapor. commun. ℥ ij ſ.
Sev. hirc. ℥ ſ.
Styrac. liquid. ℥ ij.
Ol. spic. ℥ i ſ.
tart. pro deliqu. fact. ℥ j.

Pulverisanda pulverisentur, & cùm cæteris supra carbones incorporentur, & globi postea ex materia infrigerata ad formam parvæ castaneæ formentur; quibus post egressum sequentis balnei totum corpus inungatur.

℞. *Fol. lapat. acut.*
fumar.
malv. cum radic.
Radic. helen.
Scabios. ana M j.
Baccar. Laur.
Sal. commun. ana ℥ j.
F. Balneum.

OBSERVATIO & CURATIO XXIII.

DE TUSSI.

Domini Christophori Wechsung/ filiolus 2. annorum patiebatur

tur ferinam tussim conjunctam cum molestiâ illâ respirandi, quam vulgò dicimus **das röcheln**/ quam tamen paucis auxiliis pharmaceuticis depuli.

℞. *Ol. amygdal. de rec.* ℥ j.
Mann. Elect. ℥ vj.
Extract. liquirit. ℈ ij.
Lact. Sulphuris ℈ j.
Cum Aqu. Scabios. ℥ v.

Misc. pro Lambitivo. Dosis cochlear parvum per intervalla, immediatè super comedendo 2. vel 3. Rotularum sequentium.

℞. *Extract. Scabios.*
enul. ana ℈ ỉs.
Spec. diapenid. ℈ ij.
Sacchar. Cand. in Aqu. Hysop. dissolut. q. s.
Ol. anis. gutt. iij.
Misc. F. Rotulæ.

OBSERVATIO & CURATIO XXIV.

DE TUSSI SICCA EX MAteriâ salsâ & acri.

TExtor Northusanus, quadraginta annorum gravi siccaque tussi ex materiâ acri & salsâ, per aliquot annos laborabat, qui præter omnem spem ex sequentibus medicamentis liber evasit.

℞. *Crem. Tart.* ℈ j.
Tartari Vitriol. gr. xv.
Crystalli Tartar. ℈ s.
Syrup. Violar. ℥ i s.
Misc. S. **Weichunge.**

℞. *Decoct. pectoral.* (*cum foliis sen.* ℈ ij.) ℥ iij.
Infund. per noctem
Agaric. opt. & Rhab. ana ℈ j.
Spic. Indic.
Sal. gemm. ana ℈ j.
Tartar. Vitriol. gr. vij.
Manè fiat expressio: Colaturæ add.
Elect. diaseb. ℥ i s.
diaphœnic.
de succ. rosar. ana ℥ s.
Syrup. de jejub. ℥ s.
Mell. rosar. ℥ vj.
Ol. anis.
fœnic. ana gutt. j.
Misc. F. Haustus.

Hoc

Hoc quinquies ægrum, cùm darem, purgabat.

℞. *Syrup. de jejub.* ℥ iß.
de liquirit.
Loch de papav.
pulm. Vulp. ana ℥ ß.
Spec. diatrag.
frigid. ʒ j.
Flor. sulph. ʒ ß.
Spirit. sulphur. gutt. x.
Rubin. sulphur. gutt. v.
Cum Aqu. Scabios. parum.

F. Loch. vix bis aut ter æger hoc Eclegma sumsit, & miraculi instar tussi erodi molestia evanuit. Ungventum pectorale quoq; præscripsi.

℞. *Ungvent. dialth.* ℥ iß.
Ol. amygd. d. ℥ iß.
Lilior. alb.
Violar.
Nenuph.
Pingv. de Gall.
Butyri s. s. ana ℥ ß.
Ceræ parum.

F. Ungventum. S. Salbe zur Brust.

OBSERVATIO & CURATIO XXV.

DE TUSSI ET DIFFICULTATE ANHELITÛS.

Senex 72. annos agens, tussi & difficultate anhelitûs laborabat, qui salubri operatione sequentium medicamentorum citò convaluit.

℞. *Aqu. verben.*
ungul. caball. ana ℥ j.
Syrup. de hyssop.
de jejub.
de glycyrrh. ana ℥ ß.
Cremor. Tartari ʒ j.

F. mixtura. S. Weichtränckein.

℞. MP. *de agarico,* ʒ j.
Panchymagogi Crollij,
Diagrydij,
Gummi guttæ ana gr. ij.
Ol. Anis.
fænic. ana gutt. ij.

Misce, & cum syrup. violar. fiant pil. No. xxv.

℞. *Loch san & expert.*
de passul.
de pino, ana ℥ iß.
Syrup. de hysop.
de glycyrrh.
de jejubis ana ℥ ß.

Extract. liquir. ℥ ſ.
Flor. ſulphuris cum ſacch.
Candi ſublim. ℈ j.
Lactis ſulphuris,
Spiritus ſulphuris gutt. x.
Aqu. violar. parum
Miſce in urceolo.
S. Safft offt zu lecken.

℞. *Spec. diayr.*
diatr. frig ana ℥ j.
Pulv. glycyrrh. ℈ ij.
Tinctur. balſami ſulphuris gutt. ij.
Sacch. Candi albi. ℥ iſ.
F. pulv. detur ad Schatul.
S. Bruſt Pulver.

OBSERVATIO & CURATIO XXVI.

DE TUSSI ET ANGUſtiâ pectoris.

Ante ſex annos aut præter propter ex tuſſi ingentiſſimâ laborabat clariſſimus Dominus Magiſter Johannes Leidenfroſt/ Paſtos in Wipper/ ut quilibet adſtantium autumaret, hanc tuſſim prædictum Magiſtrum tandem extincturam.

In conſilium igitur vocatur excellentiſſimus Dominus Licentiatus N. N. amicus meus ſingularis, qui præſcribit ægro primùm leniſſimum purgans, & mixturam ex Eſſentiis tuſſi reſiſtentibus concinnatam, ſed ſine ullo adjumento; Ego vocor, & ſvadeo, ut ſequentibus uteretur.

℞. *Spec. diayr. ſ.* ℥ ij.
Flor. Sulph. ℥ ſ.
diahyſſop.
diapenid. ana ℈ ij.
Extr. Veronicæ,
glycyrrh. ana gr. vj.
Pulv. tuſſilag. ℈ ij.
Lactis ſulphuris gr. xij.
Sacch. Canarij,
Candi albi,
Diſſolut. in aquâ ſcabioſæ ana q. ſ.
F. Morſuli. S. Bruſt Morſellen.

℞. *Emplaſtr. de meliloto* ℥ iiſ.
Malaxetur Olei aniſi & feniculi ana gutt. x.
S. Pflaſter.

Quod

Quod ægroti pectoris regioni applicui, quo pituita glutinosa pulmonibus adhærens emolliretur, & emollita faciliùs per vias ac meatûs pulmonum educeretur. Interim quia plethoricus erat, non neglecta est venæ sectio.

Quibus medicamentis, Dei beneficio, ægrotus sensim convaluit, & pristinam recuperavit valetudinem.

OBSERVATIO & CURATIO XXVII.

DE TUSSI VALIDA CUM vomitu cibali.

Domini Philippi Günthèri filiolus natu minimus annorum trium afficiebatur ingenti tussi, quam nonnunquam sequebatur Vomitus cibalis. Duraverat autem per quatuor dies. Quæ cùm non cessaret, meumq; consilium rogaretur, ordinata illa à me fuêre bina hæc remedia, quibus usurpatis, paulò post rectiùs habuit.

℞. *Loch de pass.* ℥ iſ.
Syrup. de prass. ℥ ſ.
Extract. scabios.
Flor. sulph. ter sublimat. *ana* ʒ ſ.
Ol. anis. gutt. iij.
Misc. pro Lambitivo.

Ungventum pro pectore.

℞. *Axung. Anser.* ℥ j.
Ol. amygd. d.
Lilior. alb. ana ℥ ſ.
Ol. stillat. Cer. ℈ j.
Extract. Croc. gr. vij.
Ceræ pauxill.
Misc. F. Ungventum.

OBSERVATIO & CURATIO XXVIII.

DE TUSSI INGENTI.

Vir 36. annorum à tussi chronicâ liber evasit hoc modo.

℞. *Aga-*

℞. *Agaric.* ℥j.
Turpet. ℥ſ.
Spic. ℈ſ.
Zingiber. ℈j.
Infundantur in Vin. & aqu. farfar. q. ſ. exprimantur.
Colatur. add.
Elect. diaphæn. ℥ij.
Mell. roſat. ſolut. ℥ſ.
F. Hauſtus.
S. Purgier Tränckle in.

℞. *Syrup. de hyſop.*
de heder. terr. ana ℥ iſ.
de ſucc. ſcabioſ. ℥ vj.
Loch. de pulmon. vulp. ℥ſ.
Extract. helen. ℈j.
Scabioſ. ℈ſ.
Flor. ſulph. ℈j.
Pulv. Hal. contr. Phthiſ. ana ℈ iſ.
Spirit. ſulph. gutt. viiij.
vel

℞. *Syrup. de alth.*
Fern. ℥j.
jejub. ℥ vj.
papav. errat. ℥j.
marrub. ℥ſ.
Oxymell. ſquillit. ℥ iij.
Loch. caut.
ſan. & expert. ana ℥ſ.
Spirit. acid. ſulp. gutt. x.
Eſſent. Croc. ℈ſ.
Miſc. pro lambili, detur ad Urceolum.

℞. *Lact. ſulphur.*
Terebinth. pulveriſ.
Oculor. 69. *ana* ℥j.
Spec. diatrag. frig. ℥ iſ.
Corall. rubr. præp. ℥ſ.
Extract. Veron.
Ireos.
Scabioſ. ana ℈ſ.
Sacchari albi in aquâ ſcabioſ. diſſolut. ℥ vij.
F. ſ. a. Rotulæ.

OBSERVATIO & CURATIO XXIX.

DE FEBRE QUARTANA.

NObilis Vir, Valentinus à N. quinquaginta annos natus, ad aliquot ſeptimanas quartanam ex intemperantiâ victûs perpeſſus, ſequentibus remediis, Deo ſit laus, curatus eſt.

Pri-

Primò dedi levem purgationem ad hunc modum.

℞. *Fol. sen. s. s.* ℥ ſ.
Fol. ceterah.
Flor. borrag.
bugloſſ. ana p. ij.
Epithymi ℈ iſ.
Paſſularum ℥ ſ.

Infunde in aquâ cichor. q. ſ. ebulliant, & colentur.
Colaturæ ℞. ℥ iiij.
Syrup. de pomis Regis Saporis ana ℥ j.
Tantari Vitriol. ℈ j.
F. potus. S. Purgier Tranck.

Secundò poſt biduum è vena Mediana detractus eſt ſangvis ad ℥ vij, qui erat melancholicus & craſſus, (nam ſi bonus & ſubtilis fuiſſet, ſtatim juſſiſſem cohibere ſangvinis fluxum.) Deinde ad alterandam & concoquendam materiam præſcripſi ſequens.

℞. *Syrup. violar. ex ſucco de endiv. ana* ℥ iſ.
de capill. ven.
Epithym. ana ℥ j.
Aqu. Cichor.
bugloſſ.
borrag. ana ℥ iij.
Miſc. S. Tranck.

De hoc capiantur ſingulis auroris ℥ iiij.

Hoc peracto ſumſit æger ſequentes pilulas.

℞. MP. *antitart. Querc.* gran. xv.
de ammon. ℈ ſ.
Extract. fol. ſen. gr. iij.
Diagrid. gr. ij.
F. Pilul. No. ix.

S. Pillen. Et cùm quereretur æger de dolore ſiniſtri lateris, adhibui Oleum, quod ſequitur.

℞. *Ol. de cappar.* ℥ iiijſ.
Flor. Geniſt. M ſ.

Coqu. parùm in duplici vaſe, poſtea cola; Colatura S. Oel zur Seiten.

Ultimò ordinavi ſequentem pulverem.

℞. *Pulv. araon. Quer.* ʒ iiſ.
Tartar. Vitriol. ʒ ſ.
Miſc. & Da in ſex chartis.

Singulo manè ſumatur charta una in brodio. Et cùm debilis fieret æger, præſcribebam

bam ad augendum cordis robur.

℞. *Conserv. borrag.* ℥ ij.
cichor. ℥ ſ.
Rad. cich. condit. ℥ vj.
Cortic. citr. condit. ℥ ſ.
Spec. diarrh. Abbat.
lætit. Galen. ana ℈ i.

Cum Syrup. de Borrag. vel flor. tunic. vel violar. q. ſ.
F. Electuar. S. Stärck Latwerge.

Præſcripſi quoque diætam convenientem.

OBSERVATIO & CURATIO XXX.

DE FACIE GRANDINOSA.

DOminus Johannes Wernerus, J. U. Candidatus, annorum XLIX. Conſtitutione corporis Cholericâ & Sangvineâ faciem habebat rubicundiſſimam, cum multis grandinibus hinc indè per eandem diſpertis. Ortum autem habebant à Sangvine calidiori & biloſo, in Epate, ſuâ naturâ & temperamento præcalido, generato. Ad hujus Contemperationem igitur præſcripſi ſequens decoctum, quod non parum juvamenti attulit.

℞. *Radic. Cichor.*
polyp. ana ℥ iſ.
acetoſ. ℥ j.
Herb. Epatic. Nobil.
agrimon.
fumar. ana M j.
Flor. Borrag.
bugloſſ.
cichor.
violar. ana P j.
Cord. rad. Frag. ℥ ſ.
Sem. Aniſ. ℥ iſ.
cucumer.
melon. ana ℥ ij.
Cuſcut. ℥ ij.
Fol. Sen. ℥ ij.
Rhabarb. ℥ ſ.
Cremor. tart. ℥ ij.

Inciſa ſingula minutim coqu. in ſ. q. Seri caprini. Decoctum poſtea coletur & clarificetur. Doſis ℥ iiij plus minusvè, idque per plures dies.

CURA-

OBSERVATIO & CURATIO XXXI.

DE VENTRIS TORMInibus in infante.

DOmini Heinrici Kalen, Camerarii Stolbergensis filiolus septem hebdomadum acerbissimis Ventris torminibus ex solis flatibus excitatis vexabatur, cum ejulatibus & Vigiliis ferè continuis. Huic ego ordinabam seq. Linimentum, quo Venter calidè inungebatur.

℞. *Ol. absinth.* ℥ iß.
Rut. ana ℥ ß.
dest. menth. gutt. xiiij.
carvi gutt. vj.
M. F. Linim.

Injiciebatur & pro flatuum discussione, solicitandoq; Ventre seq. Enema.

℞. *Radic. lilio. alb.* ℥ ij.
Origan. M j.
Flor. aneth.
melilot.
chamom. ana P j.
Sem. Fœnic.
rut.
lini ana ℥ iß.
Coqu. in s. aqu. pro ℥ iij.
add. Mell. Rosat. colat. ℥ iij.
Ol. Chamom. ℥ ß.
rut. ℥ iß.
Misc.

Eidemq; quoq; post biduum ab usurpatione horum medicamentorum, cùm apparerent nonnulla signa, metum facientia de futurâ Epilepsiâ, Mixtura hæc pro præservatione hujus affectûs ordinata fuit.

℞. *Aqu. fl. tiliæ,*
pæon. ana ℥ j.
Spirit. ceras. ℥ ij.
Syrup. de pæon. ℥ ß.
Extract. pæon. ℥ ß.
Sal. Corall.
perlar. ana ℈ j.
C. C. ust. præparat. ℈ j.
Spirit. Vitriol. gutt. v.
Misc. Dosis Cochlear parvum.

OBSERVATIO & CURATIO XXXII.

DE ALOPECIA.

Dominus Jonas N. Pastor Lohranus 29. annorum, cognatus meus, totum fermè occipitium depilatum habebat, ac in cæteris quoq; Capitis partibus pili decidui erant, undè metuens de glabritie seu calvitie à me petiit, ut in tempore, isti malo succurrere studerem, quod ego facturus, primò ei epotandum exhibeo potionem hanc brevem.

℞. *Aquæ Fumar.*
cichor. ana ℥ ſ.
Syrup. de Cich. c. Rhab. ʒ iij.
Extract. Helleb. nigr. gr. ij.
Extract. mei liquidi solutivi ana ʒ iſ.
Magist. Corall. ℈ ſ.
Spirit. Vitriol. gutt. vij.
M. F. potiuncula.
Sexies dejecit.

Postridiè mandavi ei secare Venam medianam dextri brachii, quâ circiter ℥ ix. Sangvinis admodum adusti ac biliosi, eductæ fuerunt. Quo facto jussi, ut sacculo sequentia leniter incocta lixivio sarmentorum Vitium, quotidiè, vel alternis saltem diebus, horis duabus ante prandium, Caput probè fricaret, & decocto lixivio loca pilis nudata, diligenter lavaret.

℞. *Radic. Cann.*
enul. ana ℥ ſ.
Herb. Capill. Vener.
polytr.
abrot. ana M ij.
verben.
lapath. ana M iſ.
nasturt. aquat.
centaur. min.
absinth.
beton.
lupin. ana M j.
Flor. Stæchad.
rosmar. ana P j.
Bacc. laur. ʒ vj.

Incidantur grosso modo, & includantur sacculo ex panno lineo.

Loca

Loca glabra quoq; ex meo consilio inunxit balsamo sulphuris.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIII. DE TENESMO.

DOminus Jeremias Balcke / Vir quadragenarius, patiebatur Tenesmum per 3. Septimanas. Stimulabatur enim quotidiè ad minimum octies alvum deponendam, sed irrito plerumq; conatù, parùm enim aut nihil ferè excernebat, & quæ egrediebantur, plerumq; Chylosa, alba, liquida & mucosa erant, præcedentibus semper singulas excretiones alvi torminibus cum flatibus permixtis. Usus fuerat N. cujusdam experti Medici consilio, qui nescio quas pilulas & pulveres stomachales ipsi ordinaverat, sed absq; ullo juvamine. Unde me quoq; consuluit. Ego consideratâ prius Corporis Constitutione, & diligenti examine habito morbi, ejusdemq; Causarum hunc Nodulum ei præscribo.

℞. *Rad Fænic.*
apij,
asparag.
petrosel.
brusc. ana ℥iß.
Herb. agrim. M iß.
capill. Ven. M j.
Flor. genist.
centaur. ana P j.
Sem. anis.
aquileg. ana ℥ij.
Tart. alb. ℥ j.
Rhabarb. ℥ß.
Fol. Sen. ℥ vj.
Cinamomi ℥ j.

Incisis omnibus minutim paretur Nodulus Sericeus.

De hoc nidito prius Vino Absinthite, primum quemq; haustum in prandio & cœnâ bibebat per 6. dies. Undè egregiè levatus, & ab hac molestiâ desidendi liberatus est.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIV. DE ARTHRITIDE.

Senator hujus loci, dictus Andreas Steinmetze/ Vir sexaginta annorum, patiebatur acerbissimos Arthriticos dolores, quos vulgus Germanicè vocat das Podagra, oder Zipperlein/ Ergò curat, ut ego advocer; quod cùm factum, præscribo ægro sequentia, quibus, Deo sit laus & honor, intra paucas septimanas, à mæstissimis illis doloribus liberatus est.

℞. *Syrup. de beton,*
de pæonia ana ℥ iß,
Tartari vitriolat. ℥ iß.
Spir. vitrioli gutt. vj,
Aqu. chamæpith.
salviæ, ana ℥ iß.

Misceantur & dividaretur in duas partes æquales,
S. Weich Tränckleín.

℞. *Spec. diaturb. c. rhab.* ʒ ß,
Cranij human,
Hermodact. expurgat. ana gran. vj.
Gummi gutt. gran. iij.
Ol. salviæ,
fænic. ana gutt. ij.

Fiat pulvis subtilissimus.
S. Pulver den andern morgen in Aqua ivæ Artheticæ zu geniessen.

℞. *Antimon. diaphoret.* ℈ ß,
Pulv. flor. sambuc. gr. vj.
ligni guajaci gr. iij.
Rob. sambuci ʒ iß,
S. Schwitzungs.

℞. *Vini non adeò fortissimi ana* ℥ iij.
Aqu. sambuci,
sperm. ranar.
omnium flor.
Chamomillæ ana ℥ iß.
Salis prunell. ℈ j.
Lapid. medicamentosi Croll. gran. xxv.
Croci gran. vj.

Misce. S. Umschlag zu Händen und Füssen.

Aliis ordinavi, qui intollerabiles Podagricos dolores habebant, conjunctos cum rubore & tumore, sequens Anodynon,

dynon, præmissis tamen præmittendis.

℞. *Ol. rosar.* ℥ iij.
Opij ℥ j.
Sem. hyoscyami,
papav. ℥ iß.
Cortic. mandrag.
Sem. apij ana ℥ j.
Aceti Vini ℥ ß. Misce.

Hac mixtura partes dolentes calidè inunctæ sunt, manè, meridiè & vesperi, desuper impositis linteis calidis: & statim dolor sedatus fuit, qui manus brachia & pedes vehementer infestaverat.

Cucurbitulas quoq; articulis ægrotantibus adhiberi curavi.

OBSERVATIO & CURATIO XXXV.

DE AFFECTU PODAgrico.

Mulier Rustica ex pago Rodlebrodâ, vidua 40. annorum, gravissimè Podagrâ torta, adhibitis sequentibus, intra paucos dies per Dei gratiam convaluit.

℞. *Extract. hermod. compos.* gran. vij.
Diagrid. sulph.
Trochisc. alhand. ana gr. ij.
Ol. salviæ,
garyophyll. ana gutt. j.
F. pil. Nro. vij.

Hinc sexies materiam albam mucosam dejecit, petiit itaq; ut reiterentur, atq; sic iterum exhibiti sequens.

℞. *Extract. hermod.* gr. xij.
mechoac. comp. gr. iij.
Trochisc. alhand. gr. ij.
Diagr. gr. j.
F. Pilul. Nro. v.

Sic iterum dejecit serosam mucosamq; simul materiam.

Postea ut sudaret aliquoties in lecto imperavi.

℞. *Sal. absinth.*
card. bened. ana ℈ ij.
juniper. ℈ iiij.
tartar. ana ℥ ß.

arte-

artemiſ.
cichor. ana ℈ j.

Miſc. S. Saltz in aquâ ſudatoriâ zu nehmen.

Ad mitigandos dolores ſequens Emplaſtrum adhibui.

℞. *Medull. pan. alb.* ℥ iij.

Macera in lacte bubulo, è quo butyrum non ſit ſeparatum. Hoc parum coque atq; adde

Vitell. Ovor. Nro. ij.
Pulv. flor. cham. ʒ j.
Croci ℈ j.

F. Cataplaſma, ad dolores in podagrâ liniendos. Superimpoſui aliquando Emplaſtrum album coctum, vel de Spermate ranarum, quod valdè profuit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVI. DE EODEM AFFECTU.

Reverendus Dominus N. N. Paſtor N. Vir antiqua Virtute & fide, longo tempore Arthriticus ex malâ victûs ratione in juventute adminiſtrata, crapulisq; continuis factus, tandem non in pedibus modò, ſed & manibus tophos nodosq; ad articulos nactus contracturam incidit, cũ atrophiâ membrorum extremorum adeoq; ferè totius corporis.

℞. *Cremor. tart.* ℈ ij.
Tartar. Vitriol. ʒ ſ.
Syrup. de beton. ℥ iiſ.
Aqu. Ivæ arthet. ℥ ij.

M. S. Weichtränckein auff zweymal.

℞. *Extract. mechoac. comp.* gran. ix.
Diagr.
Trochiſc. alhand.
Gumm. gutt. ana. gr. ij.
Ol. ſalv.
cinamomi ana gutt. j.

Miſc. F. Pilul. deaurandæ Nro. vij. S. Pillen.

Si reſpuiſſet pilulas, potuiſſet talis pulvis ſubſtitui.

℞. *Turbith. optim.*
Hermod. optim.
Crem. tart. ana ℈ ſ.
Extract. diagr. gr. iij.

Rha-

Rhabarb.
Mechoac.
Agaric. ana gr. iiij.
Cinamomi elect. gr. vj.
Gumm. gutt. gr. j.
Misc. F. Pulv.
S. Purgier Pülverlein.

Ad sudorem promovendum sequens est ordinatum.

℞. *Liquor. C. C.* gutt. xv.
Spirit. Card. bened. gutt. vj.
Aqu. Card. bened. ℥ iß.
Misc. S. Schwitz-Wässerlein.

℞. *Lapid. prunell.* ℥ vj.
medicament. Croll. ℥ v.
Alum. ℥ ij.
Sal. commun. ℥ j.
Sulphur. ℈ ij.
Castor.
Mum ana ℈ j.
Myrrh. ℈ iiij.
Croc. gr. xij.

Infund. per horas xij. in loco calido in aquâ Spermatis ranarum ℥ viij.
verbasc. ℥ iij.
vin. alb. ℥ iiij.
acet. stillit. ℥ iß.

Postea add. mellis despumat. ℥ j. & bulliant parùm in duplici vase.
Colatur. addatur
Spirit. tart. ℈ iiij.
Misc. Detur in Vitro vel vase fictili forti. S. Wasser zum umbschlagen.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVII. DE GONARA ET PODAGRA.

Mercator Sangerhusanus, laboraverat multos annos Gonagra & Podagra, quæ quidem Vere & Autumno remissior erat, verùm alio tempore ferè dies noctesque dolores continuabant. Is ætatis suæ anno quinquagesimo octavo à me petiit per literas, ut ei mitterem quædam medicamenta antiPodagrica, cujus petitio in sequentibus satisfeci.

℞. *Crem. Tartar.* ℈ iß.
Cryſtalli Tartar. ℈ j.
Tart. Vitriolati ℈ ß.
Aqu. Ivæ arthetica,
chamædr. ana ℥ j.
Syrup. de beton. ℥ ß.
Miſce. S. digeſtiv Tranck.

℞. *Pil. aggregat.*
Panchymag. Croll. gr. xv.
Scamm. ſulphur. gr. iiij.
Magiſt. gummi de Peru gr. ij.
Extract. chamædr.
chamæpith. ana gr. v.
Olei macis,
ſalviæ ana gutt. ij.
Fiant piluk cum ſyrup. roſat. ſolutivo numero xix.
S. Pillen.

℞. *Raſur. ligni Guajaci* ℥ j.
ſaſſafras ℥ iij.
Rad. Chinæ ℥ iß.
Aqu. fluvialis ℥ iij.
Coque & colaturæ adde
Syrup. acetoſ. citri,
Cinamomi ana ℥ ß.
S. Schwitzwaſſer.

Vena quoq; ſecabatur, & ventoſæ apponebantur cruribus.

Pro doloribus arthriticis.

℞. *Sandaracæ* ℥ ß.
Ol. Roſar. ℥ iiij.
Camphoræ ℈ ij.
Miſce. S. Mixtura mit einem Federlein den ſchmertzhafftigen Ort zu ſchmieren.

Aliud Epithema antipodagricum.

℞. *Caput mortuum Vitrioli,*
Aceti deſtillati ana ℥ ß.
Opij Thebaici ℥ j.
Aqua Chelidon.
Sambuci ana ℥ viij.
Miſce. S. Epithema, quod dolores Podagricos intra duas horas ſedat. In doloribus Podagricis utitur cum magno juvamine noſter Cocus Aulicus ſequenti Remedio.

℞. *Aqu. Chelidon.* ℥ vj.
Farin. hordei ℥ iiß.
Miſce. S. umbſchlag.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVIII.

DE ISCHIATICO AFFECTU.

RUſticus Rotlebrodenſis quadraginta annorum Iſchiatico dolore urge-

urgebatur, qui post sequentia sumta medicamenta intra duas septimanas salvus evasit. Et hactenus immunis ab omni Ischiatico dolore permansit.

℞. *Rad. quinq; aperitivæ ana* ℥ j.
Herb. paralys.
anthos,
salviæ,
chamæpith.
Ivæ Arthet. ana M I.
Flor. anthos,
beton.
cich.
rosar. ana p. ij.
Radic. methoac.
Rhabarb. ana ℥ j.
Hermodact.
Turpeti ana ℥ ij.
Fol sen. s. s. ℥ ß.
Cort. citri sic.
Nuc. mosch. ana ℥ j.
Galangæ,
Macis ana ℥ ß.
Sem. anisi,
fænic. ana ℥ ß.
Salis Tartari gran. vij.
Incisa & contusa dentur in Nodulo pro Vino.

Pro sudore eliciendo.
℞. *Spiritus Sambuci* ℥ ß.
Tartari gutt. xj.
Ligni sancti, gutt. vij.
Misce. S. Schwitzwässerlein.

℞. *Ungvent. Martiat.*
Arragon. ana ℥ j.
Succi ebulli,
Castorei, ana ℥ ß.
Ol. lumbr.
nucum,
rutæ ana ℥ iß.
Misce. F. linimentum, quo inungantur partes sedis & ossis sacri, vel utere hoc Ungvento.

℞. *Cremor. sem. malv.*
althææ ana ℥ ß.
Farin. fænugr.
sem. lini, ana ℥ vj.
Adipis anserin.
suill. ana ℥ ij.
Ol. rutæ,
chamomill. ana ℥ iß.
Ceræ & aceti parum,
F. Ungventum.
vel
℞. *Rosar. rubr.* ℥ j.
Mastichis ℥ ß.

Croci ʒ ſ.
Pulv. avenæ ℈ j.
Farin. hordei ℥ iiiſ.

Coquantur in Vino ſemper movendo, donec coëant in Emplaſtrum, quod extendatur ſuper coriũ, & applicetur.

vel

℞. *Mucag. ſem. malvæ,*
fænugr. ana ℥ ſ.
Pulv. fol. roſar, ʒ iij.
Croci ℈ j.
Butyri ſ. ſ. ℥ ſ.
Ol. lumbric.
vulpin.
chamom.
anethi ana ʒ vj.
Farin. hordei ℥ ij.

Fiant ſ. a. Linimentum, quâ ſanatur feliciter omnis dolor Iſchiaticus.

Ol. lumbricorum ſingulare hîc quoq; remedium. Ungventum ἀνώδυνον & expertiſſimũ in Podagrâ & Iſchiade.

℞. *Pingved. taxi,*
vulpin. ana ℥ iſ.
Ol. maſtichis. ℥ ij.
ſpicæ ʒ j.
aceti ana ʒ j.

Miſce.

OBSERVATIO & CURATIO XL.

DE PROCIDENTIA Uteri.

Mulier Ruſtica in Rönigeroda, laborabat procidentiâ Uteri, quæ ſequentibus remediis ſanata fuit.

Primò mandavi ut lacte tepido Uterus, vel decoctione Althææ, vel chamomillæ lavaretur, & poſtea lentè manu vel linteolo molli & imbuto decoctione introduceretur, vel intruderetur. Quo facto, præſcripſi ſequentem.

℞. *Radic. tormentil.* ℥ j.
Cort. querc. ℥ iſ.
Meſpil. ℥ ſ.
Glandium M ſ.
Nuc. moſch. Nro. ij.

Contunde hæc omnia groſſo modo, & coque in aceto. Vapor excipiatur ab utero linteoloq; etiam ſuper pudenda priùs madefacta vel intincta, in

in hoc brodio ponantur, & reiteretur hic labor in die ter vel quater. Inter usum horum medicamentorum jussi quoq; ut ægra jaceat supina in lecto coxis elevatis & poplitibus reflexis. Globulus aliquando & necessitate urgente confectus est, multiplicibus filis subtilibus instar ovi parvi & cerâ ter vel quater obductus, qui introduci potest, ne relabatur. Filum alligatur, ut possit pro libitu extrahi.

Diæta sit magis adstringens, quàm laxans.

OBSERVATIO & CURATIO XL.

DE PROCIDENTIA Uteri.

UXor Johannis N. præfecti nostræ Cellæ cerevisiariæ, annorum quinquaginta quinque, cum per mulierem mihi indicaret, se laborare pro lapsu Uteri, à me, hæc sequentia remedia, quæ benè profuerunt, accepit.

Primò præscripsi suppositorium, quo applicato spacium tanto faciliùs reducendi uterum, factum.

Postea in suum locum reducto utero Globulum in præcedenti capite descriptum, confici jussi, quo usa fuit modo descripto.

Deinde mandavi, ut ægra in lecto collocaretur supina poplitibus reflexis & coxis elevatis, per octo vel plures dies. Renibus applicatum est sequens Emplastrum.

℞. *Laudan.* ℥ij.
Thuris,
mastichis ana ℥ ſ.
boli armeni,
sangvin. Dracon. ana ℥ ij,
Ol. cydon,
myrtillor. q. s.
Cum cerâ fiat Emplastrum.

Hîc quoq; valet loco hujus Emplastri Ungvent. Comitissæ, vel Emplastrum de crustâ panis, quæ valdè adstringunt.

vel

℞. *Radic. tormentill.*
consol. major.
bistortæ ana ℥ ß.
Nuc. cupressi ʒ vj.
Balaustiarum.
folior. plantag.
quercuum.
folior. rosar. ana M j.

Hæc insuantur sacculo, & cocta in aqua & vini rubri partibus æqualibus, & applicentur post fomentationem pudendis.

Præscripsi quoq; diætam decentem.

OBSERVATIO & CURATIO XLI.

DE UTERI PROLAPSU.

Nobilis Matrona laborabat ex relaxatione ligamentorum Uteri præcipitatione. Hæc sic curata fuit, auxiliante Deo.

1. Præscripsi suppositorium.

2. lavari jussi Uterum decoctione chamomillæ & Rad. althææ. Utero deinde in locum suum redacto, cucurbitulam magnam super ventrem posui, & in ipsum Uterum sequens per syringam injici curavi.

℞. *Rad. consol. major.* ℥ j.
bistort.
balaustiar. ana ℥ ß.
Herniariæ ʒ ij.
Millefolij,
artemisiæ ana ℥ ß.

Coque in vino rubro.

Emplastrum pro Renibus, lumbis & abdomine.

℞. *Opopanacis* ℥ ß.
Ung. contra rupturam,
Emplastri comitissæ ℥ iß.
thuris,
mastichis,
boli Armeni ana ʒ ij.
Ol. cyton. q. s. Ceræ parum.

Fiat Emplastrum.

Vitet post curationem coitum nimium, saltationem, iram, clamorem, &c.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO XLII.

DE HÆMORRHAGIA narium.

VIro Nobili Hæmorrhagia (quæ fit vel per ἀναστόμωσιν, per apertionem vasorum, vel per διαίρεσιν, per distractionem, vel per διαπήδησιν, per rarefactionem) molesta erat, ut inde dejectio magna Virium subsequeretur; propterea revulsionis ergo brachia & crura vinculis constrinxi, & cucurbitulæ hypochondriis (aliquando fit hoc in scapulis vel extremis pedibus) affixi.

Hæc cùm parum prodesſent; venam Medianam secari jussi ad ℥ j. vel ℥ ij. è sinistro brachio; è sinistro enim brachio effluebat sangvis, & præscribebam sequentia remedia.

℞. *Boli Armeni,*
Sangv. Dracon. ana ℥ iß.
antheræ,
balaustiar. ana ℈ ij.

In pulverem hæc redacta cum albugine ovi agitentur & commisceantur, mixtis immergantur pili leporis tenuiores, & fiat veluti turunda, quæ cum filo naribus immittatur.

EPITHEMA SIVE anacollema.

℞. *Aqu. plantag.*
rosar.
Acet. rosar. ana ℥ iß.
Album. ovor. Nro. ij.
Boli Armeni ℥ ij.
Fronti frigidè applicentur.

Epithema pro Epate.

℞. *Aqu. rosar.*
plantag.
portulac.
endiviæ,
burſæ pastoris ana ℥ ij.
balaustiar.
Sem. portul.
Santal. rubr.
Trochisc. de carabe ana ℥ ß.
Aceti rosar. ℥ iß.
Misce.

Intra

Intra corpus sequens julapium datum est, quo statim fluxus desivit.

℞. *Sem. portul.*
plantag.
papav. albi,
endiv.
acetos. ana ʒj.
Rad. consol. major.

Fiat decoctio cum aquâ communi pro ℥xij.

Syrup. myrtin.
papav.
nenuphar. ana ℥j.

Misce pro julapio.

Aliquando dedi etiam Syrupi Corallorum aliquid.

Alium præter spem curavi solo pulvere putaminum, è quibus pulli exclusi erant, quem per pennæ caulem in nates inflari jussi, quo facto, actutum desiit fluxus.

OBSERVATIO & CURATIO XLIII.

DE IMPEDITO MOTU *Brachij dextri.*

JAcobus Heusder, Vir triginti circiter & quod excurrit annorum, brachii dextri motum valdè impeditum habebat, ob defluxiones frigidas à Capite in axillam, & indè in brachii nervos decumbentes, undè illi dolor acer, nec non levis quædam cutis intumescentia circa partem superiorem juxta scapulam. Cùm meum rogaret consilium, obtuli ei sequentes pilulas devorandas post quartam Vespertinam.

℞. *Extr. Panchymag.* ℈j.
Gumm. Cathart. Peruviani gran. v.
Ol. anis. gutt. j.
Cum Aqu. Beton. misc.
F. Pilul. Nro. v.

Sexies alvum deposuit: sequenti die sumsit hoc sudoriferum.

℞. *Arcan. bened. descript. nostr.* gran. xij.

Indantur pulpæ Ficus unius scissæ in medium.

Devorato hoc ficu manè in lecto copiosissimè sudavit. Interim

terim brachium affectum aliquoties in die fricabatur pannis lineis calidis fumo ex mastiche.

Eidem quoq; consului etiam, ut majoris discussionis ergo sacculum calentem ex sale torrefacto seu frixo in sartagine brachio dolenti imponeret. Quo facto post sex dies brachium restituto illi motu, ab omni impedimento liberum evasit.

OBSERVATIO & CURATIO XLIV.

DE CORDIS PALPITATIONE.

Quidam Miles ex Daniâ redux, pro Nobili Austriaco se ferens, annorum circiter 34. me accessit, & consilium ad Cordis palpitationẽ, quâ per aliquod septimanas miserè se afflictatum dicebat, à me petiit. Ego hos Morsulos, cùm itineri accinctus, multa non ferre secum poterat medicamenta, illi praescripsi.

℞. *Cort. citr. condit.*
pulp. citr. condit. ana ℥ ij.
Magister. Corall. ℥ ß.
perlar. ℈ j.
Sal. Cinamomi ℈ j.
Cinamomi crass. incis. ℥ j.
macis. ℥ ß.
Extract. Croc. gr. xij.
Ol. succ. alb. gutt. iij.
macis gutt. ij.
Sacchar. albiss. ℥ vß.
dissolut. in Aqu.
Borrag. &
Cinam. q. s.
Misc. F. confectio in Morsulis.

OBSERVATIO & CURATIO XLV.

DE CATHARRO SUFFOCATIVO.

Domini Magistri Andreæ Chemnitii natu minimus filiolus,

I Arnol-

Arnoldus, undecim menses natus incidit in Catharrum suffocativum, adeò vehementem, ut jam jam suffocari interclusâ respiratione videretur. Cui ego actutum opem fero hisce duobus remediis.

℞. *Ol. amygd. d. rec.* ℥ iß.
Mann. Calabrin. ℥ vij.
Lact. sulphur. ℥ ij.
Aqu. Scabios. ℥ vj.
Misc. F. Lambitivum.

Item.

℞. *Ungvent. pector.* ℥ vj.
Ol. lilior. alb.
amygd. d. ana ℥ ß.
Croc. ℈ ß.
Misc. pro Ungvento.

Pectus calidè hôc Ungvento inungebatur, quod cum bis factum esset, & bis tantum de superiori lambitivo sumsisset, ilicò, Dei beneficio, meliùs respirare cœpit, ejectâ per tussim copiosa materiâ pituitosâ. Et sic in posterum optimè se habuit.

OBSERVATIO & CURATIO XLVI.

DE HÆMORRHAGIA narium.

Soror mea Margaretha, mulier sexaginta annorum, rejiciebat è dextra nare tantum sangvinis, ut ab omnibus desperata haberetur, & putaret ægram jam jam morituram.

Ego adveniens actutum præscripsi sequentia medicamenta.

℞. *Sperniol. Croll.* ℈ j.
Lapid. hæmat. præp. ℈ ij.
Magister. terræ sigillatæ.
Corallor. ana ℈ ß.
Aqu. portul.
flor. hyper. ana ℥ iß.
Syrup. myrtillor. ℥ j.
Miv. cydon. ℥ iij.
Misce, pro tribus dosibus.

℞. *Bol. Armeni*,
troch. de carabe ana ℥ j.
Aqu. spermat. ranarum ℥ ß.
portul. ℥ iij.
acet. rosac. ℥ iij.
Misce pro frontali.

℞. *Aqu. acetos.*
rosar.

portul.

portul. ana ℥ iij.
sempervivi ℥ ij.
Boli Armeni ℥ j.
trochisc. d. spod. ℈ ij.
d. camphor. ℈ j.
acet. rosar. ℥ ß.
Misce.

Potus erat aqua chalibeata, quibus adhibitis è morte quasi ad vitam reducta, multos post annos integra & sana vixit.

Piscatori in Aula nostra, cum aliquando narium fluxum ad tres dies pateretur, propinari jussi Croci Martis adstrictorii grana xvij. in aquâ portulacæ, & statim fluxus restitit.

Reverendo Domino Arnoldo Zeitfuchsen/ Artium Magistro, & Archidiacono hujus loci, dedi in hæmorrhagiâ diuturnâ Croci Martis adstrictorii gr. xvij. in conservâ rosar. vet. quibus devoratis actutum sanus factus est.

Johannes Kassel Musicus, & homo ad omnes Artes ferè paratus, sæpissimè magno cum adjumento usus est sordibus in caligis circa crura.

Martinus Kirchhoff/ Lanio hujus loci, Vir sexagenarius, post plurima incassum tentata remedia, ex solo usû stercoris porci calidi, cujus odorem naribus excepit, intra duas horas convaluit.

NOTA.

Motus sangvinis, si criticus sit, aut consvetus, & modum servet, non supprimatur; nisi sit cum virium lapsû.

Hodiè utimur in hoc affectû sequentibus plerunque, ut: Tinctura sulphuris Vitrioli Clarissimi Doctoris Michaëlis, Oleo Martis, Tincturâ Corallorum, Laudano opiato, Crystallis Saturni, Sperniolâ Crollii, Tincturâ lapidis hæmatitæ, Spiritû terræ sigillatæ, & id genus aliis.

OBSERVATIO & CURATIO XLVII. DE AUDITUS GRAVITATE.

Quidam Senator Franckenhusanus quinquaginta annorum, longo tempore sensû auditûs adeò spoliatus, ut nihil eorum, quæ proponebantur, audiret, ex sequentibus remediis recuperavit auditum.

℞. *Aqu. beton.*
salviæ ana ℥ iß.
Syrup: de beton.
de stæchade, ana ℥ j.
Tartari Vitriolati ℥ ß.
Misce. S. Abendtranck.

℞. *Pil. aurear.*
cochiar.
f. q. esse nolo ana ℈ j.
Extract. diagridij gr. iij.
Ol. rutæ,
succini ana gutt. ij.
F. pilul. cum Syrupo de stæchade.

Nro. xxx.

Pro incidendâ materiâ crassâ.

℞. *Herb. chamomill.*
malvæ,
rorismarin.
hybisci,
majoran.
Gran. juniperin.
Salis communis ana M ß.
Incisa coquantur; & vapor excipiatur auribus singulis diebus bis vel ter.

℞. *Ol. amygd. d.*
amar. ana ℥ j.
petrolei, ℥ ß.
Misce, & utero gossypio intrudendo in aures.

Diæta conveniens præscripta quoque est.

Vapor à coctis fabis auribus exceptus præsentissimum remedium dicitur.

Probata quoque remedia sunt.

Spirit. terebinthin.
Oleum granor. juniperin.

Item:

Succus instillatus auribus de sede majori.

OBSER.

OBSERVATIO & CURATIO XLVIII. DE SURDITATE.

Quidam Machæropæus Northusanus, à me olim per Dei auxilium à gravi auditû & surditate sequentibus curatus est.

℞. *Aqu. beton.*
salviæ ana ℥ j.
Syrup. de stæchad. ana ℥ ß.
Tartari Vitriolati ℥ ß.
Misce. S. Abendsafft.

℞. *Pulver. Diasen.*
Montagnanæ ℈ ij.
Extract. diagr. gr. iiij.
Ol. still. macis,
cubebar. ana gutt. j.
Misce, fiat pulvis, paretur in duplo, & detur pars duabus horis post cœnam, quæ sit parca duabus diebus continuis.

℞. *Ol. amygd. d.*
amaror. ana ℥ ß.
aceti vini,
pingved. galli,
ana ℥ iiiß.
fellis tauri ℥ ij.
castorei,
helleb. nigri ana ℥ j.
Bulliant ad consumtionem aceti. F. Linimentum, cujus una atq; altera gutta in aurem cum gossypio intrudatur.

Hoc incidit crassos humores in auribus, & facit surdos benè audientes.

Scapulis quoque affigendæ ventosæ, vel vena secanda in manû juxta pollicem, quæ Cephalica vocatur.

OBSERVATIO & CURATIO XLIX. DE PEDICULIS.

Miles præsidiarius in Aula quadam valdè querebatur de pediculis, quod malum à Græcis φθειρίασις nominatur, præsertim verò de plattis, vel pediculis ingvinalibus, quæ

quæ ita tenaciter inhærebant ſuperciliis & virilibus membris, ut indè ferè intolerabilem pruritum quotidiè paterctur. Rogatus igitur de remedio præſcripſi ſequentia, quibus præſidiis intra biduum omnes pediculi enecti ſunt. Veſtes quoq; ſæpè mutavit.

℞. *Sem. ſtaphidiſagr.* ℥ iſ.
Baccar. laur. ℥ ſ.
Mercur. viv. ℥ j.
Ol. laur. ℥ iiſ.
Helleb. nigr. ℥ iſ.

Conquaſſanda conquaſſentur, & Mercurius extingvatur, & reliqua miſceantur, & addatur parum Ol. ſpicæ.

Sign. Salb die Kleider damit zu ſchmieren.

In locis ſecretis abiguntur plattulæ, vel pediculi Ingvinales, vel in palpebris, aut ſuperciliis, quando locus ille ſæpè linteolis (Germanicè Quickläplein) illis, quibus aurifabri pocula poſt inaurationem, detergere ſolent, abſtergitur. Eſt præſentiſſimum remedium.

OBSERVATIO & CURATIO L.

DE DIMINUTO MENſium fluxu.

Anna Körberin/ Juvencula Viginti aliquot annorum, conſtitutione Corporis plethoricâ, patiebatur menſium fluxum diminutum, non enim eâ quantitate, ſeu copiâ menſes exibant, quâ par erat, undè malè cœpit habere. Conſultus ego ſequenti provitavi fluxum.

℞. *Magiſt. tartar. Vitriolat.* ana ℥ j.
Lapid. prunell.
Borrac. officin. ana ℈ ij.

Pulveriſentur & in 3. æquales partes dividantur, quarum ſingula capiantur horis matutinis cum ℥ j. ſubſcribendarum Aquarum.

℞. *Aqu. puleg.* ℥ ij.
artemiſ.
matric. ana ℥ iſ.

Spirit.

Spirit. meliss. ℥ vj.
Aqu. Cinamom. ℥ ſ.
Extract. Croc. ℈ ſ.
Spir. Vitr. gutt. 6.
Miſc.

Cùm tres continuos dies hæc ſumſiſſet, menſes in juſtâ quantitate effluxêre.

Nullum hîc purgans ei præſcripſi, quia ante paucos dies pharmaca bina purgantia ſumſerat.

OBSERVATIO & CURATIO LI.

DE LACRYMIS ACRIbus & calidis, cum rubedine oculorum.

VIrgini cuidam, viginti circiter annorum, agenti in foro noſtro apud lotricem quandam, jam à 14. ampliùs diebus ex oculis lacrymæ, quàm calidæ mordaces ac acres, ex materiâ ſalsâ ac biliosâ in capite generata, & ad oculos poſtea delata, ortum ducentes, cum magnâ moleſtiâ erumpebant, utroq; oculorum inſigni pariter rubedine afflicto. Pro quâ cum Lotrix illa à me conſilium peteret, Ego Aquam hanc ophthalmicam illi præſcripſi.

℞. *Aqu. Roſac.* ℥ iiſ.
Tut. præp. ℥ ſ.
Sacchar. Saturni,
Lapidi. calam. ana ℈ j.
Miſc.

Hanc aquam cùm ter tantum oculis guttatim cum ſpongiolâ inſtillando uſurpâſſet, miraculi inſtar ab hac oculorum afflictione, ſpatio bidui liberata fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LII.

DE DIFFICILI RESPIratione, ac Tuſſi.

ANcillarum una, quæ curam ægrotantium gerebat in Xenodochio, afficiebatur ingenti

genti respirationis difficultate, unà cum tussi conjunctâ. Quam ita restitui.

℞. *Radic. Enul.*
Ireos. ana ℥ vj.
Herb. Scabios.
veron.
hysop.
heder. terr. ana M j.
Ficuum ping. Nro. v.
Sem. anis. ℥ v.

Incisa minutim coq. in cerevisia communi, & de hoc decocto quotidiè manè haustulus unus calidè ebibatur.

Absumto hoc decocto, melius indè habuit, quia autem per intervalla adhuc tussis leniter eam urgeret, idcircò pro complemento curæ ordinavi illi Balsamum Sulphuris, cum Saccharo albissimo impastatum, de quo singulis diebus manè & vesperi pauxillum sumsit, sicq; ab omni molestia tandem immunis evasit.

OBSERVATIO & CURATIO LIII.

DE AMISSO APPETITU.

JOhannes Grüling, meus frater natu maximus, in appetentiâ cibi, quod vitium Medici appellant ἀνορεξίαν, laborabat, per aliquot menses; Huic sequentia cum magno sanitatis commodo præscripsi;

℞. *Cremor. tart.* ℥ ſ.
Cryſtall. tart. ℈ ſ.
Sal. cichor.
absinth. ana gr. j.
Aqu. meliss. ℥ iſ.
Fiat digestivum.

℞. *Panchymag. Crall.* ℈ j.
Trochisc. alhand. gr. iij.
Ol. anis.
fænic. ana gutt. j.
F. Pilul. Nro. vij.

℞. *Rotul. spec. diamb.*
dianth.
aromat.
rosat. Gabr. ana ℥ j.
S. in scatula munda Magenküchlein.

℞. *Sem.*

℞. *Sem. absinth.* M ß.
Flor. Rosar. rubr.
Damasc. P ij.
Herb. menth.
centaur. min. ana M ß.
beton. P ij.
Cortic. citr.
Galang.
Garyoph.
Calam. arom.
Cinamom. ana ʒ ß.
Nuc. moschat. Nro. j.
Fiat sacculus pro Stomacho.

OBSERVATIO & CURATIO LIV.

DE AMISSO APPETITU.

Caupo quidam in pago Rotlebroda, circa ætatis annum 50. amisso appetitû correptus fuit, qui ex DEI gratiâ sic restitutus est.

℞. *Cremor. tart.* ʒ ß.
Tart. Vitriolat. ℈ ß.
Sal. cichor.
absinth.
chamom. ana gr. j.
M. S. Weichpulver.

℞. *Extract. mechoac. compos.*
Cremor. tart. ana gr. ix.
Diagrid.
Gumm. gutt. ana gr. iij.
Ol. anis.
fænic. ana gutt. j.
M. Fiant pil. Nro. vij.
S. Purgier-Pillen.

℞. *Spec. diarrh. Abbat.*
aromat. rosat. Gabr.
Cryſtall. tartar. ana ʒ j.
Tartar. Vitriolat. ʒ j.
Pulver. mac.
cinamom. ana ℈ ij.
Nuc. moschat. ʒ j.
Sal. absinth.
cichor.
menth.
Magister. Corall.
Sacch. rosat.
tabulat. ℥ iiß.
F. pulvis S. Magenpulver.

℞. *Acidul. Antim.* ℥ iij.
S. Saurwasser alle morgen ein Löffel.

NB. v. Florileg. meum p. 205.

OBSERVATIO & CURATIO LV.

DE PECTORIS ANGUstia & difficili respiratione.

A Reverendo & Doctissimo Domino Magistro *W*ilhelmo *W*ehlero Pastore hujus loci primario, die septimo Septembris Anno 1627. vocor ad cænam, debito tempore adsum, & cum cæteris convivis animo sum hilari & læto, nihil mali timens. Apponuntur cibi palato gratissimi: cerevisia verò erat recens, & non satis defæcata. Post tres horas redeo domum, eo cubitum & dormio securus. Elapsis quatuor horis expergiscor, sentiens tantam pectoris angustiam & difficilem respirationem, ut me jam jam moriturum putem. Affertur actutum à filio meo Spiritus Anisi, quo sumpto bis terve statim respiratio liberior facta, & pectoris angustia ablata est. Manè cùm surgerem, utebar magno juvamento sequenti morsulo purgante.

℞. *Pulver. usual. purg. ana* gr. xiij.
Magister. gumm. d. Peru,
Scammon. ana gr. iij.
Cortic. citr. condit. minutiss. incis. ℈ iß.
Sacchar. Canar. in aqu. cinamomi dissolut. q. s. vel ℥ vj.
F. Morsulus. S. Purgier Morschellen.

OBSERVATIO & CURATIO LVI.

DE SCABIE.

NObilis Virgo annorum 25. erat, per iij. vel iiij. menses plurimis in manibus defædata papulis, quæ ruptæ, non modò saniem reddebant, sed

ſed & ulcus relinquebant. Indè paulatim ſerpebat malum, ita ut etiam crura infeſtarentur, & totum corpus, multis ſerpentibus & manantibus exedentibusq; reſtantibus ulceribus.

℞. *Aqu. fumar.*
card. bened.
ſcabioſ. ana ℥ vj.
Syrup. d. lupul.
fumar. ana ℥ ſ.
Miſc. S. Abendtränckleín zum erweichen.

℞. *Pilul. d. fum. terr.* ʒ ſ.
aggregat.
aurear. ana ℈ j.
F. Pilul. cum Syrup. de fum. terr. Nro. xx.
S. Pillen morgens zu ſchlucken.
vel
℞. *Confect. hamech.* ʒ ij.
Extract. helleb. nigr. gr. vj.
mechaac. gr. ij.
diagr. gr. j.
Spec. diaturb. cum Rhab. gran. vj.
Ol. aniſ. gutt. ij
Spirit. Sal. gutt. iij.
Conſerv. borrag. ʒ ij.
Sacchar.
Syrup. d. lupul. ana q. ſ.
F. bolus. S. Purgier Bolus ſexies vel ſepties dejecit.

℞. *Radic. bryon.* ℥ j.
lapath.
Herb. ſcabioſ. ana ℥ iſ.
Irid. Florent. ℥ j.
Emil. camp. ℥ ij.
Herb. fumar.
mercur. ana M j.
Fol. ſalic. M iſ.
Alum. ℥ vj.
Sulphur. ℥ x.
Tartar. ℥ iſ.
Concide & contunde materiam. S. in chartâ. Kräuter und Wurtzeln zum Bade.
Poſt balneum ungantur ulcera ſequentibus.

℞. *Aqu. ſpermat. ranar.*
fumar. ana ℥ ij.
plantag.
ſcabioſ. ana ℥ j.
Acet. fortiſſ. ℥ ſ.
Miſc. & in his diſſolv.
Lapid. medic. Croll.
ana ℥ ſ.

Lapid. prunell.
Alum. ana ʒ ſ.
Deindè ſignetur Wäſſer-lein / abluat locum affectum, & multiplex applicet linteolum.

OBSERVATIO & CURATIO LVII.
DE COSMETICO.

Virgo Nobilis, quæ non infrequens erat olim in Aula hujus loci, à me petebat Coſmeticum pro facie & manibus, cui ſequentibus ſatisfeci.

Pro facie.
℞. *Aqu. flor. fabar.* ℥ vj.
Camphor. ℥ ſ.
Diſſolvantur ad uſum.

Pro manibus.
℞. *Magmat. expreſſ. amygd. dulc.*
C. C. per vapor. calcinat. ana ℥ j.
farin. fabar. ℥ ſ.
rad. Ireos ʒ iij.
Sal. tartar. ʒ j.
Ol. lign. rhod. gutt. vj.
caryoph. g. ij.
cinamomi gutt. iij.
Zibeth.
Moſch. Alexand. ana gr. ij.
Miſc. D. ad ſcatulam.
S. Hand-Pulver.

OBSERVATIO & CURATIO LVIII.
DE VERTIGINE.

Textorius Northuſanus cùm in Vertigine à me conſilium peteret, obviam ivi huic vitio ſequentibus.

℞. MP. *aurear.*
cochiar.
Arabicar. ana gr. vj.
ſ. q. eſſe nolo aggregat. ana xxiiij.
Diagrid.
Trochiſc. alhand. ana gran. xviij.

Ex-

Extract. hellebor. nigr.
panchymag.
Mercur. dulc. ana gr. vj.
Mastich.
Lign. aloes ana gr. v.
Ol. anis. gutt. iiij.
citr. vel cinamomi gutt. ij.
Cum Syrup. de stæchad.
Fiant pilul. Ex qualibet ℈j.
Nro xxvij. Dosis 13. vel 15.
S. purgierende HauptPillen.

℞. *Sem. car. præp.*
Coriand. præp.
anisi,
fænic. ana ʒ ß.
Cardam.
Cubebar. ana ʒ iß.
Nuc. moschat. ʒ j.
Macis ℈ iß.
Caryoph. ℈ ß.
Sacchar. q. s. pro pulvere palato grato. F. *Pulvis.*
℞. *Ol. nuc. mosch express.* ʒ ij.
destill. majoran.
rorismarin.
succin. ana gutt. iij.
M. S. Balsam den Nacken/ die Schläfe und Nares damit zubestreichen.

℞. *Herb. rorism.*
majoran.
salv. ana P iij.
Flor. rosar.
chamom.
pæon. ana P j.
Stor. calam.
Mastich.
Succin. ana ʒ ß.
Sem. coriand. præp. ℈ ij.
Cubebar.
Caryoph. ana ʒ ß.
Nuc. moschat. ʒ j.
Radic. Ireos flor. ʒ j.
Spec. diambr. ℈ j.
F. ex crassiusculè conquassatis species pro Cucupha ex syndone rubrâ cum bombace.
S. Säcklein zum Haubte.

OBSERVATIO & CURATIO LIX.
DE FEBRE EPHEMERA.

Filia mea Anna Maria annorum 22. cùm tempore messis in æstu per totum diem ambularet,

& ita præter naturam incalesceret, fit ut corripiatur Febre Ephemerâ plurium dierum, quæ ex usu sequentis remedii, DEO volente, intra quatuor dies integrè convaluit.

℞. *Radic. Scorzon. rec.* ℥ j.
coqu. in s. q. aqu. S.
Colat. ℔ iſ. *add.*
Syrup. Rub. Idæi,
Ceras. nigr.
Violar. ana ℥ j.
Spirit. aperit. Pen. vitriol.
ana q. s. ad grat. acid.
Misc. Filtr. D. S. Stärck- und kühl Julep.

OBSERVATIO
& CURATIO LX.
DE IMPOTENTIA COeundi.

Civis quidam Islebiensis annorum 50. cujus nomini jam parco, ante sex Menses, defunctâ priore Uxore, ex qua ternos filios susceperat, juvenculam aliam duxerat, cui toto eo tempore, debitum conjugale non poterat præstare, ex impotentia, an ex naturali causâ, vel ex fascino, seu maleficio (quod ille suspicabatur) incertum erat. Nihilominus tamen, ut quacunq; possem ratione miserum, hunc meam opem implorantem, adjutum irem sequentia duo medicamenta, Naturam valdè confortantia, membra genitalia calefacientia, semen generantia, nec non ad Venerem stimulum addentia, illi ordinavi.

℞. *Conserv. Ering.* ℥ iſ.
Radic. Satyr. cond. ℥ j.
Zingib. Chinens. cond.
ana ℥ iij.
Pinear. enucleat. ℥ j.
Piper. long. ʒ j.
Borrac. Officin. ℈ ij.
Renum stincor. ʒ ſ.
Pulv. rad. Satyr.
Sem. Eruc. ana ℈ ij.
Galang. ʒ ſ.
Croc. rec. ℈ ſ.
El. Diasatyr. ℥ ſ.

Ol.

Ol. dest. N. cont. gutt. vj.
Cum Brodio Zingiber. condit. q. s. F. Conditum.

De quo jussi, ut singulo manè ad magnitudinem Juglandis sumeret, superbibendo immediatè parum Vini Malvatici. Sub lecti verò ingressum bibebat haustum sequentis decoctionis calidæ.

℞. *Radic. Satyrion.*
Galang. ana ℥ ß.
Cardamom.
Piper. long. ana ʒ iß.
N. cont. ana ʒ j.
Caryoph.
Zingiber. ana ʒ ß.

Hæc omnia crasso modo incidantur, & in s. q. Vini generosi coq. ita tamen ne quid in ollâ vaporum Vini generosi exspiret, species postea exprimantur, vinumq; per linteum mundum coletur, & reservetur pro usu.

OBSERVATIO & CURATIO LXI.

DE UMBILICI INTUmescentia.

Sartoris cujusdam filiolus unius tantùm anni afficiebatur Umbilici quadam intumescentiâ citra phlegmonem ullam. Intumuerat autem illi Umbilicus, quantum ego conjectare poteram, à meris Flatibus. Undè adhibitis à meiis, quæ flatûs discutiunt, Umbilicus iterùm detumuit, & naturaliter postmodum sese habuit. Primò autem imponebatur hic sacculus, ad ignem semper moderatè calefactus.

℞. *Herb. Menth.*
Flor. Chamom. ana M iß.
rutæ, M ß.
Sem. Cymin. ʒ ij.
anis. ʒ iß.

Ex incisis omnibus Fiat sacculus.

Postea sequens etiam Cataplasma discutiens tumores, calidè applicabatur idque aliquoties.

℞. *Menth.*

℞. *Menth. sicc.* ℥ ſ.
Sem. Cymin. ʒ ij.
Farin. fabar. ℥ j.
pulv. flor. chamom. ʒ ij. ℈ ij.
Cum ſ. q. Axung. Capon. miſc. F. puls ſeu Cathaplaſma.

OBSERVATIO & CURATIO LXII.

DE VENTRIS TORMINIBUS IN INFANTE 8. DIERUM.

Filiola fratris mei, octo tantum dierum nata ingentibus Ventris torminibus cruciabatur cum ejulatû continuo, Et quamvis nonnullæ mulierculæ ſvaſiſſent pulverem Hederæ terreſtris, tamen cùm hoc genus remedii mihi parum facere videretur ad tormina ſedanda, ejus loco præcepi uſum amygdalini olei recentis per os exhibiti, & ut umbilicus inungeretur oleis ſequentibus.

℞. *Ol. abſinth.* ʒ ſ.
Nuc. moſchat. expreſſ. ʒ j.
deſtill. menth. gutt. viij.
Miſc.

Item ut applicaretur hic ſacculus, parùm calefactus, infimo Ventri.

℞. *Herb. Abſinth.*
menth. ana M j.
Flor. Chamom. P ij.
Sem. Cymin.
N. cont. ana ℈ ij.

Ex inciſis minutim omnibus f. ſacculus. Quibus adhibitis, ſtatim meliùs indè habuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXIII.

DE FEBRE TERTIANA intermittente.

Mulier quædam Vetula ſexaginta aliquot annorum in Noſocomio S. Georgii

orgii hujus loci, operam famulitii præstans ægrotantibus dicti Nosocomii & Xenodochii, per quinq; septimanas Febrem tertianam intermittentem patiebatur, noctu ut plurimum recurrentem, prægresso semper levi rigore, quem subsequebatur Calor ingens per 5. aut 6. ferè horas durans, & tandem cum copioso sudore desinens, caput quoq; & Ventriculum valdè imbecillum habebat, omnemq; cibum summoperè fastidiebat. Cùm meum consilium rogaret, mandavi, ut per plures dies de hoc decocto biberet obstructiones aperiente, fæculentos ac tartareos humores incidente, corporisq; sentinam blandè expurgante.

℞. *Centaur. major. radic.*
Radic. petros.
cichor. ana ℥ vj.
Tartar. alb. ℥ j.
Herb. Card. bened.
centaur. min.
cichor. ana M j.
Flor. genist.
cichor. ana ℈ j.
Fol. Sen. ℥ vj.
Cortic. Hellebor. nigr. præparat. ℥ ij.

Incisa minutim singula coque in Cerevisia vulgari, olla superiori parte benè munitâ, ne quid exspiret, postea exprimantur, & per linteum mundum colentur.

Usû solius hujus Decocti ab hac febre post duodecim dies tandem liberata fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXIV. DE DYSENTERIA.

Adolescens Northusanus, Johannes Flenter vocatus, cùm laboraret Dysenteriâ, & uteretur sequentibus medicamentis, mox per DEI gratiam salvus evasit.

℞. *Syrup. rosat. solut.* ℥ j.
Mell. rosat. colat. ℥ ß.

Da pro abstergendâ materiâ peccante.

℞. *Corall. rubr. præp.* gr. xxiiij.
C. C. ust. & Philos. præp. gran. xviij.
Croc. Mart. adstrict. ʒ ſ.
Terr. sigillat.
Radic. bistort.
Gumm. traganth.
Nuc. moschat. ana ʒ ſ.

F. pulvis, qui tribus vicibus sumatur in ovo sorbili.

Emplastrum Ventri imponendum.

℞ *Theriac.*
Terr. sigillat. ana ʒ j.

Misc. pro Emplastro ventri imponendo.

OBSERVATIONES.

IN hoc affectû sequentia sunt benè notanda.

Fluxus nullus restringendus intra quartum diem, si patiens ipsum tolerare possit.

Cæteris omnibus medicamentis Dysentericis antecellit Laudanum Opiatum, ut sæpius comperi.

Spiritus Vitrioli non detur, præcipuè si exulceratio adsit.

Potus sit, in quo Cornu Cervi coctum sit.

Non sine fructû quoq; in hoc malo sudor provocatur.

OBSERVATIO & CURATIO LXV.

DE EODEM AFFECTU.

QUidam Civis Northusanus, cui nomen erat Johannes Heckelour / 54. annos natus, Dysenteriâ correptus, sic per DEI gratiam restitutus est.

℞. *Aqu. hord.* ℥ iiiſ.
Mell. rosat. colat. ℥ iſ.
Misc. S. Abstergier Tränckl
lein.

℞. *Corall. rubr. præp.* ʒ j.
C. C. ust. præp.
Radic. torment.
Trochisc. d. Carabe,
Sem. Plantag.

Nuc.

Nuc. moschat. ana ℥ ß.
Terr. sigillat.
Croci Mart. adstrict. ana ℥ j.
F. pulv. cujus dosis à ʒ ß. ad ʒ j. in vehiculo convenienti.

℞. *Mass. emplastri de crusta pan.* ℥ ij.
Ol. Rosar. ℥ j.
myrtin.
cydon. ana ℥ iij.
mastich. ʒ vj.
Pulv. balaust. ℈ j.
Cortic. granat. ℈ jß.
Rosar. rubr. ℈ ß.
Bol. Armen. ʒ iij.
Ceræ q. s.
Fiat Emplastrum, induc alutæ, & impone Ventri.

PRO SITI.

℞. *Amygd dulc. Ambros. depilat. ana* ℥ iß.
Sem. melon. excort. ℥ ij.
Papav. alb. ʒ iij.
Decoct. hord. excort. ℔ iß.
Aqu. Violar.
plantag. ana ℥ iij.
F. Emulsum, cui addatur *Julap. rosar.* ℥ iß.
Syrup. Violar. ℥ ß.
S. Mandelmilch.
de hoc subindè exhibeantur aliquot cochlearia.

OBSERVATIO & CURATIO LXVI.

DE DYSENTERIA LETHALI.

SCriba Xenodochii S. Martini Northusani, annorum 37. Dysenteriâ lethali laborabat, excrementa cruenta & purulenta dejiciens, cui hæc sequentia præscripsi.

℞. *Rhabarb.* ℈ ij.
Myrobalan. citrin. ℈ j.
Tamarind. ʒ j.
Aqu. cichor. ℥ ij.
Colatur. add.
Extract. Rhabarb. gr. v.
F. potiunc. absterg.

℞. *Sem. plantag.* ℈ iiij.
Trochisc. d. spod.
terr. sigill.

Corall. rubr. præp.
C. C. Philosoph. præp.
ana ℈ ij.
F. pulv.

Dividatur in quinq; chartas.

S. Pulver alle morgen und abend ein täutlein zu nehmen.

℞. *Bol. Armen.* ʒ j.
Alum. ʒ ß.
Farin. fabar. ʒ iß.
Alum. ov. Nro. j.
Aceti Vini q. s.

F. Cataplasma ventri applicandum.

PRO SITI.

℞. *Amygd. dulc. Ambr. depilat. ana* ʒ iß.
Sem. quatuor excort. frigid. ana ʒ ß.
Aqu. Rosar. ʒ iij.
portulac.
lactuc. ana ʒ iß.
F. Emulsum.

S. Milch offt drey oder vier Löffel voll zu nehmen.

OBSERVATIO & CURATIO LXVII. DE DYSENTERIA.

Pellionis Northusani, Jonæ Stangen / Uxor cecidit in Dysenteriam. Hæc post usum sequentium Medicamentorum indies rectiùs & meliùs habens tandem convaluit.

℞. *Mann. granat.* ʒ ß. *vel* ʒ vj.
Dissolv. in aqu. tormentill. & veronic. ana ʒ j.
Colatur. add.
Syrup. rosat. solut. ʒ iij.
Fiat potio.

℞. *Croc. Mart. adstrictor.* ʒ j.
Succ. prunor. sylvestr. ʒ ij.
Dividantur in quatuor partes.
S. Latwerga auff viermal zu nehmen.

℞. *Emplastr. d. crustâ pan. Diaphænic. ana* ʒ jß.
Sangvin. Dracon.
Rosar. rubr.
Acat. ana ʒ ß.

Bol.

Bol. Armen.
Lapid. hæmat. præp. *ana* ℈ j.
Ceræ parum.
F. Ungventum vel Emplastrum Ventri imponendum.

Lac ad ſomnum.

℞. *Amygd. d. in aqu. plantag. depilat.* *ana* ℥ iſ.
Sem. quat. frigid. major. *ana* ʒ iſ.
papav. alb. ʒ iij.
C. C. uſt. præp. ℈ ij.
Aqu. plantag. ℥ viij.
F. l. a. Emulſio.
add.
Julap. Roſar. ℥ j.
S. Mandelmilch.

Cùm pateretur maximos dolores inteſtinorum, præſcripſi ſequens Enema.

℞. *Hord. toſt. integr.* ℥ ß.
Oryzæ ʒ ij.
Furfur. ʒ iij.
Paſſular. ʒ vj.
Fol. Verbaſc.
Sem. Lin.
plantag. *ana* ʒ j.
Coqu. in aqu. ſuffic.

℞. *Colatur.* ℥ viij.
Lact. caprin. ℥ v.
Mell. roſat. ℥ ij.
Sacchar. ʒ j.
Vitell. ovor. Nro. ij.

Fiat Clyſter injiciendus non admodum calidus. Ex hoc ter materia mucoſa ejecta eſt; quo ſubitò ſedati dolores inteſtinorum.

Fotus pro Teneſmo, quo miſerrimè cruciabatur.

℞. *Fol. Verbaſc.*
plantag.
querc.
roſar.
malv. *ana* M ſ.
Radic. hibiſc.
Flor. chamom.
melilot. *ana* M ſ.
Sem. Fænugr.
lin. *ana* ℥ j.

Fiat cum aquâ vel lacte fotus, cujus exhalationem patiens ano excipiat.

OBSERVATIO & CURATIO LXVIII.

DE VOMITU CIBALI in gravida.

Æditui Uxor in pago Görßbach / per 2. menses gravida, omnem cibum & potum ingestum evomebat, ac pessimè indè habebat. Duraverat autem ipsi hoc malum per tres dies, superveniente quoq; Cardialgiâ. Undè à me petitum fuit consilium. Ego dixi, si intempestivè iste Vomitus supprimeretur, mulierem de abortû periclitaturam. Actutum igitur illi jussi præberi parum de sequ. mixturâ.

℞. *Succ. cydon.* ℥ j.
Syrup. d. corall.
myrtill.
menth.
mastich. ana ℥ ſ.
Mastich. alb. pulv.
Corall. rubr. præp. ana ℈ ij.
Misc.

Ventriculo quoq; adhibitum fuit hoc Cataplasma.

℞. *Ferment. acris* ℥ iij.
Menth. virid. M j.
Contundatur mentha cum Vino & aceto, adde:
Pulv. Caryoph.
mastich. ana ℥ j.
Misc. F. Cataplasma, quod calefactum cum panno lineo applicetur.

OBSERVATIO & CURATIO LXIX.

DE VOMITU CIBALI alio.

Frequenti vomitû, maximè assumtorum ciborum, infestabatur filiolus Domini Johannis Fabri J. U. Candidati, 13. circiter mensium. Nihil enim esculentorum potulentorumque retinere valebat. Huic gravi malo occursurus, præcipio, ut ventriculi regioni imponerent parentes Crustam panis aceto irroratam & con-

conſperſam pulvere ex caryophyllis, maſtiche, thure, Nuc. moſchata & galanga. Intra corpus verò aliquid de ſequ. pulviſculo, illi præberent, ex juſculo ſeu brodio aliquo.

℞. *Xyloaloës* ℥ j.
Maſtich.
Nut. moſchat. ana ℈ ij.
Magiſter. Corall. ℈ j.
Bol. Armen.
Galang. ana ℈ ſ.
Miſc. F. pulvis.

Hiſce ſi non repreſſus fuiſſet Vomitus, ſvaſiſſem impoſitionem magnæ cucurbitulæ cum multâ flammâ ſupra Ventriculum, ſed non opus fuit ad id genus remedii deſcendere.

OBSERVATIO & *CURATIO* LXX.

DE CATHARRO SUFfocativo.

Uxor Domini Chriſtophori Reiffen/ Camerarius hujus loci, annorum 35. circiter, circa quartam horam matutinam incurrebat in Catharrum ſuffocativum, qui adeò confertim ac cum impetû tanto ad pectus irruebat, ut ſuffocationem minitaretur, reſpirationem illâ ducente cum ſtertore quodam, ac non niſi rectâ cervice aërem inſpirante. Ad quam cùm ego circa quintam matutinam vocarer, & rem periculo non carere viderem, ilicò ſine cunctatione ei ſequens lambitivum ad diſſecandam ſeu incidendam potiùs materiam viſcidam ac craſſam, adq; reſpirationem facilitandam exhibui.

℞. *Oxymell. Scyll.* ℥ iiſ.
Syrup. d. praſſ. ℥ iſ.
Extract. Aron. ℈ j. gr. v.
Caryophyll. ℈ ſ.
Lact. ſulphur. ℥ ſ.
Sal. cinamom. ℈ j.
Spirit. ſulphur. acid. gutt. xx.
Cum pauxillo Aqu. cinamomi miſc.

De hac mixturâ Cochlear parvum per intervalla capiebat,

bat, quæ plurimum contulit: scapulas quoq; & mēbra pannis lineis calefactis deorsum fortiter fricari jussi, ad avertendum & discutiendum Catharrum seu fluxum humorum. Jam non ampliùs erat periculum ob Catharrum, membra solummodò vehementi motû tremulo quatiebantur, qui motus tamen astutum sedatus fuit, lotis membris decoctione sequēti.

℞. *Vini Rubr. stiptic.*
q. v. cui incoque
Flor. anthos,
lavand.
salviæ ana M j.

Egregiè contulit. Quia autem valdè de Epilepsiâ metuebatur, idcircò ad hanc præcavendam subindè aliquot Cochlearia ex Aqu. fl.
Tiliæ,
Pæon.
lavand.
lilior. convall. ana q. s.
cum Spiritû Cerasorum & Syrupo de Pæonia invicem mixtis. Et sic restituta fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXI. DE TUSSI CUM RAUcedine.

DOminus Johannes Reinicke / Pastor in Rodißhayn / raucedinem patiebatur cum tussi ingenti, cui ut medicamentis idoneis subvenirem, ille à me rogavit. Præscripsi itaq; ei seq. Lambitivum, quod admodum salutare expertus fuit.

℞. *Syrup. d. Hyssop.*
Jujub. ana ℥ iß.
Extract. liquirit. ʒ j.
scabios.
enul. ana ℈ j.
Flor. sulphur. ter sublim.
ana ℈ iiij.
Lact. seu Butyr.
sulphur. ʒ j.
Balsam. sulphur. ℈ j.
Aqu. Violar. pauxill.

Misc. Dosis Cochlear parvum.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO LXXII.

DE TERTIANA SIMplici.

LAborabat jam per 14. dies Febre tertianâ ſimplici Uxor Paſtoris in pago Schwenda. Huic rogatus præſcribere aliquid remedii, ſequentem potiunculam purgantem, horâ unâ vel ſeſquihorâ ante adventum paroxyſmi ſumendam ei ordinavi.

℞. *Aq. Card. bened.*
centaur. min. ana ℥ vj.
Syrup. Laxat. ℥ ſ.
Extract. noſt. Cathol. ℥ ſ.
Pulv. Rhabarb. ℈ j.
Sal. abſinth. ℈ j.
Arcan. tartar. Vitrioli gran. viij.
Miſc. F. potiuncula.

Ad nimium verò calorem ſeu æſtum febrilem contemperandum utebatur ſequentibus Aquis.

℞. *Aqu. Acetoſ.* ℥ iij ſ.
card. bened.
endiv. ana ℥ iij.
centaur. min. ℥ j.
cichor. ℥ i ſ.
Lapid. prunell. ℥ i ſ.
Syrup. d. ſucc. Berb.
Ribium,
Acetoſ. citri ana ℥ j.
Spirit. Vitriol. parum.
Miſc. S. kühlender Julep.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIII.

DE CATARRHO SALSO, cum Faucium excoriatione.

UXor Domini Johannis Lamperthi, conquerebatur de gulæ excoriatione, quam induxerat Catharrhus quidam ſalſus, qui ſibi ſubindè è capite ad fauces deflueret, undè remedium aliquod pro ſiſtendo eo à me petebat; quod tale quidem ei dedi:

cujus usum admodum salubrem experta est.

℞. *Loch. d. papav.* ℥ ij.
Syrup. jujubin. ℥j.
d. papav. ℥ ß.
Extract. Liquirit. ʒj.
Scabios. ℈ ij.
Flor. Sulph. subtiliss. ʒj.
Spec. diatrag. frig. ʒj.
Spirit. Sulphur. gutt. xx.
Aqu. Scabis. pauxill.
F. Lambitivum.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIV.

DE OCULORUM DOLORE.

Virgo quædam in peregrino loco annos nata 21. per plures menses pungitivos oculorum dolores passa fuerat. Huic ego pro Capitis evacuatione primò præscripsi has pilulas.

℞. *Pilul. Aurear.*
cochiar.
sine quibus ana ℈ ij.
Diagrid. gran. iiij.
Ol. succin. alb. gutt. iij.
Cum Aqu. Fænic.
Misc. F. pilul.
Nro xxx. Dividantur in duas æquales partes.
Postea oculis frequenter instillabat has aquas.

℞. *Aqu. Rosar.*
fænic.
euphrag. ana ʒj.
Sacchar. Saturn. ℈ij.
Collyr. alb. Rhas. ℥ ß.
Corall. rubr. præp. ℈j.
Croc. gran. v.
Misc. pro Aquâ ophthalmicâ.

OBSERVATIO & CURATIO LXXV.

DE VERTIGINE ET memoriæ Imbecillitate.

Domi-

DOminus Johannes Kelner, Vir quinquagenario Major, conquerebatur se crebrò Vertigine affici, nec non memoriam (quæ tamen ante aliquot annos satis vegeta ac tenax ei fuisset) valdè nunc imbecillem habere. Obnixè itaq; petebat, ut sibi aliquod remedii genus ad Confortationem capitis præscriberem. Cujus petitioni ergo annuens sequentem Tragæam, non tamen priùs usurpandam, quàm Caput convenientibus pilulis evacuasset, ei ordinavi.

℞. *Nucum moscat.*
Cardamom.
Cubebar. ana ℥i ß
Majoran. sicc.
Fl. Rosmar.
lavendul.
beton. ana ℥j
Succin. albiss. ℈ij ß
Sem. Cymin.
anis. ana ℥ ß.
Sacchar. Rosat. tabulat. ad pondus omnium
Misc. F. Tragæa.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVI.

DE OBSTRUCTIONE narium.

NIcolaus Fischer/ Civis Northusanus, aliquot menses laborabat summâ narium obstructione, cui obviam ivi sequentibus medicamentis.

℞. MP. *cochiar.*
sine quibus esse nolo,
aurear. ana ℈j.
Extract. diagrid. gran. iij.
Ol. succin.
carvi ana gutt. j.
F. Pillul. Nro. xix.
S. Haubt Pillen.

℞. *Ol. nuc. moschat. express. ana* ℥ij.
rutæ,
majoran.
lavand. ana gutt. v.
caryoph.
cinamomi,

 succin.

succin. ana gutt. ij.
M. F. Linimentum.
S. Sälblein das Nasenbein darmit zu schmieren / ad internos angulos, ubi os cribriforme.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVII.

DE COLICA PASSIONE.

Quidam Mercator, nomine Cunrad Reibling / in cœnâ comedit pernæ suillæ bonam quantitatem, superbibendo cerevisiam novam, nondum satis defecatam, adhibitum. Sensit mox ventriculum premi, vomuit, & paulò pòst Colicâ excruciatur sævissimè, quæ duravit usq; ad diem sextum. Ego vocor, & ad sedandum dolorem Colicum sacculum ex milio, sale, semine cumini fieri jussi. Exhibui sequ.

℞. *Extract. junip.* ʒß.
Ol. cumin. gutt. j.
anth. gutt. ij.
Spirit. Sambuc. gutt. xß.
M. Sumsit & levamen habuit.

Verùm cùm ad plures dies constipatam haberet alvum, nec suppositoriis solvi posset, præscripsi.

℞. *Elect. diaph.* ℈ iiij.
Elesc. ℈ ij.
de succ. rosar. ʒ j.
Extract. diagrid. gran. j.
Pulv. panchym. Querc. ℈ ß.
Ol. anis. gutt. ij.
Cum sacchar. & pulv. cinamomi.
F. Bolus. D. convenienter.

Sed huic semel tantùm respondit alvus. Ergò

℞. *Elect. diacathol.* ʒiij ß.
diaphæn. ℈ iiij.
de succ. rosar. ℈iij ß.
Spec. Elesc.
Pulv. panchymag. Quercet. ana gr. vj.
Diagryd. gran. ij.
Ol. anis. gutt. ij.
Cum sacchar. F. Bolus.

Neq;

Neq; sic justè mota est alvus: Ergo

℞. *Mass. pil. d. extr.* ℈ſ.
Extract. mechaac. gr. vj.
Diagr. gran. ij.
Absinth.
Tartar. alb. vitr. ana gr. j.
Ol. anis. gutt. ij.
F. Pilul. Nro. v.

His septies vel octies, tardè tamen purgatus est.

Tandem ad roborationem.

℞. *Spec. arom. rosat. Gabr. ana* ʒi ſ.
diacinnamomi ʒ ſ.
Nuc. moschat. ʒj.
Galang.
Zingiber.
Cardamom.
Caryoph. ana ʒ ſ.
Sem. anis.
fœnic. ana ʒ ij.
Coriand. præp.
Cubebar. ana gr. xxiiij.
Sacchar. ros. tabulat. ʒj.
F. Pulv. subt. D. in scat.
S. Trisenet.

Sic convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVIII.

DE OBSTRUCTIONE *Epatis.*

Martinus Börner / civis Stolbergensis, cùm scirrho Epatis laboraret, & indè tumor ingens in hypochondrio dextro appareret, pervenit ad sanitatem, DEO adjuvante, intra paucas septimanas sequentibus.

℞. *Rhabarb.* ʒi ſ.
Fol. sen. ʒii ſ.
Spec. diarrhod.
Abbat. ʒ ſ.
Trochisc. d. Eupat. ℈ ſ.

Infund. per noctem in aqu. Cichor. ℥ iij. Manè exprime & add.

Syrup. d. cichor. cum Rhabarb. ℥j.
S. Purgier Tränck-lein.

℞. *Radic. Alth.* ℥j.
Fol. Violar.
malv.
aneth.
chamom. ana M j.

Coquantur & colentur, quo fomento vel coctione dextrum hypochondrium lavetur.

℞. *Ungvent. Dialth.*
Emplastr. d. melilot. ana ℥i ſ.
Mucilag. fœnugr.
radic. alth.
Ol. absinth.
coton.
Ungvent. Alabast. ana ℨvj.

F. Cataplaſma, quod dolenti loco applicetur. Præter hæc etiam præſcripſi, pro corroboratione Epatis, ſequentia.

℞. *Conſerv. roſar.*
c. Spirit. Vitriol. ℥i ſ.
cichor.
acetoſ.
anthos ana ℥ ſ.
Spec. diant. Abbat.
diatr. ſantal.
Trochiſc. d. rhabar.
Eupat.
cappar. ana ℈i ſ.
Crocis Mart. aperitiv. ana gran. xviij.
Tinctur. Corall. gutt. xxv.
Syrup. de cichor. cum Rhabarb.
ex ſucc. citr. ana q. ſ.

Pro Electuario non admodum molli.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIX.

DE VERMIBUS Aurium.

Puer Nobilis ab Ebra in Vſtrungen / ad me adductus, conqueritur de ingenti dolore & mordicatione auris ſiniſtræ ob vermiculum, qui ipſi inter dormiendum irrepſerat, petit igitur auxilium, quô quoq; actutum potitus eſt.

Ego, inclinato capite inſtillavi in aurem gutt. v. aceti Bezoardici, & citò dolores ſopiti ſunt. Dolor erat adeò gravis

gravis & intolerabilis, ut ferè indè inciperet delirare.

OBSERVATIO & CURATIO LXXX.

DE DIFFICULTATE partus.

Rustica mulier parturiens per tres integres dies à partû liberari non potuit, & fœtum mortuum in utero gestavit: Huic sequentibus remediis profui.

℞. *Aqu. puleg.* ℥iii ſ.
Ol. succin. gutt. vij.
Misc. Da calidè.

Quibus sumptis post horam fœtus mortuus, salvâ matre, unà cùm secundinâ expulsus est. Itali & Galli utuntur Semine milii Solis ad drachmam i. pulverisato, tanquam secretorum secreto.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXI.

DE DIFFICULTATE Partus.

Mulier quædam Stolbergensis crebros partûs dolores patiens, toto triduo parere non poterat, & ob tantam difficultatem ac angustiam fœtus stercus emittebat. Ego exhibui sequens,

℞. *Cinamomi.* ℥i ſ.
Ossi. dactylor. ℥ſ.
Sem. Violar. ℈ij.
Radic. dictamn. ℈ſ.
F. pulvis tribus vicibus propinandus in aquâ pulegii, verbenæ vel artemisiæ.

Nec tamen præterivimus illinitiones membrorum partûs. Sternutationes etiam hîc valdè juvabant.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXII.

DE MORTUO FOETU.

Quædam mulier in perdifficili & deplorato partû per

per tres dies laborabat. Nam foetus mortuus neutiquam extorqueri poterat, etiam urgentibus doloribus; fortè quia corpore pingvis erat. Obstetrix jussû & svasû meo dedit.

Ol. succin. gutt. vij. & gutt. xiij. in umbilicum imposuit, post duas horas repetivit priorem dosin in aqua pulegii. Hoc facto, mox eâ horâ, per DEI nutum, foetum peperit, admirantibus omnibus, & collaudantibus Olei succini virtutem, quam veluti occultam & peculiarem illi indidit DEUS, in omni ævo celebrandus.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXIII.

DE TUMORE OEDEMAtoso circa malleolum dextri pedis.

ANdreæ Kühnen/ Victoris hujus loci, Uxor patiebatur tumorem quendam Oedematosum circa malleolum dextri pedis, interdum autem tumor ille in totum evanescebat, sed postea iterùm redibat, dolebat mediocriter, impressi digiti Vestigium post se relinquens; Maritus ejus à me petebat Consilium pro tollendo isto dolore, utpote illi molesto valdè in ambulando. Purgavi primo Corpus pulvere communi laxativo. Dein sudorem provocavi sequenti pharmaco.

℞. *Aqu. Card. bened.* ℥j.
Theriac. Venet. ʒj.
Spir. Vitriol. gutt. ij.
Misc. pro haustulo.

Tandem Tumore hunc sacculum exiccantem humorem pituitosum ac discutientem, subindè leviter calefactum imponi jussi.

℞. *Herb. Absinth.*
Fl. Chamom.
sambuc. ana M.j.
Bacc. Junip. ℥j.
Sal. torrefact. M.j.
Sem. Cymin.
anis. ana ʒij.

Ex incisis ac conquassatis omnibus. F. Sacculus

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO LXXXIV. DE ERYSIPELATE.

Anno 1622. die quinto Maji accidit, ut Illustris & Generosus Comes, cujus nomen honoris ergò non immeritò hîc prætereo, cùm paucis antè diebus, ex inordinatâ, quæ præcesserat, diætâ, Erysipelate corriperetur, animum adjiceret ad purgationem & venæ sectionem: Ideoq; volui hoc ordine procedere, die septimo Maji, ut præpararetur materia peccans, & leniretur alvus Digestivo & Lenitivo sequenti.

℞. *Materiæ pro decoct. aperit. alt.* ℥iij.
Flor. cichor.
borrag. ana ʒj.
bugloß. ʒß.
Sem. acetos. ℈iiij.
lactuc. ʒj.
Herb. acetos.
scolop. ana ℈iiß.
F. decoct. in s. q. aq. borrag. cichor. acetos.
℞. *hujus Colaturæ* ℥iij.
Dissolv. in his calidis adhuc Electuar. diaprun. lenit. ʒij.
diacathol. ʒj.
Cremor. tartar. ℈ß.
Tartar. alb. vitr. gr. iiij.
Cola iterùm benè & add.
Syrup. acetos. citr. ℥j.
Oxym. s. ʒij.
Spirit. Vitriol. gutt. ij.
M. F. Haustus lenitivus & digestivus. D. S. Lind Tranck.

Et octavo die sumeret purgans, quod sequitur.
℞. *Ejusdem decocti benè purif.* ℥iij.
Aqu. cichor. ℥iij.
Spirit. Sal. gutt. iiij.
Infund. pro horas vj. loco calid.
Fol. sen. s. s. ʒij.
Zingiber. gr. vj.
Fact. exp. & colat. Inf. iterùm in baln. pro horas x.
Rhabarb. el. ℈iiß.
Agaric. ℈j.
Spic. Indic.

Cinnamomi elect ana gr. viij.
Cola & expr. add.
Elect. d. succ. rosar. ℥j.
Syrup. rosat. solut. ℥v.
acetos. citr. ℥iij.
Ol. citr. gutt. ij.
aurant. gutt. j.
M. F. Haustus purgativus.
D. S. Purgier Tränckiein.

Nonum diem Maji destinaveram quieti, decimum verò Venæ sectioni. Sed quid fit? intervertitur ordo; octavo lenitivum, & nono purgans sumitur. Ex quo alvus solvitur facili tolerantiâ novies aut decies. Ad cœnam lactucâ pro acetario vescitur, quin & post cœnam in hortum expatiatus, ibi nimis licenter ac immoderatè adjuncto sibi socio mensuras aliquot cerevisiæ certando quasi exhaurit: Dormiebat quidem ad mediam noctis, ubi tormina quædam ventris ingruebant; & alvus bis terve adhuc solvebatur: Manè præter nostram opinionem clam cum Chirurgo in cubiculum se confert, & venam secat: Inscius ego tandem admittor, ubi pallescere adeoq; animo deficere incipiebat Illustrissimus; jubeo obligare venam, in lecto parum quiescere: Mox pandiculationes & horripilationes irrepunt; cumq; pulsus nihil febrile ostenderet, ex commoto sanguine, & ob hunc etiam cruditatibus adhuc in corpore stabulantibus, maximè verò ex hesterno excessu coacervatis, hoc totum oriri judicavi. Demum assumptis aliquot cochlearibus brodii pulli gallinæ cum ovi vitello præparati, meliusculè habere cæpit: nisi quòd post horam stimulante naturâ diarrhæa ad novem aut duodecim vices maximam pravorum humorum saburram excuteret. Sequenti pòst die omnia erant salva: postridiè venatum iterùm expatiatur: in gena dextra aliquot pustulæ oriuntur. Ex his & prædictâ diarrhæâ quidam scioli, invidi, persvadere conati sunt Comiti Illustrissimo, ut crederet, me antimonium ipsi exhibuisse. Indignatur Com-

Comps, cætera me latent, ut & inclementia. Tandem tamen bona triumphavit causa.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXV.

DE EXENTERATIONE cujusdam Comitis.

Anno 1631. die 11. Septembris, moritur in Aula quadam Illustris & generosus Comes, cujus nomen hîc honoris ergò meritò prætereo: Mortuum corpus portatur in cubiculum satis amplum, & deliberatur ibi à Ministris de Exenteratione hujus corporis. Ego vocor, & rogatus curo, ut sequentia in Officinâ *Wernigerodensi* præparentur.

℞. *Aloës Epat.*
Myrrh. select. ana ℥ v.
Scord. ℥ iij.
Vitriol. calcinat. ℥ j.
Sulphur. ℥ iij.
Ex incis. & contusis
F. Pulv. S. vermischt Pulver.

℞. *Spong. magn.* Nro. iiij.
S. Schwämme.

℞. *Ol. succin.*
spic. ana ℥ iiij.
juniper. ℥ iß.
S. Balsam Oel.

℞. *Candel. pro fumo.* ℥ iij.
S. Räuchkertzlein.

℞. *Vin. Rhenan.* M iij.
S. Wein.

℞. *Spirit. Vin.* M iij.
S. Brantewein.

℞. *Gossyp.* ℔ j.
S. Baumwolle.

℞. *Duplar. Restionum,*
Bindfadem pro 1. gl.

℞. *Herb. absinth.*
Scord. ana M iij.
tanacet.
abrotan.
salviæ.
serpill.
thym.
majoran.
rutæ,
mentastr.

Fol. laur. ana M iiij.
Flor. Rosar. Damasc. M iij.
Spic.
lavand. ana M j.
Baccar. junip. contus. ℥ vij.
Baccar. laur. ℥ ij.
Sem. anis. ℥ ij.
angelic.
seseleos. ana ℥ ß.
Castor.
Thur.
Styrac. calamit. ℥ j.
Bdell.
Sarcocoll. ana ℥ vj.
Ex incisis & contusis
F. Species, quæ dentur in scatulâ mundâ, & signentur Species zur Balsamirung.

USUS PRÆSCRIPTORUM.

1. Eviſceratur corpus, id est, primò eximitur Pulmo cum Corde, Ventriculo, Epate, Liene, Inteſtinis & Veſicâ, quæ Viſcera ſeparatim ſepeliuntur. 2. Abluitur corpus eviſceratum internè & externè, primò Vino Rhenano, poſtea Spiritû Vini, ad cujus uſum adſunt Spongiæ. Hoc facto conſpergitur pulveribus intùs totum corpus. Deindè inunguntur Oculi, Aures, Nares & Os oleis præſcriptis. Tandem impletur cavitas corporis herbis, & ſpeciebus ordinatis, & goſſypio interpoſito corpus duplario Retiorum conſuitur.

OBSERVATIO
&
CURATIO LXXXVI.

DE AFFECTU SPLENETICO.

ANdreas *W*ilckius 25. annorum, Studioſus Theologiæ, cùm laboraret affictо Liene, à me ſic curatus eſt.

℞. *Cremor. tart.* ℥ ß.
Cryſtall. tart. ℈ ß.
Sal. chamom.
abſinth. ana gr. iij.
Miſc. F. pulvis.

℞. *Pulv.*

℞. *Pulv. sen. Wierij* ℈ij.
Spec. diaturb. cum Rhabarb.
Cremor. Tartar. ana ℈ß.
Resin. Scamm. gr. iij.
Ol. anis.
citr. ana gutt. j.
Misc. F. Pulv.

℞. *Conserv. borrag.*
cichor.
flor. genist. ana ℥j.
Radic. helen. condit.
Cort. citr. condit. ana ℥ß.
Pulv. cort. tamarisc.
cinnamomi ana ℥ij.
spic. Indicæ, ℥ß.
Cum Syrup. borrag.
F. Electuarium.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVIII.

DE AFFECTU EODEM.

Dominus Georgius Soldnerus, Consul Stolbergensis, olim ex sequentibus præscriptis remediis in periculoso Splenis affectû salvum evasit.

℞. *Cremor. tartar.* ℈iiß.
Tartar. alb. vitriol. ℈j.
Sal. tartar. gr. iij.
F. pulv. S. Digestivum.

℞. *Syrup. rosat. solut.* ℥vj.
d. cinnamom. ℥ß.
Extract. panchym.
Croll. gr. vj.
Diagrid. gr. ij.
Tartar. Vitriolat. gr. v.
Cremor. tartar. gr. viij.
Elect. diaphæn. ℥ij.
Confect. hamech. ℥iß.
F. Mixtura.

℞. *Conserv. beton.*
borrag.
citr. ana ℥iß.
Trochisc. d. capp.
eupat.
absinth.
Spec. diacapp. ana ℈j.
Syrup. d. scolopendria,
Acetos. citr. q. s.
F. Electuarium.
S. Miltz Stärckung.

Dosis manè & vesperi ad magnitudinem castaneæ.

℞. *Flor. melilot.*
chamom. ana M i ſ.
Fol. Tanacet.
artemiſ. ana M ij.
Incisa miſc. S. Herbæ pro fomento.

Vel:

Ejus loco potuiſſet ſequens ſubſtitui.

℞. *Emplaſtr. de melilot.*
de mucilag. ana ℥ ſ.
Ol. lilior. albor.
de cappar. ana ℥ i ſ.
Miſc. pro Ungvento.

OBSERVATIO
& CURAT. LXXXVIII.
DE AFFECTU EODEM.

IN Lienis affectibus Caſparo Thalio civi Northuſano olim hæc medicamenta præſcripſi, quæ ipſi egregiè profuêrunt.

℞. *Syrup. de Cichor. cum Rhab. ana* ℥ i ſ.
acetoſ. ſ.
Oxymell. ſimpl. ana ℥ i.
Spirit. Sal. gutt. iiij.
Miſc. & D. convenienter.
S. Safft / täglich zwey Löffel voll zu genieſſen.

℞. *Cremor. tart.*
Tart. Vitriolat. ana ℥ ſ.
Spec. diatart. ℈ ſ.
Diagrid. gr. vij.
Ol. citr.
cinnamomi ana gutt. ij.
F. Pulvis.
S. Purgier-Pulver.

℞. *Conſerv. fumar.*
beton.
bugloſſ. ana ℥ i.
Cort. aurant. condit. ℥ ſ.
Extract. ſcolopend.
Croc. Mart. aperit. ana ℥ iij.
Ocul. 69. præpar.
Sal. Corall. ana ℈ i.
C. C. uſt. philoſ. præp.
Spec. aromat. roſat. ana ℥ ſ.
Trochiſc. d. cappar. ℥ i.
Cum Syrupo d. Scolopendriâ q. ſ.
F. Electuarium. Manè & quando itur cubitum, ſumatur magnitudo caſtaneæ.

℞. *Ol.*

℞. *Ol. Cappar.* ℥ iſ.
Rut. ℥ j.
lilior. alb.
aneth. ana ℥ ſ.
Adip. Anſer. ℥ iij.
Ol. deſtill. Terebinth. ℥ ſ.
Ceræ ℥ j.
F. Linimentum molle.
S. In fictili: Ungventum Lienis.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIX. DE VARIOLIS.

Rector Scholæ Heringenſis pro expellendis variolis dedit filiolæ ſuæ unius anni in aquâ Carduibenedicti Spiritûs Cornû cervi gutt. 2. (una ſatis fuiſſet) ex quo Infantulus biduum ſudavit, præterito hoc biduo erupere in tergo tantùm tres variolæ, & ſupervenit hæmorrhagia narium, quâ finitâ integrè Infantulus convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO XC. DE ASTHMATE.

Mulier quædam dicta, Anna Böttichers/ 60. annorum è pago Rotlebrodâ, correpta ab Aſthmate & Tuſſi, ſolis hiſce remediis ſanata fuit.

℞. *Syrup. Violar.*
hyſſopi,
Aceti ſquill. ana ℥ ſ.
Aqu. hyſſopi,
ſalviæ ana ℥ j.
Cryſtall. Tartari ℥ ſ.
Miſc. S. Digeſtivum.

℞. *Maſſ. pill. de Agaric.* ℈ iiij.
gummi gutt. gran. ij.
Olei aniſi,
fænic. ana gutt. j.
Spir. ſulphur. gutt. ij.
Fiant pilulæ xxx. cum ſyrup. de hyſſopo. S. Pillen.

℞. *Flor. ſulphur. cum ſaccharo Candi alb. ſublimat.* ℥ ſ.

Ex-

Extract. Elenij ℥ſ.
Syrup. d. hyſopo
d glycyrrh. ana ℥j.
Oxymel. ſquillit. ℥x.
Loch. ſan. & expert.
d. pulmon. vulp. ℥vj.
paſſular. ℥ſ.
Spec. diatrag. frig. ℨij.
Ol. aniſi,
fænic.
balſam. ſulph. a. gutt. v.
F. Electuarium.

℞. *Ol. amygd. d.* ℥iſ.
Violar. ℥j.
chamom.
Pingued. galli ana ℨvj.
Ol. aniſi,
fæniculi. ana ℈j.
Ceræ parum.
F. Unguentum.

OBSERVATIO & CURATIO XCI. DE ORTHOPNOEA.

Civis Stolbergenſis ſuæ ætatis ſexaginta annorum, frequentiſſimè patiebatur Orthopnæiam, & tunc tantâ difficultate Spiritum trahebat, ut tantùm ipſum oporteret, erectâ cervice in lecto ſedere: Hunc adjuvi ſequentibus præſcriptis medicamentis.

℞. *Aqu. beton.*
ſalviæ,
veronicæ ana ℥j.
Syrup. de praſſio,
d. hyſopo,
Violar. ana ℨvij.
Fæcul. araonis,
Cryſtal. Tartari ana ℈j.
F. Mixtura.
S. Weich-Trăncklein.

℞. *Extr. methoat. ſ.*
agarici ana gr. x.
Cryſt. Tart. gr. xv.
Extract. diagridij gr. iij.
Cinnamomi gr. vij.
Ligni aloës gr. x.
F. pulvis.
S. Purgier-Pulver.

℞. *Loch. ſan. & expert.*
d. pulm. vulpis,
de pino ana ℥j.
de glycyrrh.
de Enulâ ana ℨvj.

Rad.

Rad. Enulæ condit. incis. & contus. ℥ iiiſ.
Spec. diagr. ſ.
diatr. frig. ana ʒij.
diapap.
diahyssop. ana ʒj.
Cum hyssopi Syrup. q. ſ. fiat Loch. liquidum.

Deinde Emplastrum de meliloto ipsius pectoris regioni imposui, quo glutinosa pituita pulmonibus adhærens emolliretur, & emollita faciliùs per vias & meatûs pulmonum educeretur. Interea quia plethoricus erat, non neglecta est venæ sectio. Quibus medicamentis, Dei beneficio, ægrotus sensim convaluit, & pristinam recuperavit valitudinem.

OBSERVATIO & CURATIO XCII.

DE VOMITIBUS INgentibus.

VIr quidam in Xenodochio afficiebatur ingentibus Vomitibus, præsertim à cibis assumtis, qui cùm non compescerentur, meam implorabat opem, quam in hunc modum tuli.

℞. *Ferment. acris* ℥ iij.
pulv. menth. ʒiſ.
Mastich.
Caryophyll. ana ʒj.

Extendantur instar Cataplasmatis super pannum Lineum, & calidè super Ventriculum ponantur; Sed & de sequenti Condito stomachico subindè illum parum capere jussi.

℞. *Conserv. Ros. antiq.* ℥ iſ.
menth. ℥ ſ.
Cortic. citr. condit. ʒj.
Radic. acor. condit. ℥ ſ.
Rob. Rib. ʒj.
Diacydon. c. spec. ʒ vj.
Corall. præp. ʒij.
Nuc. cont.
Cinnamomi ana ʒ ſ.
Cum Syrup. acetoſ. Citr.
& ol. caryoph. gutt. ij.

Misc. pro Condito, Quibus ita usurpatis vomitus cessavit, & assumta optimè postea retinuit.

OBSERVATIO & CURATIO XCIII.

DE TUSSI.

CHristianus Ulrich / privignus meus, Adolescens 17. annorum, gravi affligebatur tussi, eaq; continuâ quâ tamen nihil expectorabatur. Causa autem hujus erat humor frigidus, viscidus ac lentus pulmonibus impactus. Ab hac ut illum liberarem, cùm me rogaret, sequens lambitivum, quod egregiè profuit, præscripsi.

℞. *Syrup. d. Hyssop.*
Violac. ana ℥ij.
Loch. san. & expert. ℥j.
Extract. Scabios. ʒj.
calam. ℈j.
Flor. Sulphur. ʒß.
Oxymell. Scyllit. ℥j.
Ol. anis. gutt. vj.
Cum Aqu. Scabios.
Misc. F. Loch.

OBSERVATIO & CURATIO XCIV.

DE URINÆ ARDORE.

RUsticus quidam annorum 41. in pago Sachswerffen / per sex dies continuos laborabat urinæ ardore & dolore mingendi, ex biliosis, acribus & mordacibus humoribus urinæ permixtis, sicq; partes sensibiles vellicantibus. Huic ego ordinavi sequens decoctum, cujus usum cùm per novem dies continuâsset, ab hoc urinæ ardore & dolore integrè liberatus fuit.

℞. *Rad. Glycyrrh.* ℥j.
malv.
alth. ana ʒvj.
Herb. Lactuc.
violar.
malv. ana Mj.
Flor. Violar.
nymph. ana P j.
Sem. 4. frigid. major. an. ʒiß.
papav. alb. ʒij.

Juju-

Jujubar.
Sebest. *ana* Nro. v.
Incidantur minutim omnia, & incoquantur cerevisiæ vulgari, & de hoc ℥iiij. pro dosi quotiè sumantur.

OBSERVATIO & CURATIO XCV.

DE VARIOLIS.

DOmini Antonii Fabri filiolus, natû major sexennis corripiebatur Variolis, quibus febris conjuncta erat ac dolor capitis. Huic mox ab initio ad majorem expulsionem ordinavi seq. Decoctum.

℞. *Lent. excort.* M j.
Ficuum Nro. iiij.
Uvar. Corinthiac.
Radic. Fœnic. ana ℥ ſ.
Sem. Aquileg. ʒ j.
Coqu. in aqu. cinnamomi.
Colentur & clarificentur.

Quo decocto per biduum epoto, confertim Variolæ toto corpore eruperunt, cum maximâ alleviatione, ac febris quoq; remissione. Verùm cùm postmodum alvus obstrueretur, seq. pulverem ei dedi.

℞. *Mechoac. ras.* ʒ ſ.
Diagrid. gr. ij.
Misc.

Sed cùm nimis debilis esset, nec alvus indè solveretur, de hoc Nodulo bibebat in prandio.

℞. *Radic. Cichor.*
polypod. ana ʒij.
Fol. Sen. ʒij. ℈j.
Rhab. ℈ iiij.
Chrystall. tart. ʒ iſ.
Sem. anis. ℈ ij.
Ex Incisis omnibus. F. Nodulus. Ne Variolæ quoq; oculos læderent hæc Aqua quotidiè illis instillabatur.

℞. *Aqu. Rosar.*
plantag. ana ℥ij.
In quibus infunde in Nodulum ligata:
Sem. Sumach. ʒ iſ.
Croc. ℈ ſ. Misc.

OBSERVATIO & CURATIO XCVI.

DE ICTERITIA IN INfante novem mensium.

IDem prædicti Antonii Fabri filiolus natu minor, post paucos dies corripiebatur Ictero, seu, ut vulgò vocant, morbo Regio; dejectiones omnes erant biliosissimæ, urina flavescens valdè ac citrina unà cum quodam ardore, qui in emingendo percipiebatur. Ad hujus curam accitus initiò præscribo mixturam hanc.

℞. *Syrup. d. Cichor. cum Rhabarb.*
2. Radic. ana ℥ iß.
Aquæ Cuscutæ ℥ iß.
Misceantur.

De hac mixturâ præbebatur infanti quotidiè manè parvum Cochleare. Sub Vesperam verò devorabat pauxillum de seq. bolo.

℞. *Conserv. Rosar.* ℥ j.
Magist. tart. vitriolat. ℈ ij.
Syrup. de cichor. cum rhabarb. q. s.
Misc.

Verùm cùm infans Mixturam prædictam fastidiret, ejus loco ordinavi seq. decoctum aperitivum & deoppilativum, quod sine fastidio sumsit.

℞. *Radic. petros.*
cichor.
fænic. ana ℥ ß.

Coqu. in brodio seu jusculo galli gallinacei. Et de eo Cochlearia bina quotidiè infanti præbeantur. Cùm vix per biduum de hoc Decocto bibisset, miraculi instar ab omni Icteritiâ feliciter liberatus fuit, excrementis alvi ac urinâ imposterum naturaliter se habentibus.

OBSERVATIO & CURATIO XCVII.

DE VIRGINE, QUÆ spasmo obiit.

VIrgo Nobilis fortè viginti annorum, cùm esset à quodam

quodam Nobili per jocum arrepta, & in altum sublata, cadendo ad columnam ligneam, qualis in medio hypocaustorum aut cœnaculorum erecta conspicitur, allisit caput cum primis colli vertebris: Hinc paucis pòst diebus omnem ferè cibum aversari, nonnihil ad actiones animales perturbari cœpit: ita quidem ut etiam torpor pedum manuumq; subsequeretur, ipsaq; sæpè crepidæné pedibus adhærerent, dubitaret, ac, quasi manus non haberet, conquereretur: Solito inter loquendum clamabat acriùs: Ex consensû per spinalem medullam omnia hæc ortum traxisse dubitari non potest. Cúmque vocarer, atque ipsam de dolore jugali conquerentem audirem, adeò ut dormire non posset, adhibui statim hunc sacculum in vino & aquâ coctum:

℞. *Flor. cham.*
melilot.
sambuc. ana M j.
Herb. salv.
majeran.
rorismar.
spic.
chamædr.
chamæp.
origan. ana M ß.
Baccar. junip. ℥ iß.

Ex incisis & contusis. F. Species pro Sacculo. Inunxi hoc linim.

℞. *Ol. lumbr.* ℥ j.
philos. ℥ iij.
aneth.
chamom. ana ℥ ß.
costin. ℥ ij.
spic. ℥ j.
Ungvent. dialth. ℥ iij.

(addi poterat Ol. hyperici parum) Cum pauca cere f. Linimentum.

Cûm alvus esset adstricta ad plures dies: dedi seq.

℞. *Extract. nostr. Cathol.* gr. vj.
Diagryd.
Trochisc. alhand.
Gumm. d. Peru. ana gr. j.
Mass. pil. d. extr. gr. v.

F. Pilul. Nro. v. Soluta est alvus. Intrò exhibui ad guttas iiij. manè:

℞. *Ol. anth.* gutt. xxiv.
majoran.
lavandul.
aurant. ana gutt. xij.
anis.
fœnic. ana gutt. xx.
Misc. D. in vitro.
S. Ol. in vino sumpsit.

Sed cùm affectus ita radices egisset, ut parum levaretur: tandem Spasmo correpta obiit.

OBSERVATIO & CURAT. XCVIII.

DE OBSTRUCTIONE mensium.

NObilis matrona Anna à N. genere à N. in N. laborabat obstructione mensium per annum: mittebat ad me urinam, petebatq; simùl consilium & auxilium: Dolor aderat hypochondriorum gravativus, dolebat caput; præstò erant nausea, sitis, calor: Urina crassa rubra, instar loturæ carnis: mesenterii, jecoris &c. Obstructio indè apparebat simul. Præscripsi 1. Vinum aperiens.

℞. *Herbar. borrag.*
scolopendr.
cuscut.
Flor. borrag.
cichor.
Endiv. ana ℈j.
Radic. glyc. ras.
acetos.
pæon. ana ʒj.
cichor. ʒij.
Fol. sen. s. s. ʒvj.
Mechoac. ʒß.
Turb. ʒj.
Agaric. ʒß.
Rhabarb. ℈j.
Cinnamomi el.
Spic. Ind.
Zingiber.
Sem. anis. ana ʒß.

Incid. & cont. ut conv. pro nod. ad ℔. j. vini & aqu. borrag. ℔ß.

Bibat de eo bis, manè. Postquàm priùs vesperi assumsisset

Crem.

Crem. tart. subt. ℈ ij.
Tart. alb. vitriol. gr. viij.
Sal. artemis. gr. iiij.
Misc. capiat in brodio.
2. Posthæc:
℞. *Turb. optim.*
Radic. mechoac. ana gr. xij.
Cremor. tart. ℈ j.
Extract. diagrid. gr. iij.
Tart. alb. vitriol. gr. vj.
F. pulv. subtiliss. Consp. Ol. citr. gutt. ij.
M. ad sicc. D. S. Purgier-Pülverlein.

Quinquies tamen ex hoc purgata est.

3. Posthæc ad menses:
℞. *Sp. Salis,*
vitriol. ana ℈ ij.

Misc. ad Vitr. Capiat indè manè gutt. vij. vel viij. in brodio pulli, per aliquot dies, in aqua artemis.

4. Exinde:
℞. *Sal. artemis.*
chamom. ana ʒ iß.
Tartar. ℈ iß.
Tartar. alb. vitr. ℈ iiß.

Misc. D. S. Saltz. Capiat de his ʒ ß. aliquot per dies manè in lecto, in vin. alb. ℥ iß.
Aqu. artemis. borrag. ana ʒ ß.
Cum pauxillo Rob dianucum supersudando in lecto. Et sic convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO XCIX.

DE HORRORE FEBRILI aliisq; Symptomatibus.

ANno 1623. ultimo Februarii accidit, ut Nobilis juvenis Rudolphus à N. corripiatur horrore febrili, vomitionibus crebris, virium magnâ prostratione, &c. Hinc cùm nondum planè constaret, quò morbus vergeret, accersitus svadeo, ut capiat pro corroboratione sequentes morsulos.

℞. *Spec. diamarg. frigid.*
diarhod. Abbat.
aromat. rosar. Gabr.
Magister. corall. ana ℈ j.
perlar. gr. xv.

Spo-

Spodij.
C. C. sine ign. præp. ana ℈ ſ.
Cortic. citri condit.
Conserv. borrag.
citri ex carnel. ana ʒ ij.
Confect. alkeker. ʒ j.
Ol. citri,
cinnamomi ana gutt. iij.
Sacch. fini. dissol. in aqu. rof. & borrag. q. s.
Fiant morſuli.

Die 6. Martii præſcripſi.

℞. *Aqu. acetoſ.*
borrag.
violar. ana ℥ j.
Syrup. acet. citri
d. limon.
Julep. violar.
roſar.
Rob. berb. ana ℥ ſ.
Spiritûs vitrioli gutt. vij.

Miſce, deinde ſignetur: julapium duabus vicibus, nimirum manè & veſperi, ſumendum.

Die octavo ejuſdem menſis.

℞. *decocti aperativ. & alterativ. facti (cum foliis senæ* ʒ j*)* ℥ iij, *infunde per noctem* ʒ j.
Rhabarbar.
agarici ℈ ij.
Tartari albi vitrioli ℈ j.
Spiritûs vitrioli gutt. v.
Manè factâ expreſſ. adde elect. de ſucco roſar. ʒ ij.
diaprunis ſolut. ʒ ſ.
Syrup. d. cichoreâ cum Rhabarb.
roſat. ſolutiv. ana ʒ iij.
Ol. citri,
aurantior. ana gutt. j.

Miſce. d. S. Purgier Trancklein.

Bellè fuit purgatus. Et ſic Dei gratiâ convaluit.

Idem cum nono Aprilis, ut & pridie ejus ſtrenuè potâſſet, ſaltâſſet, expaciandoq; ſe exercuiſſet, fortè & venere uſus fuiſſet nimium (tribus enim antè diebus nuptias celebraverat) noctе iſtâ maximo per totum corpus æſtû obruitur, cum vomitionibus creberrimis, vigiliâ, dolore capitis &c. urina erat rubra, pulſus febrilis.

Sequenti dies meliùs habuit, eâdemq; nocte benè dormivit.

11. Aprilis itidem benè habuit ad veſperam præſcripſi.

℞. *Aqu.*

℞. *Aqu. borrag. ana* ℥ ij.
violar.
Endiv.
cichor.
acetos.
rosar. ana ℥ iß.
melissæ ℥ ß.
cinnamomi. ℥ iij.
julep. violar.
Tinctur. rosar. ana ℥ j.
Syrup. acetos. citr.
violac.
d. agrest.
Rob. ribium,
berber. ana ℥ ß.
Spirit. Vitr. gutt. xxvi.
M. F. Julap.

Utatur subindè ad haustulum, sed nauseavit, nec ferre potuit aut voluit natura.

Rediit ad vesperam calor, duravitq; ferè per noctem totam. 12. Aprilis meliusculè habuit, ut & eâdem nocte. Præscripsi:

℞. *Syrup. acetos.*
citr. ℥ iß.
acetos. s. ℥ ß.
violac.
d. agrest. ana ℥ j.
Julep. violar.
ex tinct. rosar. ana ℥ vj.
Myv. cydon. s. ℥ ß.
Spirit. Vitr. ℥ ß.
Aqu. cinnamomi gutt. x.
Misc. D. in fictili.

Neq; hâc mixturâ, ut par erat, uti potuit.

13. Apr. summè angebatur Vomitionibus creberrimis, ardore circa orificium Ventriculi; ita ut, cùm exhiberetur Julep. Rosar. & Violar.

Postea etiam Syr. d. agrestâ, dicent, calefacere hos Syrupos; scilicet ebullitio fiebat bilis ad stomachum, quæ commixta cum acido Syrupo stimulabat orificium ejus; Sed paulò post quievit ardor. Cùm nimium esset debilis, nec ferre corroborantia vel in pulvere, vel morsulis & rotulis usurpare posset; exhibui tantùm aqu. cichor. & violar. cum aq. rosar. & retinuit: Cordis Regioni hoc Epithema applicare jussi.

℞. *Aqu. rosar.* ℥vj.
borrag. ℥iiij.
meliss.
violar.
lavand. ana ℥j.
Acet. rosar.
flor. tunic. ana ℥ſ.
Pulv. lign. aloës,
cort. citr. ana ℈j.
Spec. card. temp. ℥iſ.
Aqu. cinnamomi ℥ſ.

Miſc. pro Epithemate Cordis.

Hoc ſummè laudavit.

Cum nullum ferè potum ferre poſſet, animum adjecit ad aquam Hordei permiſſ; bibit, magno indè ſubſequente commodo: Statim enim urinæ calor remiſit, ut & reliqua ſymptomata.

Cæterùm, quoniam materia morbifica non erat expurgata; ſvaſi ut biberet per tres vel quatuor dies ſequ. vinum:

℞. *Radic. cichor.* ℥v.
fœnic. ℥ij.
acetoſ.
lactuc. ana ℥j.
Herb. borrag.
lactuc.
ſcariol.
ſcolopend.
abſinth. ana ℈ij.
Summit. cent. min. ℈ſ.
Flor. borrag.
cichor. ana P j.
Fol. ſen. ſ. ſ. ℥j.
Rhabarb. el.
Turb. optim. ana ℥ſ.
Mechoac. ℥j.
Cort. Myrobal.
citrin. ℥iſ.
Zingib.
Macis,
Galang. ana gr. xxvj.
Cortic. citr. ſicc. ℥ſ.
Cremor. tart. ℈ij.

Da inciſa & contuſa pro nodulo, cui ſuperfund. ℔j. Vini, & ℔ſ. aqua cichor. vel Endiv.

Bibit ternis vicibus, & ſingulâ vice quinquies ſexiesque fuit purgatus, ſed ſine moleſtiâ. Sic iterùm convaluit.

OB.

OBSERVATIO & CURATIO C.

DE GRAVISSIMIS E capite destillationibus.

VIR reverendus Johannes N. Pastor in Danikerode / 70. natus annos, quotannis circa Januarium aut Februarium Martiumvé gravissimis è capite destillationibus vexabatur; quæ præter tussim non modò dyspnæam, sed & anorexiam quandam excitabant: Circa mediam enim noctem in lecto erectus aliquandiu sedere, illapsamque bronchiis pituitam per tussim ejicere cogebatur: Anorexia verò ob defluxum ad orificium ventriculi pituitæ oriebatur: quæ quia quandam salsedinem erat nacta, sitim excitabat: Hisce præscriptis ferè usus convaluit, DEO benedicente.

1. Purgetur Caput; pro hac intentione ordinavi.

1. Vinum.

℞. *Agaric.* ℥ii.
Fol. sen. s. s. ℥vj.
Herb. rorism.
hyssop.
marrub.
borrag. ana ℥ß.
Radic. cichor. ℥vj.
Glycyrrh. ras. ℥ij.
Polypod. q. ℥ß.
Passul. ℥iij.
Sem. fœni. ℥ij.

Incisis & contusis superfund. mensur. ß. Vini; Bibat manè haustum; Prædicavit hoc Vinum:

2. Pilulas.

℞. *Mass. pil. aur.*
cochiar.
d. agar. ana gr. vj.
Extract. hermod gr. viij.
cathol. nostr. gr. iij.
alhand. gr. j.
Aqu. fœnic. pur.
F. Pilul. Nro vij.
add. ol. fœnic. gutt. j.
major. gutt. ij.

Debiliter hæ pilulæ ſunt operatæ.

3. Ad expectorationem; ſimul & inciſionem ac conſumptionem pituitæ.

℞. *Oxymell. ſcyll.* ℥ ij.
Mell. ſcyll. ℥ iſ.
Syrup. d. hyſſop.
Glycyrrh. ana ℥ j.
Spirit. Aniſ. ℥ ſ.
Ol. ſacchar. ʒ j.
Balſam. Sulph. gutt. xx.
Ol. aniſ. gutt. viij.
Spec. diair. ſimpl. ℈ ij.
diatrag. frigid. ʒ j.
Flor. Sulphur. ℈ j.
Aqu. cinnamomi ℥ ſ.

Miſc. Capiat per diem bis Cochlear. dimid. manè verò & veſperi, quin etiam ad mediam noctem.

4. Præſcripſi etiam maſticatoria.

℞. *Maſtich.* ʒ iij.
Cubeb. ʒ j.
Nuc. moſchat.
Macis,
Radic. pyrethr.
Majoran. ana ℈ j.

Pulver. & cum melle ac paucâ cerâ.

F. maſticatoria. maſticet manè, expuendo:

Pro roborando & exiccando capite lixivium.

℞. *Herb. beton.*
puleg.
major.
hyſſopi,
ſalviæ,
ſerpill. ana M j.
ſpica,
lavand.
calaminth. ana M ſ.
Fol. lauri. ʒ j.
agarici. ʒ iſ.
roſar. rubr. M j.
Cortic. citri,
aurant. ana ʒ ij.
Sem. aniſi,
fænic. ana ʒ j.
coriandri ℈ ij.
Baccar. junip. ʒ iſ.
Flor. chamomill. M iſ.

Incid. & contuſ. coquantur in lixivio & aquâ.

Lavetur caput, & leniter ſiccetur, excepto linteolis mollibus

libus fumum ex pulvere sequ. super carbones projecto.

℞. *thuris,*
mastichis,
styrac. calamit.
flor. rosar. ana ℥ j.
benzoes ℈ j.
rasur. lign. junip. ℥ ß.
Santali rubri ℈ ij.
F. pulvis subtilissimus.

Lotio pedum ad eandem intentionem.

℞. *Salv.*
origan.
majoran.
pulegij,
serpill.
chamomill. ana M iß.
baccar. lauri ℥ iij.
juniper. ℥ ij.
salis ℥ iß.

Coqu. in lixivio & dum itur cubitum, laventur pedes.

Vinum medicatum de quo primum haustum bibat in pastu.

℞. *Radic. Ireos Flor.* ℥ iij.
enul. ℥ vj.
glycyrrh. ras. ℥ iiiß.
Herb. salv.
majoran. ana ℥ iß.
Sem. anisi, fænic. ana ℥ j.
siliquar. ℥ iß.
Flor. borrag. ℥ j.
Ligni sassafr. ℥ j.

Incidantur & contundantur pro M iß. vini, semper reaffundendo parum.

Diæta.

Aër frigidus & humidus vitetur.

Cibus sit facilimæ digestionis, juscula carnium, gelatinæ, amygdalata, carnes pullorum gallinarum, vitulorum, ova sorbilia, poma exsiccata cocta, hordeacea & avenacea juscula &c.

Ex piscibus truttæ, funduli, lucii &c. Potus sit cerevisia benè defecata, mediæ ætatis, potest ex iisdem herbis, ex quibus vinum usuale parari.

Post pastum sumatur aliquid ex cydon. condit. vel conserv. rosar. insperso pulv. sem. coriandri.

Et sic tandem convaluit.

Cùm, candide Lector, in hâc Centuriâ Curationum quorundam medicamentorum facta mentio, quorum nomen quidem ponitur, præparationes verò non ubivis obviam, lubet ipsas & præter has etiam alias secretiores hic coronidis quasi loco annectere: Tu interea saltem hæc, ut & cætera, qualiacunque etiam sunt, tàm benevolâ, quàm gratâ manû accipe, & Centuriam tertiam brevi subsecuturam, si Deus vitam longiùs concesserit, à me expecta.

PILULÆ DE EXTRACTIS.

℞. *Essent. aloës s. n. descriptionem* ℥ iij.
Extr. Rhabarb. ʒ ij.
mechoacan. compos. ʒ j.
diagrydij ʒ ß.
hellebori nigri ʒ ij.
Trees,
Magister. perlar.
Trochisci galliæ mosch. ℈ ß.
Essent. croci ℈ j. gr ij.
Cryst all. Tartari ʒ j.

Misce cum pauxillo syrup. d. cortic. citri,

Fiat Massa additis

Ol. fœniculi,
anisi,
garyophyll. an gutt. iiij.

Inaurentur, & dentur convenienter, S. proprio nomine.

Hoc extractum conducit ferè omnibus morbis, qui per purgationem evacuari volunt.

EXTRACTUM BRYONIÆ compositum.

℞. *Rad. bryon.* ℥ v.
pæoniæ,
cithorei ana ℥ v.
Scyll. præp. ℥ iij.
Herb. sabin.
salviæ,
meliss.
Flor. borrag. ana M ß.
Sem. erucæ,
pastinac. sylv.
Bacc. laur. ana ℥ iß.
juniper. ℥ iiß.
Myrrhæ ℈ iiij.
Nuc. mosch. Nro. j.
Ligni aloës. ℥ j.

Incidantur & contundantur f. a. & cum Spirit. Vini extrahe Essentiam, ut convenit, Extractum evapora ad justam crassitiem: adde

Essent. aloës nostræ descriptionis, per aquam Endiviæ fact. ℥ j.
Tartari albi vitriol. ℈ j.
Extract. matricar.
artemisiæ ana ℈ ſ.
Ol. sabinæ &
matricar. ana gutt. vj.
Elixir. proprietatis. gutt. viij.

Misce & serva pro usibus tuis.

Hoc Extractum plerunque in omnibus morbis uterinis dare soleo.

PILULÆ CEPHALICÆ nostræ descriptionis.

℞. *Agarici* ℥ vj.
Rhab. elect. ℥ ſ.
Turbith. optimi
Hermodact. ana ℥ j.
Spic. Indicæ ℥ j.
Pulv. subtiliß. & super. funde
Aquæ essensif. betonicæ & fænic. ex succ. ana q. s.
vel ut supernatet parum, adde
Mass. pilul. aurear.
cothiar.
s. q. esse nolo ana ℥ j.
Sped. diamosch. d. ℥ ij.
Trochisc. alhandal. ℥ j.
Diagryd. ℈ iiij.

Digerantur iterum affusæ Aqu. Apoplecticæ ℥ ij. per 24. horas. Postea ebulliant in B. M. per horas 12. semper benè muni-

munito vase, parumq; refrigerata exprime per pannũ mundum, qui pilos non remisit, & iterùm in duplici vase coque ad justam consistentiam lento igne, adde sub finem

Ol. fœnic.
cubebar.
carvi,
garyophyllor. ana gutt. ij.

F. Massa. S. Pilulæ Cochiæ nostræ. Dosis à ℈ j. ad ʒ ſ.

Datur in Affectibus cephalicis.

EXTRACTUM MEchoacannæ compositum.

℞. *Mechoac. opt. pulv.* ℥ viſ.
Pulp. Colocynth. ʒ vſ.
Diagryd. optim. ℈ iiiſ.
Spec. Diarrhod. Abb. ʒ j.
Diambr.
Diamosch. dulc. ana ʒ j.
Lign. aloës pulv. ℈ iiſ.
Trochisc. alipt.
moschat. gr. xiiij.

Infunde in cucurbitâ vitreâ superfunde

Aqu. Cinnamomi ℥ v.
Spirit. Vin. opt. q. ſ. ut tribus digitis supereminear. Vase accuratè clauso stent simùl in digestione per vj. dies, loco moderatè calido, postea pulliant leniter. Ubi refrigerat, ferè fortiter exprime. Expressum cola per pannum laneum purissimum, qui pilos non remittit. Expressio ita fiat, ut substantia in colatorio maneat.

Colatum hoc evapora leni calore, vel detrahe spiritum ad mellis crassitiem tunc instilla.

Ol. Aniſ. gutt. viij.
Garyoph.
Macis ana gutt. v.
Cinnamomi,
Citri,
Aurant. ana gutt. ij.

Misc. serv. pro Officina.
S. ut supra.

EXTRACTUM ARthriticum.

℞. *Radic. Hermod.* ℥ iſ.
Mechoac. ℥ iiſ.
Turbith. opt.
Pulp. Colocynth. ana ℥ j.
Spec. Diamb.
diamoſch. d. ana ℈ iiij.
Sal. gemm. ℈ ij.
Herb. Chamæpith. ℥ iiſ.
Chamæd. ℥ ij.
Sem. hypericon.
Aniſ.
Fœnic.
Coriand. ana ℥ ſ.

Craſſo modo pulv. & affund. in vaſe idoneo Spir. Vini, Eſſent. Salv. imprægn.
Aqu. Apopl. Lang. ℥ ij.
Cinnamomi ℥ j.

Digere per dies quatuor, poſtea leniter in B. M. refrigereſcentia exprime fortiter expreſſ. add.
Rhabarb. el. ℥ ij.
Pulver. roſmar.
flor. beton. ana ℥ j.
ſalviæ ℥ j.
Trochiſc. alipt. moſchat. gran. vj.
Croc. gran. viij.
Flor. cartham. ℈ j.

Digere per quatriduum. Exprime fortiter, expreſſum cola per colatorium laneum, ut ſubſtantia craſſa in colatorio maneat. Poſtea in lento igne abſtrahatur humiditas ſupervacua ad mellis craſſitiem, tunc add.

Extract. Diagr. ſ. ℈ ij.
Eſſent. aloes per aqu. Endiv. fact. ana ℥ j.
Coagula lentè: ſub finem inſtill.
Ol. aniſ.
fœnic. ana gutt. ij.
Anth.
Majoran. ana gutt. iij.

F. M. Hoc Extractum in omnibus ſpeciebus Arthriticis ſummum eſt remedium & præſentiſſimum.

NOSTER PULVIS Uſualis Purgans.

℞. *Cryſtall. Tartar.*
Pulver. Galap.
Diagrid. ſulphur. ana ℥ j.

Spec. aromat. rof. Gabr.
diarrh. Abbat. ana ʒ ß.
Misc. accuratissimè.

DESCRIPTIO MERCURII malleabilis.

℞. *Virid. æris,*
Sal. commun. ana ℥ iiij,
Vitriol. ℔ ß.

Superfunde acetum acerrimum, stent per noctem, & filtrata per pannum lineum sartagini ferreæ imponantur, posteaMercurii vini ℔ ß. injice, decoquātur hæc per diem, priùs probè agitata spatulâ; si liquor ad mediam partem consumptus sit; alius denuò reaffundatur, donec duritiem quandam instar metalli acquirat, aqua per setaceum tramittatur, & quicquid de Mercurio remansit minùs fixum, per corium trajiciatur, in loco frigido collocetur, ut magis magisque durescat.

De hoc ℞. ℥ iij.
Radic. Curcum. ℥ iß.
Tut. Alexand. ʒ x.

Ex Mercurio grosso modo contuso ßß. fiat in matracio, materia per bihorium in igne circulatorio stet, donec in granula abeat, quæ omnia in igne cum borrace conjungantur.

AQUA ANTIPODAGRICA præstantissima.

℞. *Capit. mort. Vitriol.* ʒ ij.
Opij Thebaic. ʒ ß.
Aqu. Chelidon.
Sambuc. ana ℥ iv.
Acet. destill. ℥ ij.

Misc. pro Epithemate, dolorem intra duas horas sedat.

ARCANUM TARTARI.

℞. *Tartar. acid. pulver.*
Vitriolat. ana ℥ iß.
add.
Spirit. Tartar. correct.
Vin. rectif. ana ℥ iij.
Sal. rectif. ℥ j.

Infund. hæc omnia mixtim in Retortam probè conglutinatam, stent in digestione per 3. septimanas, postea decanta & filtra.

AD

AD CALCULUM SUMmum remedium.

℞. *Acid. Tart.* ℥ iiij.
Cryſtall. calcinat. ℥ iſ.
Tartar. Vitriol. ʒ j.
Santal. rub. ℥ iſ.
Spirit. Vitriol. q. ſ.
Miſc.

Et hæc ſunt, amice Lector, quæ hoc tempore in tui gratiam ac utilitatem commentari & publicare volui. Quæ ſi tibi grata ac probata fuiſſe cognovero, Mihi ad alia & quidem majora edenda calcar animumq; (niſi Deus & Fata aliter velint) addes. Interim hæcce quæ nunc dedimus boni conſule, iisq; feliciter utere, & longùm vale.

ΤΩ ΛΟΓΩ.

Ἀρρήτῳ μόνῳ σοφῷ Θεῷ, Σωτῆρι ἡμῶν, δόξα, καὶ μεγαλοψυχία καὶ κράτος καὶ ἐξουσία, νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

PHIL. GRÜLINGII
OBSERVATIONUM
ET
CURATIONUM
MEDICINALIUM,
CENTURIA SECUNDA.

LIPSIÆ,
Sumptibus GEORGII HEINRICI FROMMANNI, Bibliop.
ANNO 1668.

VIRIS
MAGNIFICIS, NOBI-
LISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSUL-
TISSIMIS ET DOCTISSIMIS

DOMINIS
CONSVLIBVS,
SYNDICO, TOTIQVE
ORDINI SENATORIO INCLY-
TÆ IMPERIALIS REIPUBL.
GOSLARIENSIS,

DOMINIS PATRONIS ET FAUTORIBUS
PLURIMUM COLENDIS,

S. P. D.

PRæter omne dubium, VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI, mihi vitio vertatur, quòd VESTRAM NOBILITATEM ET AMPLITUDINEM literis hisce pauculis adire, & chartaceo hoc munusculo salutare audeam. Sed si res benè consideretur, facilè hæc mea audacia excusari poterit. Omnibus enim notum est, qvòd ii qvi Scriptum aliqvod BONO PUBLICO communicare nituntur, illud Patrono ac Mæcenati cuidam inscribere & consecrare soleant, idqve plerumqve ob seqventes causas. Primo ut hoc ipso Nomen & Memoriam ipsius Patroni immortalitati commendent. Deinde ut Patrocinium contra invitos, Malignos, omniaqve dente Theonino rodentes sibi concilient. Ut porro illustre aliqvod operi præfixum nomen sit instar hederæ, sub cujus signo, tanqvam generosum vinum reposcatur, collaudetur & vendatur. Hæ ipsæ causæ & me impulerunt, ut Vos huic præsenti

ſenti meo Labori Patronum, & contra Zoilos Defenſores, uti vocant, præ reliqvis eligam. Qvæſo igitur, VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSVLTISSIMI, ET DOCTISSIMI, qvâ Literatos complecti ſoletis, humanitate & favore, ut eo qvoqve me complecti benevoloqve vultu hanc meam Centuriam Secundam Curationum Medicinalium tramiſſam accipere, atqve hoc modo declaratum meum erga VOS honoris affectum, ſtudiumqve boni conſulere velitis.

Qvod ſupereſt DEUM OMNIPOTENTEM invoco, & ſollicito devotis precibus, ut VESTRAM NOBILITATEM ET AMPLITUDINEM ad Reipublicæ Chriſtianæ tutelam firmiſſimam in Neſtoreos usqve annos ſoſpites, Florentes & Incolumes in tranqvilla pace & fortuna conſervare, conſiliis univerſis factis & conatibus piis ac juſtis AUTHOR, ADJUTOR ET DIRECTOR adſiſtere IPSASqve

qve tandem ſempiterna ac cœleſti felicitate beare velit. Sic quidem voveo, voventi faveat ALTISSIMUS. Valete, Vigete, Florete in æternum. Dabantur Stolbergæ die 1. Maji, Anno 1664.

V. M. N. & AMPLITUD.

Obſervantiſſimus & dedititiſſimus

Philippus Grulingius Auliater.

Son-

Sonetto
In Obſervationes Medicinales
recens editas
VIRI
Clarisſimi, Experientisſimi & Famigeratiſſimi
DN. PHILIPPI GRULINGII,
Illuſtriſs. Comitis à Stolberg. &c. Medici gravisſimi, Conſulis & Scholarchæ ibidem meritisſimi,
Spectatisſimi,
Fautoris ſui æternùm devenerandi.

IſSt diß das ſchöne Werck? ſind diß die neuen Sachen?
Die ietzt der Preiß der Zeit/ Herr Grüling gibt ans Licht?
Fleuch nun/ Neid/ fleuch/ und zeuch/ das gute Lob gerücht
Wird Herren Grülings Kunſt und Namen kundbar machen
Der klugen Tugend Welt/ du/ Theons Freund/ magſt lachen
Vnd ſchmähen/ Tugend durch des Neides Nebel nicht
Verdunckelt wird/ vielmehr ſie heller herfür bricht/
Wenn ſie wird angefeindt vom Gifftes vollen Rachen.
Wer demnach Rath bedarff/ und ſich nach guten Mitteln/
Umb daß der Kranckheit er abkommen möge/ ſehnet/
Der öffne dieſes Buch/ ſo nicht mit bloſſen Titteln
Zum Schein iſt angefüllt/ was allhier wird erwehnt
Hat ſeinen Grund/ gebrauch es/ Krancker/ doch darneben
Muſt du/ als Syrach ſagt/ dem Artzt auch Ehre geben.

l. mq. f.
à
Paulo Conrado Schrötero.

SUSPIRIA AUTORIS.

QVi me ſervaſti puerum, Juvenemqve Virumq;
Effætum ſerva, Chriſte benigne, Senem.
Qvod mihi promiſit Sapientia, Pluto negavit,
Huic merito clamo, pauper ubiqve jacet.
Sed qvid divitiæ? quid opes? Res vana, quid aurum?
Qvid? niſi ſplendentis portio parva luti.
Artis Pæoniæ ſed dic qvæ præmia? laudes
Famaqve quæ clarat, nobilitatque Viros.
Ergò divitiæ valeant, ſit Chriſtus Jeſus,
Solus dùm vivam, vita ſalusqve mea.

OBSERVATIONUM ET CURATIONUM DOGMATICO-HERMETICARUM.

CENTURIA II.

OBSERVATIO & CURATIO I.

DE DIMINUTA VISIONE, seu potiùs Cœcitate incipiente.

ANno 1636. mittit ad me mulier Rustica filium suum referentem, qvòd ipsius Mater à binis mensibus tanta diminutione visus affecta fuisset, ut ferè cœcitas vel privatio visus immineret, & nihil nisi splendorem Solis perciperet, qvantumvis propius oculis res qvædam admoveretur. Ergo qværebam, an Nubecula, vel aliud vitium in oculo appareret, ad qvod responsum dabatur, nihil tale adesse, sed claritate, aut diaphanitate optima, qvantum ad externum intuitum oculum constare. Cùm igitur de causæ imminentis cœcitatis nihil certi cognoscere possem, præscripsi tantum seqventia.

Primò monui, ut bis uteretur seqventibus pilulis:

℞. *Extract. pilul. cochiar. s. q. esse nolui, lucis ana* ℈ſ.
Diagridij gran. iij.
Ol. macis,
fænic. ana gutt. j.

Cum aqva Euphragiæ,
Fiant pil. Nro. xix.
Deinde jussi, ut de hoc decocto ad plures dies manè cochlearia tria biberet.

℞. *Radic Valerian.*
Herb. Valerian.
euphrag.
fænic.
chelidon.
betonic. ana Mß.
Sem. fæniculi,
anisi ana ʒß.
Incisa minutim coqve in aqva fontana pura; Colentur & usui serventur. Tandem hanc aqvam instillaret oculis qvotidiè bis vel ter ad clarificandum visum, & depellendas Nebulas.

℞. *Aqv. fænic.*
euphrag.
chelidoniæ ana ℥j.
Vitrioli albi ℈iß.
Aloes Epat. ℈j.
Misce. F. collyrium.
Svasi etiam, ut mater curaret, sibi affigi cucurbitulas in scapulis, pro revulsione & derivatione materiæ ab oculis. Item, ut qvotidianos pedum & manuum frictiones institueret.

Et sic per hanc methodum hæc mulier, etiamsi in initio res periculosa anceps & dubia esset, ab hoc affectu divino auxilio, liberata & curata fuit.

OBSERVATIO & CURATIO II.

DE URINÆ SUPPRESSIONE IN PUERULO.

Filii mei filiolus, puerulus unius anni, patiebatur magnos dolores circa Vesicam & ingvina, fortasse ex tartarea & muscilaginosa materia, obstruente vesicæ collum, & impediente exitum urinæ, unde hic dolor ingens, inqvietudo, vigiliæ, clamor & ejulatus, præsertim noctu subseqvebatur. Huic ut operam mea arte ferrem, præscripsi balneum ex seqventibus herbis.

℞. *Fol.*

℞. *Fol. malvæ,*
Flor. chamomill.
meliloti ana M ij.
Incide & misce pro balneo.

Jussi qvoqve inungere à lotione exterius regionem Vesicæ,

Oleo chamom.
lilior. alb.
scorpion. ana q. s.

Et post inunctionem superimponere pannum duplicatum madefactum præscriptis oleis.

Qvo facto ilico urina cursum suum naturalem tenuit, & sine molestia & dolore profluxit.

OBSERVATIO & CURATIO III.

DE ASTHMATE UNA cum Tussi conjuncta.

Civis Stolbergensis, Martinus Rieman dictus, arte sua vigulus, & Vir qvinqvaginta annorum, alius corporis habitu & dispositione Phthisicus, corripiebatur ingenti respirationis difficultate, una cum Tussi conjuncta, qvem Divino nutu paucis hisce remediis restitui.

℞. *Radic. Enulæ,*
Glycyrrh.
Ireos ana ℥ vj.
Herb. scabios.
Veron.
Hyssopi,
Heder. terrest. ana M j.
Ficuum Nro. ix.
Passular. minor. ℥ j.
Sem. anisi,
fæniculi ana ℥ ß.
Flor. Violar.
Ungulæ caball. ana p. ij.

Incisa & contusa coqvantur aqva pura, & de colatura sumatur haustus calidus.

Absumto hoc decocto optimè inde habuit. Verùm cum aliqvando à tussi adhuc urgeretur, pro complemento Curæ ordinavi ægro Balsamum sulphuris, ex aqva hyssopi sumendum, & sic tandem ab omni molestia immunis evasit.

OBSERVATIO & CURATIO IV.

DE TUSSI IN INFANTE trium mensium.

Filiolus Domini Johannis Höfleri Pastoris Hainensis, infans trium vel qvatuor mensium ingenti Tussi afficiebatur, à qva, ut liberaretur, curavi, ut in Officina Northusana seqventia medicamenta præparentur.

℞. *Mannæ Calabrin.* ℥vij.
Ol. amygd. d. recent. expr. ʒj.
Extr. liqvirit. ʒß.
Spec. diagr. ʃ. ℈j.
Syrup. d. hyssop. ʒß.
Aqv. scabios. ℥vj.
Misce. S. Safft.

Post paucos dies Natu major qvoqve Filius eodem malo corripitur, cui sic profui.

℞. *Spec. Diatr. frig.* ʒß.
diapenid.
diapapav. ana ℈j.
Ol. anisi,
fænic. ana gutt. j.
Sacch. alb. q. ʃ. dissoluti in aqva farfara.
F. Rotulæ.

OBSERVATIO & CURATIO V.

DE PROFLUVIO CAPILlorum.

Anno 1651. mense Octobri accidit, ut Camerarius Hatzgerodensis ad me veniat, conqverens de decidentia capillorum post Febrim malignam, qvod fortasse ex inopia alimentorum factum cui seqventia remedia præscripta sunt, qvibus intra qvatuordecim dies à tanta capitis fæditate liberatus est.

Primo jussi, ut patiens bonam victus rationem institueret, unde boni sangvinis copia generaretur. Postea uteretur seqventibus.

℞. Rad.

℞. *Rad. bardan.* ℥vj.
Herb. capil. veneris,
abrotani,
polytrichi,
pulegij ana M.ß.

Coqvantur in aqva communi. Alio tempore alii in eodem affectu post ægritudinem præscripsi.

℞. *Polytrichi,*
Capil. veneris ana M.iß.
Fol. rosar.
myrtin.
absinthij ana Mj.

Decoqvantur in Oleo dulci & vino austero, donec vinum consumptum fuerit, omnia postea colentur exprimantur, & expressum oleum reponatur, qvo egregiè pili restituti sunt.

AD DEFLUXIONEM capillorum ex siccitate & inopia materiæ.

℞. *Radic. malv.*
Lilior. alb. ana ℥j.
Herb. Volubilis,
Violar.
Malvar.
fumariæ ana Mj.
Palear. hordei Mj.
Flor. Violar.
nenuph. ana p. j.
Sem. fænugræci,
cydon.
malvæ,
lini ana ℥iij.

Coqvantur in aqva communi ut ℔iij. remaneant.

Ante & post lotionem caput inungatur seqventi illinitione.

℞. *Ol. lini,*
amygd. d.
violar. ana q. s.
Fiat Mixtura.

Abrotanum & radix chelidonii in lixivio cocta hîc valde prosunt.

In defluviis superciliorum & barbæ seqventibus utimur.

℞. *Tutiæ præpar.*
Axungiæ porcin. ana ℥j.
Amyli ℥vj.
F. Ungventum.

PROGNOSTICATIO.

Si locus depilatus fricetur, & rubeus color non appareat,

non est species curanda: contra si citò rubescat, est signum curæ.

Hartmannus laudat hîc oleum suum Sulphuris. Item Chymicis in usu sunt olea Ceræ, Tartari, Buxi, Coryli, Ovorum Fuliginis & Myrrhæ.

OBSERVATIO & *CURATIO VI.*

DE AMICO CUI ABSORbenti jusculum os asperum per gulam descenderat.

Subintrat aliqvando alicui citra voluntatem guttur spina piscis, ossiculum, crusta panis, vel aliqvid aliud.

Sic qvoq; amico meo Henrico Eisengarten / Collegæ Scholæ Northusanæ, qvi circa Vigilias Festi S. Martini, in convivio apud Dominum Magistrum Cyriacum Brendelium Pastorem Northusanum in monte Petri, ineram, cui ego etiam avidè & imperfecta masticatione deglutiebat bolum brassicæ rubræ, in qvo erat ossiculum, qvod in gula hærens, ulteriorem deglutionem statim impediebat.

Ego hoc animadvertens sine mora ejus collum posterius fortiter percutio (qvod commune remedium Nutricum, qvando pueris crusta panis, vel aliqvid aliud gulam subintrat) sed frustra.

Læsus abit Domum, & res sic usqve ad auroram permansit.

Manè commiseratione motus visito hunc bonum Virum, jubens ut cubet in loco luminoso, qvo facto ego ligno tenui, & lato comprimo ejus lingvam, & tento, cum res ingressa videri & educi possit: verùm nihil conspicitur, nihilqve proficitur.

Svadeo igitur, ut sorbeat viscosas sorbitiones de rob ribium, vel de uvis. Vel deglutiat crustulam panis recentis sine perfecta commestione. Qvia verò per talia remedia nihil

nihil peractum præscripsi Vomitorium, ex cujus usu ossiculum egressum est.

℞. *Gill. Theophrasti* ℨß.
Aqv. fœniculi ℥iiß.
S. Träncklein nach dem Essen zu nehmen.

Alii, alio tempore, cui præter voluntatem spica piscis per gulam descenderat, seqventibus profui.

℞. *Ol. violar.*
rosar.
chamomill. ana ℥ij.
Ungvent. dialthææ ℥iiij.
Adipis Gallinæ ℥j.
Ol. amygd. d. ℥iß.
Ceræ q. s.
Fiat Ungventum. Qvo inungatur pectus.

℞. *Syrup. violar.*
d. glycyrrh.
d. passul. ana ℥ij.
Mucilag. sem.
Psillij & althææ extr. cum
Aqva Violar. ana ℥j.
Aqvæ rosar. ℥iß.
Sacch. penidij ℥ij.
Aqv. scabios. ℥iß.
F. Linctus.

OBSERVATIO & CURATIO VII.

DE BIBENTIBUS SERpentum semina.

Solent aliqvando peregrinantes sitibundi cum aqvis bibere serpentum semina, ex qvibus postea procreantur serpentes in ventriculo; qvod accidit inscio ægro, & sic cognoscitur, qvando circa umbilicum patientis sentitur titillatio, præsertim tempore matutino, qvia vermes manè ventriculum jejunum arrodunt cum magno dolore.

CURATIO.

Collocandus patiens in tectum, & ejus ori admovendum lac valdè calefactum, hoc serpentes olfacientes serpunt è ventriculo in collum, qvorum colla qvibusdum instrumentis apprehendenda, & extrahenda sunt per intervalla.

Ali-

Aliqvando & sangvisusæ subintrant guttur improvisorum bibentium aqvam; tunc detur ægroto acetum potandum, ut ascendere in gulam cogantur, ubi possunt extrahi tenaculis subtilissimis.

Patiens etiam sæpe comedat allium, & ea, qvæ potenter resistunt veneno.

Alius modus, qvi facit exire serpentes & sangvisusas; nempe patiens intret balneum, in qvo tamdiu moretur, donec sibi magnam sitim excitet; tunc teneat ante os vas plenum aqvæ frigidissimæ, cujus frigiditatem ore hauriat, & vermes procul dubio exibunt, aqvam, qva se reficiant, qværentes.

In hoc casu qvoqve utiles sunt Vomitus, & creber usus alexiteriorum.

Poma citria multum valent in hoc casu.

OBSERVATIO & CURATIO VIII.

DE EO, QVI INCAUTE *biberat Spiritum Vitrioli.*

Accidit anno 1626. die 11. Junii, ut Civis Northusanus ad me veniat, conqverens de imbecillitate ventriculi, maximopereqve orans, ut sibi convenienti medicamento subvenire velim. Ego præscribo ℥j. Spiritus Vitrioli, & mando, ut de eo guttas septem singulis auroris in brodio carnis, vel haustu calidæ cerevisiæ sumeret. Sed qvid fit? ille immemor mei moniti, manè uno haustu id qvod præscripsi exhaurit: qvo ebibito incidit in dolorem ventriculi atrocissimum, & ventris crudelissimum, ita, ut præ angustia & rumpi & suffocari videretur: neqve evomere neqve secessum habere potuit: Vociferatur se ignem in ventriculo habere. Ego eadem hora, qva mori putaretur, vocatus statim dedi seqvens vomitorium.

℞. *Olei amygd. d.* ℥ij.
Aqvæ aneti,

Lactis tepidi ana ℥iſ.
Miſce.

Ea potione ſumpta multa aqvoſa evomuit, & liberius anhelitum trahere incipit, & à vomitu paulo melius habet. Poſtea ordinata ſunt hæc.

℞. *Mucilag. ſem. cyton. extr. aqva plantag. & roſar.* ℥iſ.
Syrup. Violar.
d. glycyrrh. ana ℥ij.
Miſce. S. Lambitivum.

Potus huic erat ptilſana avenacea & hordeacea, eo qvòd Febrem timerem, ſed ea non ſuperveniente & ſtomacho exterius corroborato optimè deinde habuit.

OBSERVATIO & CURATIO IX.

DE MULIERE QVÆ BIberat bufonum ſemina, è qvibus poſtea bufones procreati ſunt.

Johannis Kaſſeln Uxor mulier qvadraginta annorum una cum Marito proficiens Qvedlinburgam, & vehementer ſitiens in itinere, bibit cum aqva bufonum ſemina, ex qvibus poſtea procreati ſunt viventes bufones, qvod inde patebat, qvia tempore matutino ſemper jejuna circa umbilicum titillationem ac arroſionem ventriculi, cum magno dolore ſenſerit. Præſcribo in conſilium vocatus qvod ſeqvitur.

℞. *Extract. panchymagogi Crolliani ana* ℈j.
trochiſc. alhand. gr. iiij.
cum aqva cinamomi,
F. pil. Nro. ix. S. Pillen.

Qvæ ſumptæ qvidem operatæ ſunt ſatis, verùm de bufonibus nihil egeſtum eſt. Poſt aliqvot dies iterum cæpit aliud purgans.

℞. *Extract. rhabarb.* ℈ſ.
Mercurij vitæ gr. iiij.
Ol. citri,
arant. ana gutt. ij.
F. pil. Nro. ix.

Dentur manè jejuno Stomacho cum juſculo pingvi vel lacte tepido.

Qvibus præsidiis tantum effectum est, ut simul cum stercoribus duo bufones ejecti sint. Ergo adhuc unam purgationem adhibere conatus sum.

℞. *Extract. rhabarb.*
Mercurij dulcis ana ℈ſ.
Ol. juniperin. gutt. ij.
F. pilulæ cum aqva cinamomi Nro. xv.

Qvas iterum sumsit è lacte tepido. Hoc facto iterum buffo magnus ejectus est, & ab hac die neq; atrosionem ventriculi, neqve dolorem vel titillationem ejus sensit.

Et ne qvid intermitterem, qvæ ad implendam curam hanc facere viderentur, volui qvoqve seqvens sudoriferum, coronidis qvasi loco, addere.

℞. *Theriacæ,*
Elect. de ovo ana ℈iiſ.
Syrup. de succo citri ℥iſ.
Misce. S. Schwitzung pro duabus dosibus.

Et sic favente divino Numine, paupercula illa mulier ab his animalibus venenatis liberata pristinæ sanitati restituta est.

Qvibus præsidiis serpentum Ictus curetur docet Te videre Florilegium meum Chymicum pag. 398.

OBSERVATIO & CURATIO X.

DE PUERO QVI FERE aqva suffocatus ad vitam revocatus est.

Cùm ante multos annos, mense Julio Fratrem meum Pastorem Breitungensem una cum uxore mea inviserem, & animum recreandi gratia in rus expatiarer, accidit ut pueri è Pago Breitungensi, qvi in Stagno non procul à Pago (die Breitungische See dicto) natando se exercent, unum eorum ex aqvis extrahant, & in ripam ponant. Ego hoc videns, occurro qværitans

cans qvid puero factum; accipio responsum hoc, qvod se incautè puer altitudini aqvarum credidisset, & sic ab aqvis suffocatus fuisset. Ego valdè perterritus mando, ut toto corpore puer antrorsum incurvato capite versus terram inclinato, pedibus vero sursum vergentibus, collocaretur, qvo facto ingens copia aqvarum ex ejus ore effluxit, & sic ille puer, qvi mortuus, & in aqvis suffocatus videbatur, in vitam revocatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XI.

DE DOLORE PODAgrico.

MErcator qvidam Sondershusinus Vir opulentissimus, per triduum gravissimis doloribus podagricis divexebatur, ita ut noctu diuq; lecto affixus, pedibus insistere neqviret. Unde me ad se vocans doloris mitigationem petiit. Ego cum & corporis evacuationem flagitaret, hoc laxativum ei decerno.

℞. *Mechaacan.* ℈j.
Turpet.
Hermod.
Cremor. Tartari,
Tartari Vitrol. ana gr. vj.
Extract. diagrid. gr. iiij.
F. pulvis, cui instilletur
Ol. anis.
cinamomi ana gutt. j.
fænic. gutt. ij.
Da in Charta S. Purgier-Pülverlein.

Septies inde evacuebatur.

Interjecto bidui spatio has pilulas etiam manè capiebat.

℞. *MP. de hermod.*
Diagrid. Sulphur. ana gr. viij.
Trochisc. alhand. gr. iij.
Extract. calam. aromat. gr. j.
Tartari Vitriol. gr. iij.
Ol. anisi,
fænic. ana gutt. ij.
F. pil. Nro. ix. inaurandæ.

 Alvum

Alvum dejecit novies cum multa alleviatione. Interim dum hisce uteretur dolenti pedi circumligavit hoc Emplastrum.

℞. *Empl. diachyl. magn.* ℥iij.
Oxycroc.
diapalm. ana ℥j.
Medul. cervin.
Axung. ursin. ana ʒvj.
Tacamah. in vino dissol. ℥j.
F. Emplastrum. S. Pflaster wider die Schmertzen.

Hoc Emplastro optimè dolor sedatus fuit, ita, ut post octo dies rectè pedibus insistere, & in domo sua perambulare potuerit.

OBSERVATIO & CURATIO XII. DE PRURITU CORporis.

Rusticus qvidam Breitungensis, Vir 26. annorum, pruritum totius corporis patiebatur, ad qvem delendum, vel tollendum, ne forsan subseqveretur scabies, vel aliud voluit uti consilio meo. Ego svadeo ipsi balneum Laconicum, & ut corpus ablueret aqva moderatè calida, cui infusæ fuissent herbæ malvæ, violarum, lactucæ, chamomillæ, Flor. meliloti, violarum &c. Sumpsit etiam pro corporis suburra subducenda seqvens pharmacon.

℞. *Syrup. d. qvinq. radicibus,*
polychresti,
de fumaria ana ℥j.
Confection. Hamech. ʒij.
diacathol. ʒij.
Syrup. d. cortic. citri,
d. cichor.
cum rhab. ana ʒij.
Spir. Vitrioli gutt. iiij.
Aqv. fumar.
cichor.
veron. ana ℥iß.
Salis cichor.
Tartari ana ℈ß.
Misce pro potiuncula.

Postea curavit sibi venam incidi medianam dextri brachii, eductis ℥viij. sangvinis.

Et

Et ſic clementis beneficio Dei, periculum ſcabiei invadens ex hoc pruritu corporis eluctatus eſt. tandem.

OBSERVATIO & *CURATIO XIII.*

DE MELANCHOLIA HYpochondriaca.

CIvis Haſelfeldenſis, Vir qvinqvaginta annorum, & conſtitutiõe corporis εὐσάρκα, laborabat Melancholia Hypochondriaca, cujus hæ erant notæ: Siniſtrum Hypochondrium occupabat gravitas ac tenſio qvædam; Pectus verò ſeu thoracem difficultas reſpirandi cum preſſione ac tuſſi.

Totum corpus laſſitudine ſpontanea afficiebatur, tempore ſomni extillabat ſudor copioſus fœtidus, ventriculum infeſtabat nauſea ciborum. Caput per certa intervalla dolore acuto affligebatur; Ructus è ventriculo ſurgebant aſſidui &c.

De ſpecie morbi certus curam ſic ejus ineo.

℞. *Tartari albi* ℥iſ.
Rad. polypod.
filic. ana ℥j.
Herb. ſcolopendr.
folior. fumar.
capil. veneris.
Flor. Veronic.
Cichor.
Carthami ana p. j.
Epythimi ℥ij.
Fol. ſen. ℥j.
Radic. helleb. nigri correcti ana ℥ij.
Sem. aniſ.
fænic. ana ℥j.

Inciſæ minutim herbæ & radices indantur ollæ novæ vitreatæ, & ſuperaffusâ ſ. q. vini abſinthitis coqvantur per ſeſqvihoram, olla ſupernè lutata, ne qvid evaporet.

Poſtea aperta olla herbæ & radices per linteum mundum exprimantur. Expreſſum & de-

& decoctum usui servetur. Dosis ℥iiij. bis in die. Admodum proficuum hujus usum expertus est, ut elapso 24. dierum spatio, pristinam sanitatem recuperaret.

OBSERVATIO & CURATIO XIV.

DE PHTHISI INCIPIENTE.

Phthisin incipientem patiebatur Scriba Domini N.N. Cancellarii Franckenhusani, annum agens 24. Continua enim arida tussi vexabatur, respirandi facultatem impeditam habebat, cum paululum progrediebatur lassitudinem totius corporis patiebatur, & jam plane totum corpus ἀτροφία phthisica occupabat. Petiit à me igitur consilium. Ego jubeo, ut de Vino hoc, in qvo per 11 dies infusæ fuissent seqventes herbæ & radices, manè & vesperi haustum unum qvotidiè ebiberet, idqve per plures dies.

℞. *Rad. Helenij* ℥iij.
Heder. terrestr. Mij.
Scabios.
Hyssop.
Veron.
Pulmon. ana Mj.
Tussilag.
Marrubij albi ana Mj.

Incisis omnibus minutim, inditisqve vitro capaci superaffundatur f. q. Vini Rhenani ponaturq; ad digerendum per aliqvot dies in loco calido. Postea expressis herbis ac separato vino de illo bibatur. Absumto vino cum tussis nondum sedaretur, licet aliàs melius ac ante se haberet, consului, ut in posterum singulis diebus manè parum de Balsamo sulphuris caperet, qvod & fecit, & à tussi liberatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XV.

DE

DE DIARRHOEA.

Filius cujusdam Senatoris Stolbergensis, 18. annorum mense Julio anno 1654. incidit in diarrhœam biliosam, qva admodum debilitabatur, ut singulis diebus (noctibus exceptis) ad minimum duodecies cogeretur alvum deponere. Cum ingentibus torminibus Ventris. Et jam qvartus erat dies, qvo pater me consultandum accederet. Ego sine mora illi præscripsi potiunculam materiam acrem & biliosam intestinis inhærentem, vim expultricem stimulantem ac vellicantem, subducentem fluxum sic curaturus.

℞. *Rhabarb. torref.* ℨiß.
Myrab. chebul. ℨß.
Rad. tormentill. ℈ij.
Herb. agrimon. p. j.

Coqve in aqva plantaginis & tormentillæ pro ℥ij. adde

Syrup. d. cichor. cum rhabarb. *ana* ℥ß.
Magister. corall. gr. xv.
Spiritus Vitrioli gutt. ij.

Misce pro potiuncula. Manè hora octava sumsit & optimè contulit. A sumta hac potiuncula præcipio, ut pro potu uteretur seq. decocto, abstergente pariter intestina illoqve ab infarctu acrium & salsarum humiditatum eluente.

℞. *Hord. non excort.*
Herb. agrimon. Manipul. ß.
Liqviriz. ℥ij.
Passul. ℥ß.

Coqve in s. q. aqvæ pro ℔iß.
Adde sacchari rubri ℥iß.

Misce pro decocto. Et sic hisce paucis à diarrhoea illa auxilio Dei liberatus fuit.

OBSERVATIO
&
CURATIO XVI.

DE PRURITU TOTIUS Corporis.

Civis Hatzgerodensis, Vir aliàs bonæ valetudinis, vexabatur fœdo pru-

pruritu corporis, & cum illi hoc malum valdè molestus esset, & propterea ab eo liberari cuperet, operam meam implorabat. Ego propino ei statim hoc evacuativum.

℞. *Fol: sen. Alex. s. s.* ℥vj.
Mechaat. alb. ℥j.
Radic scorzoner. ℈ij.
polypodij ℥ſ.
Sem. anisi,
fœnicul. ana ℈j.

Infunde per noctem in s. q. aqvæ in loco calido.

℞. *Colatur.* ℥iiſ.
& in ea dissolve
Manna Calabr. ℥ſ.
Aqv. carminativ. cum Vino ana ℥iij.

Misce. S. Laxier Träncklein.

Sexies in de evacuatus fuit cum εὐφορίᾳ. Inter posito die uno dedi ei seqvens sudoriferum.

℞. *Mixtura s.* ℥ſ.
Spir. Cardbened. ℥j.
Aqv. fumar.
Flor. samb. ex succo ℥j.
Syrup. violar. ex succo ℥iij.

Misce, deinde signetur Wasser auff einmal.

Egregiè inde sudavit. Tandem adhuc aliam purgationem (cum pruritus nondum cessaret) ei adhibui.

℞. *decoct. aperit. alterat.* ℥iij.
Infunde per noctem
Rhabarb. ℈iiij.
Agarici ℈ſ.
Spic. Indic. gr. iiij.
Spir. Vitrioli gutt. v.

Facta una ebullitione exprimantur & colentur. Colaturæ adde

Elect. d. succo rosar.
diaprun. solut. ana ℈j.
diacarthami ℥iſ.
Syrup. d. limon.
diasereos,
rosat. solut. ana ℥ij.
F. haustus.

Novies inde alvus se exoneravit, & ejecit materiam fætidam & viscosam.

Hinc seq. die excipiebat sudoriferum istud.

℞. *Aqv. Cardbened.*

rutæ,

rutæ,
fumar. ana ℥vj.
Spir. Gvajaci ℥ß.
Extr. theriac. ℈j.
Syrup. d. fumar. ℥iiß.
Spir. fuliginis gutt. xv.
Misce & f. haustus.

Qvibus medicamentis à pruriginosa ista affectione molesta magis qvam periculosa, feliciter curatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XVII.

DE CLAVO.

ANte paucos annos ad me venit Dominus Christianus N. Rector Scholæ N. Vir præ cæteris insigniter doctus, & in Arte Geometrica & Mathematica valde exercitatus, conqverens de gravi dolore, qvo ob clavum in digito penultimo dextri pedis afficiebatur, simulqve petens, ut si qvid experimenti contra ejusmodi affectum haberem, sibi communicare non denegarem. Ego semper paratus inservire proximo meo talento exiguo, qvod mihi Deus dedit, præscripsi seqventia, qvæ ita, Dei auxilio, profuere, ut post 14. dies ad me rediret, & afferendo secum debitum Sostrum pro tali beneficio gratias ageret magnas.

℞. *Gummi ammoniaci,*
Galbani in aceto dissol. ana ℥j.
Salis ammoniaci ℈ß.
Emplastr. Diachyl. magn. ℥ß.
Misce, & Fiat Emplastrum, qvod cum panno super clavum ponatur, tertio vel qvarto die semper mutato. Est perfectissimum experimentum.

Aliqvando Emplastrum sic mutavi.

℞. *Picis navalis (vel Axungia* Wagenther/)
Galban. in acet. dissol. ana ℥j.
Salis ammoniac. ℈ß.
Empl. diach. magn. ℥vj.
Misce.
F. Emplastrum.

OBSERVATIO & CURATIO XVIII.
DE GANGLIO.

CAncellarii cujusdam Filius natu minimus, juvenis viginti annorum, in carpo dextræ manus Ganglion habebat. Hinc in consilium vocatur D. Johannes Geblerus Medicus experientissimus, & (ni fallor) in Urbe Vinaria Physicus ordinarius, ille svadet, ut adhibeatur Emplastrum de Galbano, verùm ejus consilium negligitur, & aliud cujusdam Empirici acceptatur. Post aliqvot menses, cùm Ganglion persisteret, nec ab adhibitis medicamentis cedere vellet, ego in consilium vocor. Hoc facto seqvens impero, ut nimirum singulis diebus fortiter Chirurgus Ganglion fricaret oleo amygd. dulcium, & demum post mensem ad meliorem emollitionem imponeret Emplastrum de Ammoniaco, qvo remedio tandem Ganglion evanuit. Similiter multos utriusqve sexus laborantes Ganglio, qvamdiu Praxin Medicam exercuerim, hoc remedio curavi, nec memini, unqvam malum istud in iisqvam, qvi hoc remedio usu fuerunt rediisse.

In aliis loco olei amygd. d. Oleo sulphuris Rulandi, & loco Emplastri ammoniaci usus sum Emplastro Diasulphuris Rulandi.

OBSERVATIO & CURATIO XIX.
DE GANGLIO.

LUcas Hentze/ aliàs Lucas Berger dictus, Civis Stolbergensis, afficiebatur eodem malo, nimirum Ganglio in sinistra manu, huic svasi, ut sumeret globulum bombardarum in cervo post ictum vel mortem repertum, eundemqve explanatum

natum ad formam Joachimici thaleri Ganglio imponeret, & sic per multos dies arctè alligatum teneret, qvo facto Ganglion evanuit, sic postea alios multos, qvi me consuluere, curatos scio.

Rulandus ita curavit Monialem habentem in carpo manus Ganglion ad nucis molem.

℞. *Flor. chamomill.*
salviæ,
Gran. juniper. ana Miiij.
Decoqve in vino s. q.

Supra hoc decocto in vase aperto teneatur manus mane & vesperi, ut multum sudet. Post sudationem perungvendum ad prunas Ganglion ipsum Oleo, vel Balsamo sulphuris Rulandi, vel imponatur Emplastrum Diasulphuris Rulandi.

In multis Oleo laterino vel terebinthinato qvoqve felicissimè usus sum. Contra Ganglia est certissimum qvoqve remedium Oleum Scorpionum. Ego scio multos à me curatos solo gummi ammoniaco in aceto, post universalia, dissoluto.

Scribit Johannes Agricola Uratislaviensis Physicus ordinarius in sua parva Chirurgia pag. 703. se curasse Matronem Nobilem folii sedi magni (id est Haußwurtz Blätter/) de qvibus singulis diebus per duas septimanas imposuit Ganglio folium unum, idqve arctè alligavit, qvo remedio plures qvàm centum personas se curasse gloriatur.

Duo Emplastra valdè salutaria, qvando imponantur Gangliis post inunctionem prædictam.

℞. *Ceruss.*
Resin. pic.
Ol. veter.
Gummi ammoniac.
galbani ana ℥j.
Ceræ ℥iij.
Misce pro Emplastro.

Aliud.

℞. *Emplastr. oxycroc.* ℥j.
Mucilag. sem. fænugræc. & althææ ana ℥ß.

Galbani,
Sagapeni,
Gummi amon. in acet. dissolut.
ana ℥iij.
Resinæ ℥iij.
Ceræ albæ ℥ſ.
F. Emplastrum.

OBSERVATIO & CURATIO XX.

DE CLAVO.

Civis Stolbergensis Johannes Köler dictus, vitam in xenodochio degens Clavum in digito pedis habebat, qvem ita auxilio Dei curavi.

Primò mandavi, ut longa mora pedes in aqva calida foveret, (ut sic Clavus mollior evaderet) & postea vel scalpello vel affricatione pumicis lapidis usqve ad carnem vivam abraderet. Hoc modo, ut sæpè expertus sum, facilè Clavum tolles.

Medicamenta appriata, qvibus ego hactenus in Praxi mea usus fui, cum magno honoris incremento, sunt seqventia.

℞. *Stercor. ovill.* ℥j.
Aceti acerrimi q. s.
Contunde & misce, ut fiat Emplastrum.

Primum super Clavum ponatur Emplastrum Diachylon ut totus digitus contegatur eo, in medio autem sit rotundum foramen, qvod nudum exhibet Clavum, postea imponatur superius Cataplasma ex stercore ovillo paratum, & ter in die renovatum. Et sic parvo temporis spacio Clavus absumitur, ut ne vestigium ejus remaneat.

Alii sic procedunt: Super Clavum ponunt Emplastrum ubi in medio sit foramen, ut Clavus prodeat, postea desuper instillantur aliqvot guttulæ vel ad ignem liqvefactæ picis, vel fusi sulphuris, sed hîc caute agendum, ne vicinum membrum lædatur.

Hoc

Hoc qvoqve facit cera rubra seu viridis, si in linteo Clavo superimponatur.

Succus chelidonii sæpe Clavo instillatus, item succus Esulæ in linteo superimpositus est præsentissimum remedium.

Non minoris efficaciæ erit seqvens.

℞. *Ungventi Ægypt. q. s.*

Misce cum succo Esulæ, ut fiat Emplastrum.

Rulandus commendat hoc tanqvam magnum secretum.

℞. *Ol. Sulphuris per campanam facti ana ℥ij.*
Salis alkali ℥j.
Sem. hyoscyami
Opij ana ℥ß.
Misce & superimpone.

Mercurius sublimatus solutus in aqva vitæ etiam Clavum sanat.

Clavo prius emollito gutta una aqvæ fortis stylo ferreo instillata idem præstat.

Johannes Hartmannus Vir de Re medica benè meritus, in Praxi Chymiatrica ita de Clavo inciso sentit.

Clavi incisi eluantur urina canis, postea ex cera rubea (melius operaberis, si pauxillum Mercurii dulcis adjeceris) tandem ut sanetur, particula lardi saliti aliqvandiu super locum affectum gestetur.

Hic affectus est qvidem minus periculosus, valde verò molestus ingredientibus.

Purgationes hîc nihil valent, qvia ejusmodi malum in extremis corporis partibus constitutum, attingere neqveunt.

OBSERVATIO & CURATIO XXI. *DE SERPIGINE.*

Consulis Dn. Valentini Gothi Uxor habebat in mamma dextra serpiginem palmam manus adæqvantem, huic in consilium vocatus svasi, ut singulis diebus bis succo lapati iuungeret mammã, qvo facto peri-

periculosa inflammatio exorta, qvæ tamen decocto Boli Armeni albi facili negotio sedata est, & serpigo sanata est.

OBSERVATIO & CURATIO XXII.

DE SERPIGINE.

Martinus Geyer LL. Studiosus, juvenis 20. annorum, patiebatur in manu dextra impetiginem fœdam cum magno pruritu. Et qvamvis uteretur variorum Medicorum consiliis & medicamentis: attamen omnibus sine juvamine. Tandem ego consultus præscribo.

℞. *Tartari vitriolati* ʒj.
Aqv. fumar.
centaur. minor.
cochlear. ana ℥ij.
Syrup. fumar.
cochl. ana ℥j.
Extract. centaur. minor. ʒß.
Misce. F. l. a. potio. S. Tranck auff viermal.

℞. *Pulver. Galap.* ℈j.
rhabarb. gr. vj.
Tart. Vitriolat. ʒß.
Misce. S. Purgierpulver.

℞. *Ligni Gvajac.* ℥ij.
sassafras ℥j.
Rad. chinæ ℥ß.
Sem. Cardbened. ℈j.
Fraxini,
Viticis ana ℈ij.
Coqve ad ℥vj. *in s. q. aqva, adde Salis fumar.* ʒß.
M. in fictili. S. Schweißtranck auff zweymal.

℞. *Ol. Tartari* ʒß.
Detur convenienter. S. Oel zum schmieren.

Impetigo vel Serpigo est affectus pruriginosus, proveniens ab humore tenui salso & acri, à diæta simili procedit.

Ergo victûs ratio talis instituenda, qvæ humores tales vitiosos salsos & acres non cumulet.

Hic

Hic affectus periculosus non est, præsertim recens ac mitis facilis curatu.

Qvæ vero fera est, & ab humore pejore oritur Impetigo difficile curatur, & in Lepram transire potest. Agricola laudat aqvam, qvæ reperitur supernatans in vasculis axungiæ. Rulandus suum Oleum Sulphuris & Emplastrum Diasulphuris.

Ego in hoc affectu magno cum successu uti soleo succo lapathi acuti.

Vel:

℞. *Ol. Tartari* ℔ß.
Mercurij ℥ij.

destilla ex retorta primo egreditur Mercurius, deinde aqva non corrosiva, qvæ impetiginem & Lichenas atrocissimas curat. Alii commendant

Oleum later.
Terebinthin.
Ovorum.
Juniperin.

Aliis seqvens placet.

℞. *Ol. Sulphuris* ℥ß.
Camphoræ ℨiß.
Ol. Ceræ ℨij.
F. Mixtura.

Spiritus ligni Gvajaci magnum est adjumentum.

℞. *Mercurij sublimat.*
Alumin. ana ℨj.
Gumm. trag. ℨij.
Aqv. plantag. ℥iiij.
F. Mixtura.

Nihil præstantius jejuna saliva superillita loco mane & vesperi, Locum affectum lava Spiritu vini. Oleum Tartari cum oleo ceræ mixtum Impetigines & mundificat & curat.

Præ cæteris commendatione dignum Oleum Tartari, qvod ultra centies expertus sum.

Diæta, Vitentur omnia piperata, nimium salsa, carnes fumo induratæ, & cætera, qvæ succum melancholicum generant.

OBSERVATIO & CURATIO XXIII.

DE

DE STRUMIS SIVE scrofulis.

VIrgo Aulica viginti qvinqve annorum, Strumam magnam in collo habebat, ob qvam patiebatur tantam spirandi & deglutiendi (præsertim qvando se celeriter eundo moveret) difficultatem, ut difficillimè & cum sonitu respiraret, timeretqve ne suffocaretur. Rogatus igitur ut hanc curam susciperem, præscripsi.

℞. *Spec. diasen.*
Montag. ℥ß.
diaturb. cum rhab. ℈ß.
Diagridij gr. vj.
Ol. still. macis,
cubeb. ana gutt. j.
Misc. F. pulvis.

Paretur in triplo, & detur duabus horis post cœnam, qvæ sit parca, tribus diebus continuis. Verùm cùm respueret pulverem, ordinavi pilulas.

℞. *Extract. pil. aurear.*
cochiar. s. q. esse nolo ℈ß.
Diagrid. gran. iij.
Ol. anis.
arant. ana gutt. j.
F. pil. Nro. xv.

Etiam in triplo paretur, & qvælibet pars manè sumatur alternis diebus.

℞. *Syrup. d. stæchade,*
d. beton. ana ℥vj.
Aqv. betonic.
capill. veneris ana ℥j.
Tartar. vitriolat. ℈ß. gr. vj.
Fecul. pæon. gr. vj.
Misc. F. Digestivum.

℞. Cineris spongiarum (qvæ sic fit.) Si ℥vj. verbi gratia spongiarum cum ℥ß. lapidum spongiæ calcinentur in olla operculata, donec pulverisari qveant. Cineris hujus qvotidiè exhibetur ℨj. in vino vel aqva scrofulariæ duabus horis ante pastum.

Qvo remedio Hartmannus clarissimus Comitis Filium novem annorum curavit; Item Virgines aliqvot, de qvibus etiam Empirici, aliàs in hoc genere excellentes, desperarunt. Et

Et sic qvidem ego prædictam Virginem intra qvinqvaginta dierum spacium, adjuvante Deo, curavi, nec ab annis jam multis, iste fœdus & odiosus morbus reversus est.

Scrofulę vel Strumę sunt fœdi & odiosi morbi in gutture, cujus causa plerũq; est, pituita lenta indusa propria membrana, nata à crudis & crassis cibis.

Oritur qvoqve ab aqvis Mercurium in se continentibus, qvales sunt in Carinthia, Styria, & circa Alpes, ubi valdè familiares.

Qvi feliciter curare vult Strumas, illum Medicum oportet crescentis Lunæ & decrescentis tempora observare. Rulandus dicit se multos curâsse soleo Oleo Sulphuris & Emplastro Diasulphuris. Oleo illinivit mane & vesperi Strumas, hoc facto postea Emplastrum desuper imposuit Agricola, cujus mentionem feci, in antecedente Curatione pro arcano habet seqvens remedium in sua parva Chirurgia pag. 677.

℞. *Sal. pumic.* ℈ß.
Tartar. ℈j.
gemm. ℈ij.

Misc. Datur singulis diebus in vino, propria urina, vel aqva scrofulariæ incipiendo à Luna decrescente ad Novilunium.

Pro præsentissimo qvoqve remedio habetur, si Patiens bibat ex Cranio hominis sepulti non qvidem semel sed sæpiùs. Meæ Sororis Filia natu major sic curavit, scrofulas in collo sibi natas.

Recepit Spongiam unam, lapidum Spongiarum & pumicis ana ℥ß. hæc in nova olla calcinavit per horam, vel donec in pulverem abierint.

De hoc sumpsit mane & vesperi singulis vicibus tres cultelli cuspides in vehiculo convenienti incipiendo primo die post plenilunium, usqve ad novilunium. Et sic præter omnem spem Scrofulæ inveteratæ (ad annos qvatuor vel qvinqve) evanuêre.

Usus cochlearis facti ex sti-

pite hederæ arborescentis infallibile est experimentum.

OBSERVATIO
&
CURATIO XXIV.
DE VERRUCIS.

Illustris qvidam Comes habebat in ambabus manibus multas Verrucas, contra qvas multis remediis usus fuerat, verum omnibus sine effectu. Ego igitur vocatus svasi, ut Chirurgus in Aula Ordinarius ipsas illiniret aqva qvercuum bipenne detruncatarum, qvo facto omnes intra paucorum dierum spacio deciderunt.

Hoc remedio multas & magnas Verrucas in aliis qvoqve sæpissimè eradicavi.

Verrucæ sunt duræ excrescentiæ in manibus & pedibus & aliqvando in aliis partibus corporis; qvarum causæ, humores phlegmatici grossi vel melancholici, qvibus phlegma admiscetur. A variis autem causis Verrucæ diversas sortiuntur appellationes. Alia enim dicitur Pensilis, qvòd exiguo qvasi pendiculo de chorda dependeat.

Hæ plerunq; curantur Chirurgia, vel secando vel adurendo: Illæ Medicamentis curantur, qvæ id præstant, vel occulta qvalitate, vel qvòd ipsarum alimentum exsiccent, ut postea Verrucæ marcescant & evanescant.

Chirurgus noster in Aula communes sic curat. Accipit mediam testam juglandis, & eam ad magnitudinem Verrucæ perforat, atqve parti in qva est Verruca parte connexa applicat, ita ut arctè Verrucam comprehendat, & Verruca per foramen in cavitatem promineat. Postea Sulphur in testæ cavitatem imponit, atqve incendit, qvo accenso aduritur Verruca, qvantum æger ferre potest.

In Verruca scissili sic procedit. Recipit filum nimirum sericum, vel setam eqvinam, arcti-

arctiusqve subinde vinculum constringit, donec Verrucæ excidant.

Spuma supernatans aqvis Verrucis illita præsentissimum remedium.

Vel bacillum Betulæ accensum rursum extinctum adhuc ignitum adhibemus.

Rarò consilium Medici in hoc affectu expetitur, qvia progressu temporis sponte marcescunt. Vide clarissimi Agricolæ parvam Chirurgiam pap. 705.

OBSERVATIO & CURATIO XXV.

DE GUTTA ROSACEA.

Johannes Kalenus Lanifex Stolbergensis, post ætatis suæ annum qvadragesimum, facie admodum rubicundâ & naso supra modum grandinibus ita deformato laborabat, (qvod malum Latini Guttam rosaceam appellant.) Ergo ad me venit consultandi causâ, enarrans, qvod contra istud malum multis medicamentis modo à Medicis rationalibus, modo ab Empiricis ordinatis usus fuisset, verùm omnibus sine effectu. Huic arte Medicâ opem laturus præscribo seqventia. Qvibus debito modo usurpatis rubor faciei cum grandinibus paulatim evanuit.

℞. *Radic. polypod.*
Cichor.
Acetos. ana ℥j.
Herb. epat. nobil.
Acetos.
Fumar. ana Mj.
Flor. borrag.
buglossæ,
Violar.
Cichor. ana p. j.
Cortic. rad. frangil. ℥ß.
Sem. anis. ℥ij.
cucum.
melon. ana ℥iß.
Fol. Senæ ℥j.
Rhabarb. ℥iiß.
Cremor. Tartari ℥iiß.

Incisa singula minutim coqve in s. q. seri caprini. Decoctum postea coletur & clarificetur. Dosis ℥iiij. plus minusve, idqve per plures dies.

℞. *Olei Tartar.* ℥j.
S. Oel zum Angesichte.

℞. *Conserv. rosar. cum Spirit.*
Vitrioli,
Acetos.
Violar.
Acetosell.
Flor. cichor. ana ℥j.
Radic. cichorei ℥iß.
Spec. diatr. sant.
diarrhod. Abbat.
Trochisc. de Eupator.
de rosis siccis,
Syrup. d. cichor. cum Rhabarb. ana q. s.
Spirit. veneris gutt. xxx.
F. Electuarium. S. Leber Latwerge.

OBSERVATIO
&
CURATIO XXVI.

DE APOPLEXIA.

Senator Stolbergensis Andreas Steinmetze dictus, cùm aliqvot dies continuum dolorem capitis perpessus esset, tandem derepente corripitur Apoplexia, nam subito cadebat, attonitus jacebat, sine motu, voce ac sensu.

Ego accitus sine ulla mora, do cochl. Aqvæ Apoplecticæ, qvod aliqvoties factum. Postea inflo ambabus naribus ad magnitudinem pisi pulverem seqventem sternutatorium.

℞. *Fol. majoran.* ʒij.
Sem. nigell. ʒj.
Rad. hellebor. ℈ij.
Moschi optim. ℈ß.
Ambræ gr. vj.
M. F. pulvis sternutatorius.

Item seqvens Enema injectum est.

℞. *Herb. origani,*
centaur. minor.
calaminth.
rorismarin.
stæchados,
chamædr. ana Mj.

Pul-

Pulpa colocynth. ℥ij.
Agarici ℥ſ.
Coqve colatur. ℔j.
adde Chryſtall. Tartari,
Salis communis ana ℥ij.
Bened. laxativ. ℥j.
Ol. rutæ ℥iij.
Miſce & fiat Clyſter.

Qvibus tantum adjuvante Deo effeci, ut ſenſus & motus integros recuperaret, & adjutus baculo in hypocauſto ambularet.

Verùm qvia ob laxitatem & diſſolutionem lingvâ uti non poterat, cogebatur, qvid exprimere & cupere vellet, creta vel penna notare. Qvare ut lingvam reſtituerem præſcripſi.

℞. *Acori veri* ℥j.
Galangæ,
Ciperi,
Coſti ana ℥ſ.
Nuc. moſch. ℥ij.
Herb. majoran.
ſalviæ ana Mj.

F. decoctum cum aqva & vino adde ad gratiam mellis anthoſati q. ſ.

F. gargariſmus.

Nec intermiſi ſangvinem ſecari, qvia plethoricus erat.

Ad hunc modum ferè omnes Apoplecticos curavi, Deo auxiliante. Vide meam Medicinam Practicam pag. 41.

OBSERVATIO & CURATIO XXVII.

DE APOPLEXIA PRÆcavenda.

Non longe poſt, cùm ſanitati reſtitutus eſſet, venit ad me prædictus Senator, maximopere petens, ut ſibi qvædam medicamenta præſervativa præſcriberem. Svaſi igitur, ut vere & autumno ſemel uteretur ſeqventi Cathartico.

℞. *Fol. ſen.* ℥iij.
Agaric. troch. ℥iſ.
Rhabarb. ℥ſ.
Sem. aniſ.
fænic. ana ℈j.
Macis gran. xj.

Infund. in s. q. decocti flor. & fruct. Manè facta lene evacuatione & expressione: Colat. add.

Mann. Calabr. ℥vj.
Cremor. Tartari ℈j.
Aqv. Cinamomi ℥iij.

F. Haustulus ad fictile.

Hoc Cerebrum roboratur, & generatio pituitæ in capite præcavatur, & qvæ generata est, evacuatur. Nam calor naturalis in Senibus est debilis, & facilè inde humores excrementitii in cerebro coacervari possunt, qvæ nisi evacuentur, causa Apoplexiæ. Item hoc Electuario bis singulis septimanis usurparet svasi.

℞. *Conserv. lavend.* ℥iiij.
primul. ver.
lilior. convall.
salviæ,
beton.
anthos ana ℥j.
Calami aromat. condit. ℥ß.
Spec. diambr.
Cubebar.
Nuc. moschat. ana ℥ß.
Cum Syrup. pæon. & stæchad.

F. Electuarium.

Ejus loco qvoqve potest uti Aqva Apoplectica.

Svasi etiam ad præservandum Fonticulos excitari in Brachiis, qvi multum ad præservandum ab Apoplexia faciunt; Inprimis hic opus est Diæta convenienti, & abstinendum à cibis pituitosis, ac multorum piscium olerum ac lacticiniorum esu. Post cibum sumptum sumantur pulveres peptici de seminibus coriandri, cymini, galangæ, sem. fænic. & mastich. vel diacyd. cum speciebus parati.

Conducit etiam sumere aliqvando ad præcautionem in Apoplexia Sudoriferum seqvens.

℞. *Lign. Gvajac.* ℥ij.
sassafr. ℥j.
Radic. Chin. ℥ß.
Sem. Cardbened. ℈iß.
fraxin.
viticis ana ℈ij.
Coq. ad. ℥vj. *in sufficiente aque qvantitate, add.*

Salis

Salis fumar. ʒß.
Detur in fictili.
S. Schweißtränklein auff zweymal.

OBSERVATIO & CURATIO XXVIII. DE PHRENITIDE.

NObilis juvenis Johan Daniel à Bendeleben, Hæreditarius in Bendeleben, cùm ex nimio æstu in balneo cerebrum & ejus membranas inflammasset, accidit, ut incidat in sævam Phrenitidem cum febre acuta, vigiliis continuis atqve aliis Symptomatibus, qvæ hoc vitium seqvi solent. Ego eo vocatus statim curo, ut soluta prius alvo, qvæ obstructa erat, vena Cephalica secetur, eaqve diligenter obduretur pice, atqve unus atqve alter minister accersatur, qvi Phreniticum contineat, ne agitatione corporis Phlebotomum eludat, hoc debet fieri eo tempore, qvo minus æger furere videatur.

Intra corpus dedi.

℞. *Syrup. granat.*
d. papav. ana ℥ij.
Aqv. endiviæ,
lactucæ, ana ℥iij.
Sal. prunell. ana ʒß.
Misce. F. potus pro duabus dosibus.

Potus erat aqva hordei cum cibis refrigerantibus & humectantibus.

℞. *Aqv. anethi,*
rosar.
lactuc.
cichor. ana ℥ij.
Aceti rosar. ʒvj.
Laudan. opiat. ℈ß.
Camphoræ gr. vj.
Misce pro usu.

Hoc fronti adhibui ad contemperandos calidos & acres humores in cerebro, simulq; ad conciliandum somnum. Pro naribus & temporibus præscripsi.

℞. *Ungvent. popul.* ℥iß.

Essent.

Essent. opij gutt, x.
Misce.

Tandem his omnibus nihil proficientibus pulmo calidus ex vitulo extractus, fronti ac vertici capitis raso applicui: Nec non raphanus concisus & sale mixtus, pedibus adhibui.

Et ne qvid negligeretur præscripta qvoqve sunt Epithemata Cordi & pulsibus refrigerantia & confortantia.

Nec sic qvoq; aliqvid profectum est. Hinc octavo vel nono die, curationis superveniens Epilepsia ipsum continua agitatione corporis, tandem viribus omnibus exhaustum è vivis abstulit.

Vide meam Medicinam Pract. pag. 28.

OBSERVATIO & CURATIO XXIX.

DE EPILEPSIA.

JUvenis viginti annorum, alumnus Scholæ Northusanæ, cùm egrederetur è Schola in via horribili Epilepsia corripitur, cum manuū convulsione & corporis jactatione adeo, ut omnes accurrētes, & qvi mecum aderant, putarent ipsum jā jam moriturū. Qvi tamen deductus domum, auxiliante Deo & seqventibus remediis, cum omnium admiratione omnino liberatus est, ab ipso malo, qvod postea nunqvam rediit.

℞. *Salis vitrioli* gr. ix.
Syrup. violar. ex succo ℥i.
Misce. S. Brechsäfftlein.

Qvo simul per vomitum & per secessum optimè purgatus est.

℞. *Aqv. hirund.* ℥iß.
Spir. cerasor. ℥ß.
Misce. S. Wässerlein einzunehmen.

℞. *Acet. rutac.* ℥ij.
S. Essig die Nase darmit zu bestreichen.

℞. *Ol.*

℞. *Ol. Vulpin.*
Lumbricor. ana ℥ iß.

Misce. S. Oel den Rucken Meisel darmit zu schmieren.

℞. *Ol. succini* ℥ ij.
S. Oel vij. Tropffen die Woche zweymal in Lindenblüt-Wasser zu gebrauchen.

OBSERVATIO & CURATIO XXX.

DE SANGVINIS PER alvum excretione.

Rusticus Bilaviensis post ætatis suæ annum 50. per qvinqve septimanas qvoties iret ad sellam, per alvum excernebat sangvinem. Unde Vires valdè debilitabantur. Asthma qvoq; aderat, & per intervalla percurrebat rigor totum corpus, verùm sine notabili calore febrili. In consilium vocatus præscribo conditum seqvens, qvod non modo confortat, verum etiam adstringit.

℞. *Conserv. rosar.* ℥ iiß.
Boli Armeni,
Troch. d. terra sigill. ana ʒ j.
Mastichis,
Corall. rubr. præp. ana ℈ ij.
Nuc. mosch. ʒ ß.
Croci martis adstr. gr. vij.
Radic. tormentil. ℈ j.
Cum syrup. de myrtillis & rosis siccis ana q. s.

F. Electuarium, cujus dosis magnitudo castaneæ. Pro meliori abstersione jussi, ut ante usum hujus Electuarii biberet aliqvot dies Cremorem ptisanæ, vel decoctum hordei, in qvo incoxerint Flor. rosar. rubr. exsiccat.

OBSERVATIO & CURATIO XXXI.

DE PLEURISI.

Uxor cujusdam Rustici Rotlebrodani, cùm totum diem in æstu labores

res rusticas exerceret, & circa vesperam domum rediret, continuò Pleurisi corripiebatur, cujus signa erant difficultas respirationis, dolor punctivus in sinistro latere. &c. Maritus igitur ejus cum consilii causa me accederet, svasi ut subinde in ægro latere vena secatur. Qvo facto præscripsi.

℞. *Syrup. de papav. rhaead.* ℥ij.
succ. scabios.
Violar. ex succo ana ℥ß.
Extr. cardbened.
scabios. ana ℈j.
Lapid. prunell. ʒß.
Spir. Sulphuris ℈ß.
Misce, S. Safft.

Dosis cochleari superbibendo semper aqv. cardbenedict. ana ℥iß.

Ad dolorem pungitivum tollendum præscripsi ei hoc fomentum.

℞. *Rad. althææ,*
lilior. albor. ana ℥j.
Herb. cardbened.
malvæ ana Mj.
Flor. chamomill.
melilot. ana Miß.
Sem. lini,
fænugr. ana ℥j.

Incisa & contusa coqve in lacte vaccino, qvo spongia recens imbuta tepide dolenti lateri semel atqve iterum applicetur. Hisce paucis spatio qvinqve dierum, Dei nutu ab hoc periculoso affectui libera evasit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXII. DE SUPERFLUIS VIgiliis.

Minister Aulicus Johannes Gerhardus Scharfe, juvenis circiter viginti annorum, cùm ex prava consvetudine qvotidiè mane & vesperi tempora irroraret aqvâ Apoplecticâ Anhaldinâ, qvô factum, ut cerebrum non modo præter modum exiccaretur, verum etiam Vapor ille sva-

ſvavis, qvi eſt materia ſomni, ſolveretur & planè conſumeretur: unde perpetuæ vigiliæ perſecutæ ſunt, à qvibus ut liberaretur, illi ſeqventia remedia, qvæ multum juvarunt, præſcripſi,

℞. *Syrup. d. papav. rhæad.* ℥ij.
Aqv lact. ℥iij.
Miſce pro duabus doſibus.

℞. *Ungv. populeon.* ℥j.
alabaſtrin.
Ol. Violar.
papav.
mandrag. ana ℥ſ.
Opij thebaici gran. xv. *in aceto diſſoluto*,
Liqvor. nuc. moſch. ℈j.
Croci gran. viij.
Ceræ parum.
F. Linimentum, qvo inungantur tempora, nares & manuum pulſus.

℞. *Fol. lactucæ,*
ſalicis,
vitis,
malvæ,
violar.
Flor. nenuphar.
Violar. ana Mj.
Summitatum anethi Mſ.
Capit. papav. alb. Nro. xvij.
Cort. Rad. mandrag. ℥iij.
Mediocriter comminuta conſocientur. Hæc pro lotione pedum.

OBSERVATIO & CURAT. XXXIII.

DE INCUBO.

Nobilis Johan Wilhelmus ab Ebra Herèditarius in Uſtrungen/ Vir qvadraginta annorum, cùm per aliqvot menſes contra Regulas diæteticas multum peccaſſet, & eo tempore cibis multis horariis uſus fuiſſet, accidit, ut ſemper noctu ſub initium ſomni præſertim ex ſupino decubitu pateretur tantam corporis oppreſſionem, ut vix moveri, reſpirare aut exclamare poſſet, qvod malum Græci ἐφιάλτην, Latini Incubum, Germani

Alp / Nachtmännlein vocant. Ego vocatus ac in consilium adhibitus, præscribo.

℞. *Decocti aperit. & alter.* ℥iij.
Infunde per noctem
Rhab. ℈iiij.
Agaric. ℈j.
Spir. Vitrioli gutt. v.
Spicæ Indicæ gran. viij.
Facta una ebullitione exprimantur & colentur: Colaturæ adde
Elect. d. succo rosar.
diaprun. sol. ana ℈j.
diacartham. ana ℥iß.
Syrup. d. limon.
diaser.
rosat. sol. ana ℥ij.
F. haustus. Novies hinc alvus se exoneravit, & ejecit materiam fœtidam & viscosam.

℞. *Conserv. borrag.*
majoran. ana ℥iß.
Cort. citri condit.
Myrabol. condit.
Zingiber. condit. ana ʒß.
Rad. enulæ,
galangæ ana ʒß.
Corall. rubr.
Rasur. ebor. ℈j.
Species diarh.
dianthos ana ʒß.
cord. temperat. ℈j.
Cum Syrup. de betonica.
Fiat Electuarium mane, & qvando itur cubitum ad magnitudinem castaneæ sumendum.

℞. *Sem. anisi,*
fænic. ana ʒß.
carvi,
coriandri ana ℥ij.
Pulv. arom rosat. Gabr. ʒj.
diamarg. ʒß.
Cinamomi ana ʒj.
Maceris ℈j.
Sem. Pæon.
Corall. præp. ana ʒß.
Sacch. rosat. tabul. q. s.
F. pulvis post pastum, ad concoctionem juvandam, & vapores adscendentes impediendos.

Ad confortandum Caput Cucupha.

℞. *Summit. majoran.*
Flor. rosmarini,
rosar. rubr.
pæoniæ,
paralysis ana p. j.

Stor.

Stor. calamit.
Mastichis,
Olibani,
Succini albi ana ℥j.
Sem. coriandr præp.
— nigell. ana ℈ij.
Garyophyll. ℥ß.
Nuc. mosch. ℥j.
Rad. Ireos Florent.
Spec. Diambr. ℈j.

Crassiusculè conqvassentur, & incidantur, fiat postea usitato more ex sindone rubra Cucupha, qvæ insuatur.

NOTA.

Alii verò Incubi sunt, qvorum Augustinus de civitate Dei Lib. 15. cap. 23. aliiqve mentionem faciunt. Dæmones scilicet, qvi mulieribus se commiscent, ac ab incubando Incubi dicuntur, sicuti, qvi Viris & patiuntur muliebria Succubi; qvod an fiat, vel qva ratione fiat, disqvirere hujus loci non est.

OBSERVATIO
&
CURATIO XXXIV.

DE PERICULOSO CASU IN FOVEAM.

Henricus Müller/ alias Aderholt dictus, Minister Aulicus, cùm proficisceretur Stolberga Roslebiam, & in itinere ob exortam nebulam à Via aberraret, accidit, ut in foveam periculosè incidat, Defertur domum & ego vocor. Hinc statim jubeo, ut Vena Mediana secetur: Postea præscribo.

℞. *Pulveris contra casum Officinarum ana* ℥ß.

S. Pulver wider das Fallen. *Dosis* ℥j. *in Aqva cerefolij.*

℞. *Ungventi rubri potabilis Officinarum.*

S. Rote Salbe. Dosis ad magnitudinem castaneæ. Hisce qvamvis ægrè usurpatis intra qvatuordecim dierum spaciū integrè convaluit.

OBSERVATIO
&
CURATIO XXXV.

DE UTERI SUFFOCAtione.

UXor Domini Magistri Andreæ Chemnitii, Mulier circiter qvinqvaginta annorum, freqventer patiebatur Uteri strangulationem. Hinc me sollicitavit, ut ex meo præscripto sibi liceret in prōptu habere medicamenta contra hystericam passionem, qvo iis exigente necessitate uteretur. Cujus ego petitioni me facile præbens, seqventia medicamenta communicavi.

℞. *Balsam. juniper.* ℈ij.
rutæ ʒß.
succini ℈j.
Extr. angelicæ,
Zedoar, ana gr. xij.
Ol. destill. juniper. gutt. iij.
succini gutt. j.
Ceræ parum.

Fiat Balsamus. S. Balsamum hystericum, qvo inungendus est umbilicus, item Nares, qvàm primum suffocatio ingruere, ac corpus mulieris deprehendere sentitur.

℞. *Castorei non admodum ping. ana* ʒiiß.
Asæ fœtidæ ʒiß.
F. Extractum cum S. V. liqvidum, cui adde.
Extract. mei hysteric. ℈iiij.
croci ʒß.
angelic. ℈j.
Magister. corall. ℈j. gr. v.
Ol. succini albi,
angelic. ana gr. vj.

Digerantur omnia & circulentur per octiduum in vase Hermetico clauso.

De qvo in ipso actu suffocationis ℈j. plus minusve sumendus est, cum ʒß. subscriptarum aqvarum.

℞. *Aqv. matricar.*
absinthij ana ʒj.
artemis.
levistici,
meliss.
cinamomi ana ʒß.
Misce. S. Wasser.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVI.

DE

DE FEBRE SYNOCHA.

URsula Kernemans juvencula viginti annorum, corripiebatur Febre Synocha, cui adjuncta erant insignis dolor capitis, sitis ac vigiliæ. Ad hujus curam ego vocatus, primo pulvere rhabarbari eam evacuo.

Postero die ad infringendum nimium calorem corporis, seqventes aqvas illi præscribo.

℞. *Aqv. flor. citri,*
borrag. ana ℥iiſ.
veronicæ,
cardbened. ana ℥iſ.
Syrup. acet. citri ℥ij.
Magister. corall. ℈ij.
perlar. ℈j.
Spir Vitrioli gutt. xx.
Misce.

Tertio die cùm inviserem, conqverebatur, de pungitivo qvodam dolore sinistri lateris, ad hunc igitur placandum inungebat latus affectum seqventi ungvento.

℞. *Ungv. dialth.* ℥ij.
Ol. chamomill. ℥iſ.
stillat. juniper. ℈ſ.
Pingved. galli,
Butyri s. s. ana ℥ſ.
Croci gr. viij.
F. Ungventum.

Qvarto die cum capite adhuc adoleret, ob constipationem alvi hora septima matutina pro exoneranda illa hanc potionem capiebat.

℞. *Rhabarb.* ℥ſ.
Tartari Vitriolati ℈j.
Crem. Tartari ℈ſ. gr. v.
Spic. Indic. gr. viij.
Digerantur in aqva borrag. ana ℥iſ.
cichor. ℥j.
Stent per noctem, postea fiat expressio, Colaturæ adde
Syrup. rosar. solut. ℥ſ.
Extr. panchym. gr. vij.
Diagridij gr. iij.
Aqv. cinamomi ℥ſ.
F. haustus.

Qvinto die sumsit sudoriferum.

℞. *Antimonij diaphoret.* gr. x.
Aqv.

Aqv. Cardbened. ℥ij.
Misce. S. Schwitzwässerlein.

Verùm cum adhuc instaret dolor capitis seqventi emulsiõe usurpata, protinus omnis dolor sedatus est.

℞. *Nucl. persicor.* ℥ß.
Sem. anethi ʒiij.
papav. albi ʒiiij.
Aqv. solani,
sambuci ana ℥iij.
rosar. ℥j.
F. Emulsum, cui adde
Ol. rosar. ℥ß.
chamomill. ʒiij.
Acet. rosac. ℥j.
Misce.

Panni imbuti hac emulsione fronti ac temporibus applicabantur. Et sic viribus paulatim resumtis tandẽ sana evasit.

OBSERVATIO & CURAT. XXXVII.

DE TUMORE QVODAM ex crasso & melancholico humore ad crus delabente.

Nobilis Vir, Christophorus Bradt in Berga, jam ultra annum laborabat qvodam tumore ex crasso & melancholico humore ad crus delabente: ita ut natura paulò supra malleolum interiorem fonticulum qvasi qvendam svadere videretur, tenui qvadam sanie madente eodem loco. Tentavit Vir nobilis juvare Naturam, & apponere Fõtanellam, sed male cessit, cum Barbitonsor ferro ignito in anteriori nimis tibiæ parte, ubi parum carnis ad os usqve ureret. Sic enim exorto crus qvidem magis intumescere, nec tamen materia peccans expurgari cæpit: clausit hanc Barbitonsor Fontanellam, & suræ per cantharides aliam apponi permisit: neqve sic res bene processit, cum interstitium musculorum non esset observatum: Intumuit crus sursum versus ad femur. Iniit mecum consilium & vult, ut alio in loco, eoqve oportuniori Fontanella ureretur. Svasi supra

Genu

Genu annuo demum. Ideoq; optima præscripta victus ratione præparavi, & purgavi corpus.

Usus igitur est per aliqvot dies alternos hoc vino purgante:

℞. *Rad. capp.*
tamarisc.
fœnic.
petrosel. ana ℥iiiſ.
Ramentor. tamarisci ℥iij.
Cort. hell. nigri,
ebuli,
esulæ ana ℥j.
Herb. chamædr.
scolopendr.
epithymi,
capil. veneris. ana ℥ſ.
cardbened.
absinthij ana ℈iiij.
Sem. anis.
fœnic. ana ℥ij.
Folior. senæ s. s. ℥iſ.
Agarici trochisc. ℥j.
Mechaacan. ℥j.
Rhabarb. elect. ℥iſ.
Macis,
Galangæ,
Zingib. ana ℈ij.

Oia incisa & contusa in charta pro Mensura una cum dimidia Vini.

Post hæc exhibui pilulas.

℞. *Extract. panchymag. Crollij,*
hellebori nigri gr. iiij.
mechaac. compos. gr. vj.
Diagridij,
Gummi gutt. ana gr. j.
Ol. arant.
citri ana gutt. j.
Spir. vitrioli gutt. iij.
F. pil. Nro. vij. qvæ deaurentur.

Ultra qvindecim vices ab iis purgatus est.

Corroborans.

℞. *Spec. aromat. rosat.*
diarh. Abbat.
diamarg. frig. ana ℈j.
dianthos ℈ſ.
Magister. corall.
perlar. ana gr. xv.
Conserv. rosar.
borrag.
citri ana ℥j.
Nuc. mosch. condit. ℥ij.
Sacchar. albi in aqv. borrag. dissolut. q. s.
F. Morsuli.

Vinum usuale ad pastum ordinavi.

℞. *Rament. tramarisc.* ℥iij.
Ligni sassafras ℥j.
Radic. chinæ ℥vj.
pæon.
Ireos Flor.
Garyoph.
Glycyrrh. ras. ana ℥ij.
sassaparill. ℥ß.
Herb. salviæ,
scolopendr. ana ℥j.
rosmarin. ℥ij.
chamædr. ℥j.
Flor. borrag. ℥ß.
Bacc. junip. sel. & mund. ℥iiß.
Incide & contunde s. a. ut convenit, pro vino usuali.
S. Species zum Tischweine ad Mensuras xiiij. Vini.
Cætera cõmisi Barbitonsori.

OBSERVATIO & CURAT. XXXVIII.

DE MODO RECTE TRActandi Fonticulos.

Cum in antecedenti observatione mentionem fecerim, fonticulorum non incommodè me facturum puto, si in hac observatione, qvæ ratione fonticuli, vel qvibus medicamentis excitari & qvomodo tractari debeant, aliqvid dicam.

Ejusmodi fonticuli sunt qvasi extremum refugium, ad qvod Medici ferè in omnibus morbis desperatis confugiunt, & sunt duplicia. Qvædam etiam sunt actualia, qvæ ferro candenti perficiuntur, qvæda Potentialia cauteria appellantur. De iis Actualibus, qvia qvilibet ferè ab iis abhorret, nihil dicam.

Potentialium vero cauteriorum, qvibus excitantur fonticuli est tantus numerus, ut nullus fere sit Chirurgus vel Barbitonsor, qvi non hic aliqvid secreti jactitet. Seqventia qvibus fonticuli fiunt, in Praxi mihi sunt valdè familiaria.

℞. *Calcis vivæ part.* iij.
Minij part. j.
Lixivij seu sapon. fullon. q. s.
F. Lapilli. Vel:

℞. *Sapon. fullon.*
Calcis vivæ ana q. s.
F. Lapilli.

℞. Cal-

℞. *Calcis vivæ* ℥ij.
Tartari ℥ij.
Fellis recrementi vitri ℥iij.
Lixivij ſaponis optimi ℥iiij.
F. Lixivium, adde Minii ℥ij. & coqvendo fiant Lapilli.

Verùm ego credo vix cauterium potentiale aliud commodius dari, qvam illud, qvo è lixivio, è qvo ſapo coqvitur, paratur. Illud enim ſine omni dolore intra qvinqve horarum ſpacio ſuam operationem perficit.

Hoc peracto inducitur Eſchura, qvæ qvotidiè bis illita butyro ſ.ſ. in mollioribus corporibus intra octo vel plures dies, in duris vix intra qvatuordecim dierū ſpacium ſeparatur, ut fonticulus fiat. In hūc excitatum fonticulum, ut apertus ſervetur, parva pila ex cera imponitur. Alii utūtur pileolo perforato, qvem ſpongia implent. Alii globo ex ligno hedera. Alii globo ex radice gentianæ.

Globulo impoſito ſuperimponitur Emplaſtrum diachylon, verùm meliùs eſt imponere folium hederæ tectum charta bibula, qvia illud folium habet peculiarem vim attrahendi humores.

Folio hederæ pulvinar imponendum, & ne decidat, vel foſcia vinciendum, vel lamina argentea continendum. Singulis autem diebus bis, mane ſcilicet & veſperi, & foliū, & charta, & pulvillus mutanda, & locus circa fonticulū linteo madido abſtergēdus.

Si caro in labiis fonticuli luxuriet, nimis & excreſcat, & ſangvinē, qvod accidere ſolet, interdum ſudet, ea inſperſo pulvere aluminis uſti vel vitrioli calcinati facilè tollitur.

Aliqvando opus eſt, ut fonticulus renovetur, qvod fit ungvento digeſtivo ex terebinthina butyro & thure, vel ſimili globulus cereus inungitur.

NOTA.

Anteqvam fonticulus ponatur, corpus benè mundandum purgando &c. ut in antecedenti capite dictum.

OBSERVATIO & CURATIO XII.

DE SCABIE.

NObilissimus & Strenuus Vir Uriel ab Eiche iterum Scabie, à qva ante aliqvot septimanas curatus fuerat, iterum infestatur, fortasse eam obcausam, qvod non post finitam curationem satis regularum diæticarum rationem habuisset, vel qvòd curam ob varia intervenientia negotia tàm publica, qvàm privata, non ad præscriptum modum utendi observasset. Propterea me vocat in consilium & petit, ut sibi aliqvod medicamentum contra scabiem ordinarem, & cum recta diæta modũ utendi præscriberem. Ego promitto me adhibiturum omnem diligentiam & nihil intermissurum, qvæ ad diligentem Medicum pertinerent.

Considero igitur pro meliori curæ progressu à qva materia peccante ortum trahat hæc scabies, num veniat à sangvine, phlegmate, cholera vel melancholia.

Re ita considerata manifestum fit, qvod non à sangvine veniat, qvia nulla plethora aderat, sed magis à cocochymia. Non à melancholia, qvia non aderat scabies sicca vel nigra; sed à phlegmate salso & cholera, qvia aderat cum scabie materiæ multum, pruritusq; molestus.

Ergo cura non inchoanda à venæ sectione, sed à purgatione, promisso tamen debito digestivo.

Postea ad alterandum sangvinis & humoris peccantis fervorem vena secanda.

Hoc facto corroboranda membra, qvæ hactenus discrasian humorum pepererunt.

Tandem localia adhibenda, qvæ cutem restituunt, & si opus fuerit adhuc qvædam danda, qvæ sangvinem mundificant.

Interea qvoqve non negligenda victus debita ratio.

℞. Rad.

℞. *Rad. cichor.* ℥j.
Asparag. ʒvj.
Glycyrrh.
Oxylapath.
Plantag. ana ℥ſ.
Sem. qvat. frigid. major.
fœnic.
anisi,
carthami ana ℥ij.
Flor. Violar.
Verbasci,
Rosar. ana p. j.
Herb. pervinc. Mij.
scabios.
fragar.
endiviæ,
dentis leon. ana Mſ.
Bacc. laur. ℥j.
F. decoctum cum aqv. ſ. q. ad ℔iſ. expressioni adde
Syrup. de fumo terræ,
d. lupulo ana ℥iſ.
Misce in fictile.
S. Tranck alle Morgen 6. Löffel.

℞. *Extr. mass. pil. de fumar.* ʒiſ.
Rad. mecchaacan. ℈j.
Resin. scammonij gr. iij.
Ol. fœnic. gutt. iij.
Cremor. tartari ℈j.
Formentur pil. Nro. 63.

aspergantur cancella. S. Pillen auff dreymal.

℞. *Spir. ligni Gvajac.* ℥iſ.
tartari ʒvj.
sulphur. ʒſ.
Extr. summitat. fumar. ʒj.
plantag. ℈ij.
ligni sassafr. ʒſ.
theriacæ ℈j.
Aqv. plantag.
cardbened.
tormentill. ℥iſ.
destill. radic. chinæ ℥j.
Misce in fictili. S. Schweiß-Mixtur. Dosis 3. Löffel in 6. Löffel gelinder Fleischbrüe.

℞. *Farin. fabar.* ℥ij.
Ceruss. ʒſ.
sulphuris,
nitri ana ʒiſ.
rad. yreos,
majoran. ana ʒſ.
sapon. commun. ℥iſ. ℥iij.
sevi hirci ʒſ.
styrac. liqvidi ℈ij.
Ol. tart. per liqvium facti ℥j.
Pulverisanda pulverisentur, & cum cæteris supra carbonibus incorporentur; & postea

globuli ex materia refrigerata ad formam castaneæ formantur, qvibus post egressum balnei totum corpus inungatur.

OBSERVATIO & CURATIO XL.

DE NIMIO FLUXU mensium.

Mulier pagana laborabat mensium fluxu inordinato, unde ita debilitabatur, ut sine auxilio Mariti vel liberorum, vel alterius neqve stare neq; progredi posset.

Cùm igitur ultra sex vel octo menses hic fluxus durasset, ad se me accersivit, & consilium petivit. Ego præscribo.

℞. *Conserv. rosar. antiqv.* ℥j.
Symphyt.
borrag. ana ℥ß.
Croci martis adstrict. gr. xv.
Terr. sigill.
Lapid. hæmat.
Magister. corall. ana ℈j.
Trochisci d. spod.
C. C. Phil. præp. ana ℈ß.
Syrup. d. cyton. & myrtillor, ana q. s.
F. Conditum.

Venam qvoqve tundi, & ex ea qvatuor uncias sangvinis extrahi curavi, simul etiam totus venter Ol. cydon. & myrtillor, inunctus est.

Notanda.

Uti ex suppressione mensium, ita qvoqve ex nimio fluxu menstruorum multa incommoda exori solent, qvæ tamen facili negotio medicamentis debitis & consiliis rationalibus curari possunt.

Ea qvæ conveniunt in nimio fluxu menstruorum pleruneqve sunt seqventia.

Laudan. opiat.
Essent. croci martis.
Magister. corall.
Tinctura corall.
Syrup. corall. cum succ. herb.
Bolus Armenus in aqv. pursæ pastoris.

Sal Corallorum, Sperniola com-

composita Crollii & nonnulla alia intrinsecus.

Extrinsecus stipites melanchrii, vel bufo exsiccatus multum prodest.

Sic vitellus ovi crudus singulis diebus in vino rubello dissolutus, & per aliqvot dies propinatus fluores sistit.

A partu laborioso nimis profluentem sangvinem sistit, idem sangvis statim in cochleari ferreo exsiccatus, & ad gr. v. vel vj. pondere cum vitello crudi ovi j. mixtus, subito restringit.

Si opus habeamus purgatione, conducunt Rhabarbarum, Extractum panchymag. Croll. radix bryoniæ. Externè inungatur Venter unguento Comitissæ; Aliqvando Renibus & Jecori refrigerantia medicamenta applicentur, ut Ceratum infrigidans, Santalinum, Ungventum rosatum, vel Camphoratum; Si vocetur Medicus, non incommodè revulsionis gratiâ Venã brachii aperiet, indeqve per intervalla sangvinem extrahet, aut si eam contra indicantia (scilicet Venæ sectionem) prohibeant, cucurbitulas freqventes regioni Epatis & Splenis imponat.

Non negligenda qvoqve sunt qvæ Utero prosunt, tùm confortando tùm adstringendo. Ut Emplastrum de Galbano. &c. In adstringentibus tamen exhibendis cautione opus est, & videndum, ne nimio eorum usu Venæ adstringantur & obstruantur, calorisqve ventilatio prohibeatur, & febris accendatur.

OBSERVATIO & CURATIO XLI.

DE CEREBRO CONCUSSO, commoto, frigefactoq́ plurimum.

Martinus Hesse, in Majori Wechsungia initio Novembris Anno 1619. per ebrietatem ab eqvo decussus, stape-

stapedi alteri adhuc inhærens capite in terram illidente, aliqvandiu tractus perq; noctem detento capite pruinam expertus, tanta tenebricosa vertigine corripitur, ut stare erectus non posset, nedum ut incedere solus vel passus aliqvot valeret.

Concussum commotumq; erat cerebrum, frigefactumq; plurimum: ordinata sunt tunc temporis in Officina seqventia.

℞. *Herb. origan.*
beton.
salviæ,
thymij,
serpilli,
pulegij ana Mj.
rorismar. Mß.
Flor. ros. rubr. p. iij.
Cortic. arant. ℥j.
citri ℥ß.
Sem. fænic. ℥vj.
coriandr. ℨiij.
Rad. pæoniæ ℨvj.
Ireos Flor. ℨiij.

Da contusa & incisa ad chartam, & fiat ex iis lixivium cum aqva & vino ana q. s. Utatur patiens manè & vesperi.

℞. *Spec. diamosch. d.*
diambræ ana ℨß.
Extract. angel. gr. vj.
acori gr. iij.
croci gr. ij.
Ol. fænic. gutt. iij.
anthos gutt. ij.
majoran. gutt. iiij.
Sacch. alb. dissoluti in aqva majoran. & beton. ana q. s.
F. rotulæ.

Perrexit per aliqvot temporis spacium cum lixivio, pulveremq; ipse sibi paravit ex sem. anisi, fænic. rutæ, coriandr. herb. salviæ, majoran. rorismarin. nuc. mosch. &c.

Bibebat qvoq; vinum, in qvo herb. cephalicæ & ejus generis alia, in nodulo ligato infusæ erant.

Postea usus est seqventibus.

℞. *Mass. pil. cochiar.*
aurear. ana ℈j.
Extr. panchymag. gr. iiij.
Diagrid. gran. ij.
Ol. anthos,

rutæ

rutæ ana gutt. j.
Cum syrup. d. betonic.
Fiant pil. Nro. ij. S. Pillen.

℞. *Elect. de baccis iuniper.*
Conserv. beton. ana ℥ſ.
majoran.
meliß. ana ℨvj.
pæoniæ ℥ſ.
Pulv. sem. anisi,
fænicul.
coriandr.
Spec. arom. rosat. Gabr. ℈j.
Diambræ ℈ſ.
diamosch. d. gran. xv.
Ol. anthos,
majoran.
succini ana gutt. ij.
Cort. citri condit. minutissimè incis. ℥ſ.
Syrup. d. stæchat. & beton. ana q. s.

Pro inunctione temporum, suturæ coronalis & nuchæ seqvens linimentum præscripsi.

℞. *Ol. nardin.*
rutæ,
costin.
lumbric.
chamomil.
anethi ana ℨiſ.
d. euphorb.
piper.
laterin. ana ℨſ.
nuc. mosch. ℈ij.
spicæ ℈ſ.
Unguent. dialthææ ℥ſ.
Cum cera fiat Linimentum. S. Salbe. Masticatoriis seqventibus qvoq; usus est.

℞. *Mastich.* ℨj.
Sem. staphisagr.
Cubebar.
Nuc. mosch.
Macis ana ℨſ.
Sem. sinapi ℈j.
anisi,
coriandri ana ℈j.
majoran. gr. xv.
Radic. piretr. gr. x.
Mellis & ceræ parum.
Fiant masticatoria ad pondus ℈j.

Hæ erant herbæ cephalicæ pro vino usuali.

℞. *Herb. salviæ,*
majoran. ana p. ij.
rosmarin.
betonicæ ana Mſ.

Sem. fænic.
anisi,
coriandr. ana ℥ß.
rutæ ℥ij.
Cubebar. ℥iß.
Zingib.
Macis,
Nuc. mosch. ana ℥ß.
Rad. yreos flor.
pæoniæ ana ℥iij.
Cort. citri sicc. ℥j.
Ligni rhodij,
Ligni sassafr.
sassaparill. ana ℥iß.

Incid. & contund. s. a. Species zum Tischweine.

OBSERVATIO & CURATIO XLII.

DE EXITU ANI.

GEneri mei filia, puella qvatuor annorum, qvoties iret ad sellam patiebatur ani procidentiam, qvi affectus seqventibus remediis à me, Deo adjuvante, feliciter curatus est. Primo repositum est intestinum rectum.

Postea inspersus est ano seqvens pulvis.

℞. *Myrtillor.*
Sumach.
Balaustiar.
Rosar.
Cupular. gland. ana ℥ij.
F. Pulvis.

Deinde usus sum seqventibus.

℞. *Gallar.*
Rosar. *Plantag.*
Balaustiar. ana ℥ß.

Decoqvantur in aqva chalybeata, & podex ea foveatur. Vide meam Medicinam Practicam.

OBSERVATIO & CURATIO XLIII.

DE MOLA.

VIdua Nobilis cùm mensium obstructione per biennium laboraret, factum ut intu-

intumescerent ubera sine lacte, manus ut & genæ & pedes gracilescerent, & molles fierent, simul & molem qvandam instar lapidis de latere in latus moveri, perciperet, facilè colligendum erat, se gestare in utere Molam. Petit igitur meum consilium, qvod erat seqvens.

Primò vena secta fuit, qvo aliqvid nutrimenti molæ detraheretur, & incrementum impediretur.

Postea medicamenta purgantia exhibui, qvibus expelleretur gravis ista moles.

Deinde qvoqve & alia qvædam medicamẽta pro majori efficacia præscripsi, ut ex seqventibus patet.

℞. *Rad. qvinq. aperit. ana* ℥iij.
Herb. meliss.
arthemisiæ,
Flor. chamomill. ana M ſ.
Rad. bryon. ℥j.
hermodact. ℥ſ.
mechaacan. ʒvj.
Fol. senæ ʒx.
Baccar. juniper. M ſ.
Cinamomi ʒj.
Croci ʒſ.
Macis ℈ij.

F. ex incisis & contusis Nodulus pro Vino.

℞. *Herb. althææ,*
Violar.
parietar.
chamomill.
Rad. lilior. alb.
bismalvæ ana M j.
Sem. lini,
fænugræc. ana ℥iſ.
Fol. lauri ʒj.
Herb. thymi,
pulegij,
calaminth.
artemiſ. ana M ſ.

Fiat Fotus.

℞. *Ol. amygd. d.*
lilior. albor.
chamomil. ana ℥iſ.
Mucilag. sem. fænug. factum.
cum aqva sabinæ,
Ungvent. Agripp. ℥iſ.
Adip. anserin.
gallin.
Medull. crur. vitul.
Ol. chamomill. ℥ſ.

Ceræ q. ſ.

Fiat Ungventum pro ventre & ſinu uteri.

℞. *Galban.* ℥j.
Ellebor. alb. ℥ſ.
Colocynth. ℈ſ.
Rutæ,
Sabin. ana ℥ſ.
Styrac. liqvid. ℥ij.
Mell. coct. q. ſ.

Excipiatur lanâ, & fiat peſſus cui linum alligetur.

℞. *Sabinæ,*
Dictamn. cret. ana ℥ij.
Cinamomi el.
Myrrh. ana ℈iiij.
Croci gr. xij.
Sem. rutæ,
Fol. ſicc. rutæ ana ℈ij.

F. Pulvis ſubtiliſſimus, propinetur pulvis ad ℥j. in vino albo vel aqva pulegii.

In mola exterminanda ſecretum non datur felicius, qvam pulvis ſecundinarum in aqva Artemiſiæ, rubiæ tinctorum, vel pulegii exhibitus.

Hoc ſpecifico Clariſſimus Hartmannus in multis fæminis generoſis curam abſolvit feliciter.

Poſt octiduum, cum præſcriptis medicamentis uſa fuiſſet, accidit, ut noctu ægra dolore ventris ita obruatur, qvaſi parere deberet prolem, vocatur igitur Obſtetrix, qvæ manuum opera & beneficio mei præſcripti pulveris ſternutatorii tantum effecit, aut intra tra unius horæ ſpacium Mola formæ admirabilis excluderetur.

OBSERVATIO & CURATIO XLIV.

DE PHILTRO.

JOhannes Hilpet ſervus cujusdam Nobilis in groſſen Wechſungen/ ab Ancilla vel Coqva illius Nobilis accepit placentas, pulvere amatorio confectas, qvas comedit. Intra qvatriduum nihil ſentit, qvinto die verò incipit

cipit delirare, insanire, garriens varia & absurda, vigiliis perpetuis urgebatur, imaginabatur se esse in potestate Diabolii, præsentiam Pastoris ejus loci ferre non poterat, & qvando ab illo visitaretur, præ timore sudabat. Hic adhibitis prius devotis precibus ad Deum, seqventibus à me præscriptis remediis præter omnem spem sanatus est. Deo sit laus.

℞. *croci metall.* gr. v.
Pulv. cinamomi,
galang.
garyoph.
macis ana ℈j.
Croci gr. v.
Aqv. Cardbened. ℥iiiß.

Infunde per noctem manè colentur & bibantur. Qvo per alvum & vomitum materiam ejecit atram & malè olentem.

℞. *Mixturæ simplici Mitridatij ana* ℥j.
Salis fraxini ℈ß.
Aqv. Cardbened. ℥iiij.
F. Sudoriferum pro duabus dosibus.

℞. *Spirit. terræ sigillat.* ℨiiß.
Dentur post sudoriferum singulis auroris in aqva Cardbened. gutt. ix.
Ad accersendum somnum.

℞. *Aqv. rosar.* ℥iiij.
Opij ℨß.
Croci ℈ß.
Misce benè dissolvendo. Hoc intra imbuta subcalidè temporibus applicabam & nares lavabam.

OBSERVATIO & CURATIO XLV.

DE QVODAM, CUJUS *Caput pediculis scatebat.*

Theologiæ Studiosus, Ludovicus Neustaterus è Silesia à Pontificiis in exilium projectus & actus, cogebatur in

in exteris locis victum, & vitæ necessaria qværere, alloqvendo (uti vocant) viros bonos ac eruditos; hinc factum, ut ipsi vestes & caput, qvæ calamitas, in exilio (proh dolor!) post famem proxima, plurimis pediculis scateret: Propterea, consultandi causâ me accessit, cui consului, ut prius inanito corpore, & capite loto aqvæ Lavandulæ, vel Spicæ, vel Salinâ tale sibi medicamentū, (cujus pretium ex Christiana clemētia & misericordia solvi) sibi præparari in officina curaret;

℞. *Ol. commun.* ℥iij.
Ceræ ℥j.
Sem. Staphysag.
Argent. vivi extincti cum hominis jejuni saliva ana ℥iij.

F. Ungventum, pro capite & vestibus, qvod non solum pediculos, verùm etiam lentes in capite certissimè fugat, & interficit.

Si cimices (vulgo plattas vocant) in barba aut locis secretioribus sint, prope virilia membra, vel muliebria, hoc præscripto ungvento commodissimè uti soleo.

℞. *Axung. porcin.*
Ol. laurin.
Sapon. nigr. ana ℥ß.
Mercurij vivi extinct. saliva ana ℈j.
Myrrhæ,
Aloes ana ℥ß.
Staphisagr.
Sapon. Gallic. ana ℥ij.

In mortario reducantur ad formam Ungventi, qvod ex meo præscripto Recepto in officina Northusana vendibile extat.

OBSERVATIO & CURATIO XLVI.

DE FAVO, SEU CAPITIS Ulceribus manantibus.

Famulus meus Christophorus Hammer/ Erphordiensis sedecim annos natus, favo seu capitis ulceribus afficiebatur; hic

hic qvamvis à multis curatus esset in juventute; rediit tamen anno 1626. hoc malum, qvod seqventibus remediis, Deo benedicente, curavi. Utebatur primò hoc decocto:

℞. *Fumi terræ* Mj.
Scabios.
Betonic.
Borrag.
Acetos.
Violar.
Agrimon. ana Mß.
Sem. anis.
fænic.
endiv.
acetos. ana ʒj.
Radic. Enulæ ʒß.
Fol. senæ s. s. ʒvij.
Epithymi ʒj.
Uvarum paß. ʒß.
Glycyrrh. ʒiij.

Fiat omnium decoctio in aqva communi & Fumariæ pro ℔j. colaturæ addatur
Syrup. de fumo terræ,
de Epith.
Borrag. ana ʒß.

Misc. de hoc singulis aurotis cœpit pro vice bonum haustum, ex qvo semper qvater, aut qvinqvies alvus soluta est.

Deinde, ut hoc capitis lavacro uteretur, mandavi.

℞. *Fumi terræ,*
Betæ,
Lapathi acuti,
Chelidon. cum toto,
Malvæ,
Fol. heder. arbor.
Radic. Althææ ana Mj.
Flor. Chamom.
melilot.
Furfur. ana Mß.

Coq. in sufficienti qvantitate aqvæ pro ℔iij. Deinde, ut crustæ melius emollescerent, jussimus, Chirurgum caput novaculâ radere, & hoc præscripto linimento inungere.

℞. *Mucilag. Fænugr.*
Sem. lini,
cum aqva malvæ,
Axungiæ Gallin.
Porcin.
Ol. ex vitell. ovor. ana ʒß.
Croci ʒß.

Misce pro linimento.

Tandem post qvædam deter-

tergentia & exiccantia qvoq; seqvens ungventum præscripsi, qvod apud me magni pretii & mirabile, magnæqve efficaciæ.

℞. *Litharg. argent. & auri, cum acet. acerrim. & ol. rosar. nutrit.* ℥ij.
Geruß. lotæ cum aqva solatr. ana ℥j.
Aluminis roch. combust.
Fuligin. fum.
Radic. Enulæ siccæ tritæ,
Chartæ, qvæ perfluit, exustæ ℥ß.
Ol. ex vitell. ovor.
Axung. Gall.
Porcin. ana ℥ß.
Ol. Laurin.
Rosat.
Acet. ana q. s.

Incorporentur in mortario secundum artem, ut in formam ungventi mollioris coëant.

OBSERVATIO & CURATIO XLVII.

DE INCUBO, SEU Ephialte.

Vir qvidam, cui nomẽ erat Johannes Schützer/Cauponarius Noranus, per diem benè valebat, noctu verò qvando qvieti se daret, & dormiret, nocturno semper ludibrio afficiebatur; hic consilium & auxilium petebat à me. Propterea post debitam evacuationem universalem è Panchymagogo Crollii, imperavi, ut semper post pastum uteretur iis medicamentis, qvibus exhalantes è ventriculo vapores reprimerentur, è qvorum numero sunt, Confectio Anisi, Coriandri, grana mastichis, Thuris, Diacydon. &c.

Adhibui insuper ea, qvæ ventriculum & caput corroborarent.

℞. *Spec. diarh. Abbat.* ℥ß.
aromat. rosat. Gabriel.
diambr.
diamosch. dulc. ana ℈j.
Sacchar. albiß. in aqv. beton. dissolut. ℥iij.

Ol.

Ol. succin.
anthos,
rorismar. ana gutt. ij.

Fiant rotulæ f. a. S. Küchlein Mongens und Abends allemal 5. zu geniessen.

OBSERVATIO & CURATIO XLVIII. DE CANITIE ET PILIS denigrandis.

JOhannes Volterus, Præfectus Klettenbergensis, vir fortè sexagenarius, cum matrimonium virginis juvenculæ ambiret, ut senectutem aliqva ex parte celaret, petiit à me medicamentum pro canitie & denigrandis capillis; huic seqventia, qvæ ex Petro Foresto habeo, ex voto profuerunt.

℞. *Vini rubr.* ℔j.
Salis ℥j.
Atram. sutor. seu chalc. ℥ij.

Misceantur omnia & in testula vitrea reponantur, ut parumper bulliant. Deinde adde
Alcannæ,
Æris usti ana ℥j.

Et iterum parùm bulliant, & ab igne removeantur, & ultimo adde
Pulv. gallæ subtiliss. tritæ q. s.
Pro faciendo linimento, qvod mellis substantiam; vel paulo crassiorem habeat, qvo barba seu capilli optimè illinantur.

OBSERVATIO.

Est notandum, qvòd pili prius madefacti aqva decoctiones aluminis (idq; sæpius fiat) & exiccati citius recipiant tincturam. Alii alio tempore ad canos senes hæc præscripsi, ex eodem Authore.

℞. *Gallas ustas & in oleo temperatas* Nro. xx.
Æris usti ℥ß.
Tragacanth. ℥ij.

Temperentur cum aqva pluviali.

Experientiâ sæpè probatum est id, qvod seqvitur ad denigrandos pilos.

℞. *Nuc. Gallar.* ℥j.
Coqvantur in oleo ad crepaturam, postea adde
Salis gemmæ,
communis ana ℥j.
Ceræ alb. ℥ij.
Garyophyll. ℥iß.
Alumin. ℥iij.
Pulverisentur omnia & coqvantur secundâ vice, unicâ ebullitione, ab igne deinde deponantur, ut frigescant, & in vase vitreo in umbra posita demum usui reserventur.

Aliud Tralliani.

℞. *Gallar.*
Acat.
Sqvam. æris,
Aluminis ana q. v.
in urina pueri unum diem macerato: deinde pilis detersis illinito, & caput linteo ad triduum circumligato; præsentissimum remedium usu compertum est.

OBSERVATIO & CURATIO XLIX.

DE NARIUM OBSTRUctione.

Domini Johannis Eckardi Secretarii Illustrium Comitum à Schwartzburg/ aliqvot mensium infans, cùm laboraret summâ narium obstructione ipsi rogatus hæc ordinavi;

℞. *Ungvent. pomad.*
Rosat.
Ol. express. ex semin. cucurb. ana ℈ij.
Misc. S. Sälblein.

Hoc illinavi nasi regionem ad internos angulos oculorum, ubi os cribriforme: sed parum profuit: Ergo aliud dedi.

℞. *Ungvent. Dialthææ* gr. xxiiij.
Pomad.
Rosat. ana ℈ß.
Ol. majoran. gutt. v.
Lavandul. gutt. j.

Hoc profuit optimè. Pastori *W*etterano alio tempore, cum narium obstructione afficeretur, præscripsi seqvens erthi-

errhinum, vel nasipurgium, præmissis tamen præmittendis.

℞. *Sem. nigel.*
Cubebar. ana ℈ij.
Majoran. ʒj.
Lilior. convall.
Flor. rorismar.
Radic. Ireos,
Florent.
Myrrhæ ana ℈ſ.

Subtilissimè trita excipiantur.
Ol. nuc. moſch. expreſſ. ʒſ. & *Ol. Irin. q. ſ.*
pro Linimento.

Seqvens qvoqve ſæpiſſimè juvit in narium obſtructione.

℞. *Ol. nuc. moſch. expreſſ.* ʒij.
Rutæ gutt. iiij.
Lavandul.
Majoran. ana gutt. v.
Garyoph.
Succin.
Cinamomi ana gutt. ij.

Fiat Linimentum.

OBSERVATIO & CURATIO L.

DE SUGILLATIONE ET macula oculorum.

Sigismundus Chemnitius, olim diſcipulus meus, cum unà cum fratre Arnoldo pilâ colluderet, & pila in dextrum oculum inſiliret, eundemqve inflammatione ſugillatione & tumore afficeret, adeò, ut oculum aperire non poſſet, inſtillari juſſi lac recens calidè ab ubere detractum, qvod optimè profuit.

Alteri verò juveni Rectoris Northuſani famulo, qvi ex ictu vehementiore ſugillationem oculi incurrebat, poſt purgationem, & cucurbitulas ſcapulis appoſitas leviter repellentia, ut albumen ovi cum aqva roſarum concuſſ. & lact. muliebr. appoſui: Palpebra Ol. roſac. ac myrt. inuncta fuit exterius.

OBSERVATIO & CURATIO LI.

DE OCULORUM RUBEdine cum lachrymis perpetuò fluentibus.

Acres humores plerunqve ruborem inducunt, atq; palpebras erodunt, uti evenit cujusdam filiæ, qvi Æditŭum agebat in Pago Nora, cui consului, ut prius vena in dextero brachio scinderetur, & ad contemperandos acres humores ebiberet Syrupos seqventes.

℞. *Syrup. Endiv.*
Nymph.
Violar. ana ℥i ſ.
Aqv. Cichor.
Acetoſ.
Euphrag. ana ℥iij.

Miſc. & per triduum manè bibatur.

Poſtea eam purgavi, & cucurbitulos ſcapulis apposui, ſangvine detracto Corpore purgato, qvoqve ſeqventi collyrio uſa eſt.

℞. *Aqv. Roſar.*
Euphrag.
Verben. ana ℥ſ.
Tutiæ præparat. ʒj.
Matris perlar. ſubtiliſſ. tritar. ʒij.

Miſce, & uſus tempore præcipuè miſce probè inſtillando parum in oculum, nec non petias ex miſtura illa incidentes extrinſecus applicando.

Si illud non juvaret conſului, ut ſeqventibus uteretur.

℞. *Ceruſſ. ablut.*
Sarcocoll. nutrit.
Licij,
Acat.
Oliban. ana ʒj.
Corall. utriusq; ana ʒſ.
Margarit. præp. ℈ſ.

Succi mali punic. ad dimidiam abſumptionem cocti q. ſ. fiat Collyrium.

OBSERVATIO & CURATIO LII.

DE

DE FACIE PUSTULIS rubris defædata.

NObilis ac strenuus Vir Johan Bertholdus à N. cum in bello ex inopia ciborum domesticorum cogeretur vesci immaturis fructibus, & rebus sangvinem adurentibus, accidit, ut ex errore virtutis digestivæ in Stomacho & Epate ipsi in facie innascerentur multæ pustulæ rubræ, qvæ ipsam malè deformabant: Propterea Northusam veniens me consultandi causa adit; Ergo pro ipso seqventia à me ordinata sunt.

℞. *Radic. rusci,*
asparag.
cichor.
fænic.
petrosel.
polypod.
Glycyrrhi ana ℥iij.
Herb. fumar. ℥iiß.
dent. leon.
cichor.
borrag.
ceterach.
acetos.
lupul. ana ℥ij.
Epithym. ℥iij.
Sem. cucurb.
melon. ana ℥iß.
endiviæ,
acetos.
lactuc. ana ℈ij.
anisi ʒj.
Flor. Cordial. ana Pij.
Tamarind. ℥iß.
Fol. senæ s. s. ℥ij.
Cortic. rad. helleb. nigr.
tamarisc. ana ℥iß.
Agaric. ʒiij.
Rhabarb. ʒij.
Turpet. ʒj.
Passular. ℥iß.

Incide & contunde s. a. da benè mista in duabus chartis æqvaliter divisa. S. Species zum Trancke.

Coqvatur una pars in sero lactis caprini, bibat per iij dies vel iiij. Inde secet venam medianam.

Postea revertatur ad potum. Eoqve deficiente præparet & reliqvam partem & usurpet: Ex priori decocto non benè fuit purgatus, ex altero optimè

 Por-

Porrò,

℞. *Conserv. Violar.*
Rosar.
Borrag.
Cichor.
Bugloss.
Citri ana ℥ß.
Spec. diatr. santal.
diarhod. Abbat. ana ℥j.
Spodij ʒß.
Corall. rubr. præp. ℈j.
Radic. cich. condit. ℥j.
Syrup. de pomis redolent. q. s.

Misc. F. Electuarium & S. Latwerge.

Utatur mane & ad vesperam superbibendo parum de Tinctura Rosarum.

℞. *Ungvent. Citrin.* ℥ß.
Camphor. ℈j.
Borracis usti ℈ij.
Os sepiæ ʒß.
Litharg. aur.
Ceruss. ana ʒiß.
Thuris,
Mastichis ana ℈ß.
Ungvent. alb. ʒj.
Ol. Tartar. per deliqvium fact. ʒß.
Rosar. ʒij.

Misce. Fiat Linimentum & S. Salbe.

Inungat hoc dum itur cubitum faciem, mane abluat seqventi decocto.

℞. *Tartari albi* ℥j.
Aluminis ʒiij.
Salis prunellæ ʒij.
Furfur. trit. ℥ß.
Farin. Fabar. ℥j.
Radic. lilior. alb.
Ireos flor.
Bryoniæ ana ʒiß.
Serum lactis q. s.

de hoc Sero lactis usus est pro potu.

OBSERVATIO & CURATIO LIII.

DE PARALYSI PRÆCAVENDA.

Puella Senatoris Northusani fortè decem annorum, cœpit qvodam torpore sinistri lateris: Exin-

Exinde Lingvæ impotentia subsecuta, ita ut vix proloqvi, etsi conaretur, magno cum conamine & molestia, tædioqve posset: Cephalæa aderat, Cerebrum humidum erat & frigidum: Urina etiam alba & crassa: qvodammodo Periculum de Paralysi.

℞. *Radic. Mechoacan.* ℥ij.
Fol. senæ s. s. ℥ß.
Agarici ℥ß.
Cortic. hellebor. nigr. ℥j.
Flor. Stæchad.
Anthos,
Betonicæ ana Pj.
Sem. anis.
Coriandr. præp. ana ʒj.
Cinamomi elect. ʒj.
Radic. Yreos flor.
Pæon. ana ʒß.
Granor. Paradis. ℈j.
Herb. meliss. Mß.
Incide & contunde pro Nodulo ad Mß. vini Rhenani.

℞. *Syrup. d. Cinamomo* ℥iß.
de Stæchad. ℥ß.
Gall. moschat.
Magist. perlar.
Radic. Yreos flor. ana gr. vj.
Ol. anis. gutt. ij.
Misc. & S. Säfftlein de qvo mane capiat cochlear.

℞. *Radic. Yreos flor.* ʒß.
Pæoniæ,
Visc. qvercin. ana ℈j.
Corall. rubr. præp.
Succin. alb. præp.
Cinamomi,
C. C. ust. præp. ana ℈ij.
Smaragd. præp.
Margarit. præp. ana ℈j.
Ungulæ Alcis gr. vij.
Sem. Coriand. præp.
Rotul. man. Christ. perlat.
Sacchar. Penid. ana ʒiij.
F. pulv. subtiliss. adsperg.
Ol. anis. gutt. ij.
Cinamom. gutt. j.
Detur in Scatula. S. Pülverlein.

℞. *Flor. herb. Paralys.*
Lilior. convall.
Pæoniæ ana ʒß.
Radic. Pæon. ʒj.
Yreos flor.
Succin. alb. præp. ana ʒiß.
Cortic. citr. sicc. ʒij.

San-

Sandar. arab.
Styr. calamit.
Myrrh.
Thuris ana ℈j.
Flor. Stæchad.
Thymi cretic. ana ℈ij.
Rosar. rubr.
Sem. Coriandr. præp ana ʒß.
Fiat grossus pulvis, ut decet, pro cucupha.

℞. *Ol. nuc. moschat.* ʒij.
Succin. gutt. iiij.
Majoran.
Anis. ana gutt. vj.
Garyophyll.
Cinamomi ana gutt. iiij.
Moschat.
Ambra,
Zibeth. ana gr. ij.
Misc. F. Linimentum, & S. Stärck Balsam.

℞. *Mastichis* ʒiij.
Radic. pyreth.
Nuc. moschat.
Macis,
Cubebar.
Sem. anis. ana ℈j.
Majoran. gr. xij.
Trochisc. galliæ mosch. gr. vj.

Cum cera & melle inspissato fiant masticatoria ad pondus gr. xxv.

Pulvis pepticus.

℞. *Panis Sacch.*
Carnis Cyton. ana ʒij.
Nuc. moschat.
Sem. Coriand. præp.
Corall. rubr. præp. ana ʒj.
Rosar. rubr. ℈ij.
Confect. sem. anis.
fœn. ana ʒß.
Sacch. rosat tabul. ʒvj.
F. pulv. & in scatul. S. Pulver nach Essens/ convaluit Dei gratiâ.

OBSERVATIO & CURATIO LIV.

DE INTERNO GUTTURIS apostemate ingenti.

Lena Hessen/ Martini Borckarts Consulis Stolbergensis Uxor, cum fluxionem gutturis experiretur, & ingens tandem

dem Apostema fieret, me consulens, seqventibus restituta est valetudini.

Cataplasma hoc appositum exterius fuit.

℞. *Flor. melilot.*
malvæ,
Violar. ana Mj.
Chamom. Pij.
Radic. Althææ ℥iſ.

Nidum hirundinum unâ cum plumis incisum, in aqv. coqve ad mollitudinem, pistenturqve, add.

Farin. hord.
fœnugr. ana Pſ.
Ol. amygd. dulc.
Butyri recent.
Ol. lilior. alb.
Chamom. ana q. ſ.

Fiat Cataplasma. Gargarisma vero tale erat.

℞. *Radic. Althææ* ℥j.
Fol. Violar.
malvar.
plantag. ana Mj.
melilot. Mſ.
Flor. rosar. rubr. Pj.
Sem. Lini,
fœnugr.
althææ,
malvæ ana ℥iſ.
Cytonior. ℥j.
Nid. hirund. cum plumis inciſ.
Ficuum Nro. iij.
Uvar. paſſ. Pj.
Hord. mund. Mſ.

Fiat decoctum in aqva pro ℔. ij. sem. exprimantur & colo excipiantur, addendo
Mellis rosat. colat. ℥iij.
Diamor. ℥iſ.

Misce pro Gargarismo. Pro ulceris abstersione aquâ mellis gargarisabat os, deinde pro inflammatione lacte tepido.

Ultimo pro conglutinatione cum decocto plantag. major. & amogloss. Consolid. major, &c. & intra qvinq; dies Dei nutu convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO LV.

DE VERMIBUS.

Anno 1619. Rusticus Sultzhain. Rudolph Engelhart ad me venit, cujus

Filius puerulus qvatuor annorum, investabatur multis vermibus, cum dolore & tumore ventris, etiam atq; etiam orans, ut, si qvid medicamenti contra Vermes haberem sibi pro certo pretio communicarem. Ego ipsius petitioni facilè me præbens, seqventia pro filio præscripsi.

℞. *Fol. absinthij,*
menthæ,
Flor. persic. ana p. j.
Nucl. persicor.
amygd. amar. ana ℥ſ.
cum fell. tauri & Ol. amyg. amar.
F. Cataplasma.

℞. *Corallin.* ʒiſ.
Petrosel. Alexandr. ʒſ.
Sem. lumbricor. ʒj.
Radic. diptamni,
C. C. præparat.
Rhabarb. ana gr. xviij.
Sacch. albi dissol. in aqva absinthij q. s.
F. confectio in morsulis.

℞. *Pulver. rhabarb.* ℈j. gr. iiij.
S. Pülverlein zum eingeben.

Qvibus remediis multi erecti vermes expulsi sint.

OBSERVATIO & CURATIO LVI.

DE ANASARCA.

Colonus qvidam in Pago Steyerthal/ cui nomen erat Hans Kohl/ cùm diu usus esset cibis frigidis & humidis, factum est, ut incideret in Anasarcam, ad qvem cùm accitus essem, & viderem hujus pedes tumidos, & totum corpus aqvosum & sufflatum: Curatio igitur fuit talis.

℞. *Decoct. rad. Enulæ ex Vino;*
Syrup. ros. solut. ana ℥iiij.
Magist. Tart. ℈ij.
Aqv. Cinamomi ʒſ.
F. Mixtura. d. S. Vorbereitungs Mittel auf zweymal.

℞. *Decoct. flor. & fruct.*
In eo infunde per hor. x. summitat. Chamædr. & Chamæpith. ana p. j.
Fol. Senæ ℥iij.
Soldanell. ʒj.

Zin-

Zingib.
Cortic. citr. ana ℈j.
Rhabarb. ʒß.
Sqvinanth. gr. ix.
Sem. Aqvileg. ℈ß.
Hinc ebulliant.
Colatur. ℥ij.
add.
Elect. Benedict. laxat. ℈iiij.
Julepi Violat. ʒß.
Aqv. Cinamomi ʒß.
Misc. rite. S. Linde Purgier-Tränckleín.

℞. *Lign. sassafr.* ʒvj.
Gvajac. elect. ʒj.
Rad. Sassapar. ʒß.
Scorzoner.
Polyp. querc. ana ℈iiij.
Passul. minor. ʒiij.
Sem. anis.
Fænic. ana ʒj.
Incisis & contus. & præpar. Infund. per noctem in Aqva scolopendriæ cocta, manè bulliant claro igne ad suff. clarifica detur ritè ad ℥vj. qvæ dividantur in 2. partes, cuilibet add.
Aqv. Cinamomi ʒij.
S. Schwitz-Tränckleín.

℞. *Mater. resid. prim. decoct.*
add.
Lign. sassafr. ʒß.
Anis.
Fænic. ana ʒiß.
Passul. minor. ʒvj.
Coqv. ad tertias, & clarificetur ad ℔. ij.
S. Tischtranck.

OBSERVATIO & CURATIO LVII.
DE MICTU VEL MICTIONE sangvinis.

JOhannes Köhler in Xenodochio nostro, vitam degens cùm mictu sangvinis per aliqvot septimanas afficeretur, & inde valdè debilitaretur, tandem hoc unico & qvidem vili remedio curatus fuit.

℞. *Pulv. sem. acetos.* ʒij.
Dividantur in duas partes, & detur manè in aliqvo vehiculo. Hoc etiam facit
Sem. plantag.

OBSERVATIO & *CURATIO LVIII.*

DE SALACITATE.

JUvenis qvidam forte viginti annorum, aliàs homo religiosus, ad me venit conqverens de salacitate, (qvod fortasse provenicbat à sangvinis copia, qvia erat Plethoricus,) unde qvotidiè stimularetur ad venerem, & ne rueret in illicitos amores, & ita contra sextum præceptum peccaret, petit Medicamenta qvæ reprimerent, & extingverent hoc desiderium libidinis. Ego curam hanc suscepturus primo secui ejus Venam Medianam, postea præcepi, ut tenui & pauco victu uteretur, vitaretqve cibos calidos & aromata, inprimis vinum, eligeretqve sibi potum tenuem. Deinde præscripsi ipsi varia Medicamenta, qvæ salacitatem reprimunt, & generationem seminis impediunt. Verum cùm omnia hæc nihil proficerent, svasi ut uteretur remedio à Deo, qvi dono continentiæ carent, concesso mortalibusqve libero, cùm persona pia & honesta matrimonium contraheret, qvo facto, ab hoc malo immunis factus est.

OBSERVATIO & *CURATIO LIX.*

DE ANGINA.

CUm Scrinarii Northusani Uxor Anginam pateretur, & me consuleret, seqventia præscripsi in hoc affectu valdè periculoso, prius emissâ venâ.

A missione venæ hoc gargarismate utebatur.

℞. *Aqv. Solatr.*
plantag.
Violar.
Endiv. ana ℥vj.
eqviset. ℥j.
Diamor. ℥ij.
Mell. rosat. colat. ℥j.
Misce.

Exte-

Exterius hoc Emplastrum impositum fuit.

℞. *Farin. fœnugr.* ℥ſ.
Hord.
Sem. lini ana ℥ij.
Mucilag. ſem. alth.
Extract. cum aqv. malvæ
Sem. lini ana ℥ſ.
Ol. amygd. d.
Chamom. ana ℥j.
Roſar. ℥ſ.
Butyri recent. ʒvj.
Croci gran. vj.

Probe mixta cum lana ſuccida loco affecto applicentur. Hoc finito ſeqvens præſcripſi.

℞. *Fol. Violar.*
malv. cum toto,
Flor. Chamom.
melilot. ana Miſ.
Fic. pingv. Nro. v.
Radic. Alth. ℥ſ.
Uvar. paſſ.
Hord. mund. ana Pj.
Glycyrrh. ʒvj.
Hyſſop. virid. Mj.

Coqv. in aqva pro ℔. ij. ſ. Colaturæ add.
Mell. roſat. colat. ℥iiij.

Postremo & hoc utebatur.

℞. *Flor. Chamom.*
melilot. ana Mj.
Violar.
Scabioſ.
Malv. cum toto Mſ.
Radic. Althææ ℥ſ.
Glycyrrh. roſ. ℥iij.
Sem. fœnugr. ʒiſ.
Aniſ. ʒj.
Ficuum pingvium Nro. iiij.
Uvar. paſſular.
Hord. mundi ana Pj.

Coqvantur in aqva communi pro ℔. iiſ.
Colaturæ add.
mell. roſat. colat. ℥iiij.

Miſce pro gargariſmate, qvibus præſidiis malum reſolutione finiit.

IN ALIO.

Hoc Gargariſmate uſus ſum.

℞. *Ficuum pingv.* Nro. v.
Flor. Chamom.
Melilot.
Roſar. rubr. ana Pj.
Hord. mund. Mj.
Sem. fœnugr. ʒij.
Liqviriz. raſ. ʒvj.

Fiat decoctum in aqva communi pro ℔. iſ. add.

 Mell.

Mell. rosat. colat. ℥ij.
Misc.

Externus hoc Cataplasma admotum fuit.

℞. *Farin. hord.* Pij.
Mucilag. Alth.
Fænugr.
Extr. cum aqv. malv.
Ol. Chamomill. ana ℥iſ.
Lilior. alb. ana ℥j.

Mixta calidè apponantur, qvo & dolor sedatus est, & potuit deglutire.

OBSERVATIO & CURATIO LX.

DE DOLORE SINISTRI lateris à flatibus.

DN. Johann Michael Haccius Scholę Stolbergensis Rector, freqventer infestabatur dolore extensivo sinistri lateris, qvem à flatibus originem ducere, inde conjectabam, qvod & periodicus esset nec diu duraret, sed qvemadmodum subitò invaderet, ita etiam subitò remitteret. Cùm itaqve remedium aliqvod ad ejusmodi flatuum generationem impediendam à me peteret, seqventia illi pręscripsi. Nimirum jussi ut crebro sinistrū latus hoc ungvento inungeret calidè.

℞. *Ol. Cappar.* ℥j.
aneth.
amygd. amar.
rutæ,
lilior. alb. ana ℥ſ.
carvi destillat.
fænic. destillat. ana ℈ſ.
Ceræ q. s.
pro Ungvento.
S. Sälblein.

Hoc facto superimposuit loco affecto seqvens Emplastrum.

℞. *Emplastr. de melilot.* ℥j.
de ammoniac. ℥ſ.
malax.
Ol. cappar. q. s.
F. Emplastr.
S. Pflaster.

Cùm

Cùm dolores nondum remitterent, jussi ut hisce uteretur seqventibus.

℞. *Tart. Vitriolat.* ℈ſ.
Cryſtall. Tart. ℈j.
Fæcul. rad. draon. gr. v.
Sal. fraxin.
cichor. ana gr. iiij.
Spirit. Vitriol. coag. gr. iij.
S. Digeſtiv.

℞. *Galap.* gr. xv.
Rhabarb. ℈ſ.
Diagrid. ſulphurat. gr. iij.
Tartar. vitriolat. gr. viij.
F. Pulvis.
S. Lazierpulver.

Ex qvo octies purgatus eſt summa cum vinum εὐφορίᾳ;

Item præſcripſi hunc pulverem à paſtu cùm mane tùm Veſperi ſumendum.

℞. *Confect. ſem.*
coriandr. ℥ſ.
aniſ. ʒij.
carvi,
cymin. ana ʒj.
Cinamomi acut. ʒiſ.
Granor. paradiſ.
Cardamom. ana ʒſ.
Cort. arant. ℈ij.
Sacch. Roſat. tabulat. ℥j.
Miſce pro Tragemate inſtillando
Ol. aniſ. gutt. v.

Hiſce uſurpatis magnum dolorum ſentiens levamen priſtinam, recuperavit valetudinem integrè ac perfectè.

OBSERVATIO & CURATIO LXI.
DE VERMIBUS.

DN. Joannis Reicharts J. U. C. filiola qvinqvennis, vermes in Ventre patiebatur, à qvibus inteſtina multum lancinabantur; ad qvos enecandos expellendosq; præſcripſi illi hunc pulverem.

℞. *Agar. trochiſc.*
Rhabarb. opt. ana ℈ij.
Corall.
Flor. Tanacet.
C. C. uſt. ana ʒſ.
myrrh.

myrrh.
Sem. Santon. ana ℈j.
Pulverisentur. Dosis ʒß. ex Vino.

OBSERVATIO & CURATIO LXII. DE TUSSI.

Mercator Northusanus, cui nomen erat Jacob Söldener / cùm per aliqvot septimanas peregrè abfuisset, ex itinere tussim siccam retulit, qvæ ipsi nullas noctu dieqve inducias dabat: misit urinam, qvæ tenuis erat & subspicea: Qvapropter dum nulla alia adesset relatio, ex subtili qvadam destillatione ortum trahere, conjecturâ non levi assequi potui, temperaturam illius considerans. Ergo præscripsi hæc:

℞. *Syrup. de papav.* ℥j.
de jejub. ℥ij.
Violar. ℥vj.
de Hyssop. ℥ß.
Loh. san. & expert.
de pulmon. Vulp.
d. Farfar. ana ℥vj.
Lactis Sulphuris ʒj.
Spec. Diatrag. frigid. ʒiij.
diapenid.
diayr. ana ʒj.
Oxymell. squill. ℥ß. ʒiij.
Conserv. hyssop.
Violar. ana ℥ß.
Ol. Citr.
Anis.
fænic. ana gutt. v.
Misce pro Eclegmate.

℞. *Electuar. Diaph.*
Indic. Major. ana ʒij.
Spec. Elescoph. ʒß.
Spec. diayr. s. gran. vj.
Extract. Diagrid. gr. ij.
Balsami Sulphuris gutt. iiij.
Ol. Anis.
fænic. ana gutt. ij.
Syrup. Viol. & Sacch. parum,
F. Bolus, & S. Purgier Latwerge.

℞. *Spec. diatrag. frig.*
diapenid.
diapapav.

diayr.

diagr. simpl. ana ℈j.
Extract. Ireos flor. gr. vij.
Flor. Sulphur. ℈j.
Lac. Sulphuris ℈ß.
Sacch. alb. q. s.
pro rotulis, add.
Ol. Anis.
fænic. ana gutt. ij.
F. Rotulæ. S. Brustküchlein.

OBSERVATIO
&
CURATIO LXIII.

DE TUSSI ET PURUlento sputo.

Molitor Elricensis Johannes Müller / aliqvandiu tussi molestissimâ laboravit, cum purulento sputo. Hic seqventibus remediis curatur.

℞. *Radic. Ireos flor.* ℥iij.
Enulæ ℥ß.
polypod. ℥iij.
cichor. ℥vj.
Glycyrrh. ras. ℥ij.
Herb. Veron.
Botryos,
marrub.
scolopend. ana ℥j.
Fol. Sen. s. s. ℥x.
Sem. Fænic. ℥ij.
Siliqvar. sem. exempt. ℥iij.
Agaric. ℥ij.
Cort. Arant. ℥j.
Incisa & contusa d. in charta.
S. Stücke zum Tranck.

℞. *Conserv. Violar.* ℥iß.
hyssop.
salviæ ana ℥ß.
Cort. citr. condit. ℥iij.
arant. condit. ℥ij.
Spec. diatrag. frig. ℥iß.
Flor. Sulphur. ℥i.
Extract. Enul. ℈ß.
Balsam. Sulphur.
Ol. Anis.
fænic. ana gutt. viii.
Syrup. d. Glycyrrh.
Oxymell. squill. ana q. s.
Boli Armen. præp. ℈iß.
F. Mixtura. qvæ S. Brust-Latwerge.

OBSERVATIO
&
CURATIO LXIV.

DE MOLESTISSIMA TUSSI ex Catarrho.

PRo Nobili Viro Martino à N. hæc præscripta sunt. Hic ex itinere cum hyberno tempore Northusâ Grossen Wechsunge rediret, retulit catarrhum, qvi illi molestissimam tussim excitabat. Propterea qvia periculum erat in mora, statim me consulendi causâ vocari iussit eqvo: Ego igitur præsentia remedia ex officina attuli, qvæ ex voto profuerunt.

℞. *Sem. papav. alb.* ℥ß.
Aqv. farfar. ℥iiß.
Rosar. ℥i.
Marrub. ℥ß.
F. Emulsio in hac dissolv.
Sacchar. cand. ℥ß.
Penid. ℥ii.
albiß. ℥iß.
Spec. diatrag.
frigid. ℥ß.
diapenid.
diayr. s. ana ℥ij.
Corall. rubr. præp. ℈j.
Flor. Sulphur.
Lact. Sulphur. ana ℈ß.
Fiant bechiæ. S. Küchlein offt etzliche darvon zu geniessen.

℞. *Loh. san. & expert.* ℥iß.
d. Pino
Pulm. vulp. ana ℥ij.
Flor. Sulphur. ℈ij.
Lact. Sulphur. ℈iß.
Syrup. Violar.
Glycyrrh.
d. jejub. ana ℥j.
Misc. & S. Safft Tag und Nacht zu lecken.

℞. *Lactis Sulphuris* ℥ij.
Spec. diatrag. frigid. ℥ß.
Sacch. Penid. ℥iij.
Flor. Benzoin. gr. vij.
Beneficio gumm. tragacanth. dissol. in aqv. farfaræ,
F. Bechiæ S. Brustküchlein.

Hisce rite adhibitis convaluit brevissimè Dei gratia.

OBSERVATIO & CURATIO LXV.

DE

DE QVODAM EX CASU sputo cruento laborante.

ERnestus Schröter juvenis, studio Juridico addictus, cùm potu se nimio ingurgitans ex eqvo dejectus esset, adeo, ut animam exhalare jam jam videretur, sangvinem per tussim rejiciens, à me Dei auxilio hac curādi methodo curatus fuit.

℞. *Rad. Symph. major.* ℥j.
Ireos ℥ß.
Enulæ,
Glycyrrh. ana ℥iij.
Herb. Sannic.
Alchym.
Pyrolæ ana ℥iiß.
Arist. rotund. ℥ij.
Flor. Chamom.
Melilot.
hypericon. ana Pj.
Passul. ℥vj.
Ficuum Nro. iiij.
decoqv. s.a. in s. aqv. q. ut fiant colaturæ ℥vj. add.
mellis depur. virg. ℥iß.
Oxymell. Sqvill. ℥ß.
Misce pro tribus haustibus.
Da conven.

℞. *Radic. Symph. major. condit.*
ana ℥j.
Sangvin. Dracon.
Lapid. hæmat. ana ℈j.
Boli Armeni veri ℈iiß.
Terræ Lemn. ʒj.
Pulver. Haly contra Phthisin. ʒiß.
Diatrag. frig. ʒij.
Conserv. Rosar. antiqv. ℥j.
Syrup. d. myrt.
d. Portulac. ana q. s.
pro Electuario.
Subinde ex hoc ad qvantitatem nucis juglandis sumpsit.

OBSERVATIO & CURATIO LXVI.

DE ASTHMATE ET ANgustia.

RUstica qvædam è pago Sachswerffen/ cum Stolbergam Filium, qvi ibidem artem Sartoriam exercebat, visendi causâ veniret, aliàs Asthmatica, fit, ut ex citatiori cursu in iti-

nere noctu molestissimâ Spiritus difficultate, pectorisqve angustiâ obrueretur: Hinc ego vocor, ut subveniam ægræ salutari remedio & medicinâ: Propterea pro valetudine sine mora hæc in officina præparari curavi.

℞. *Succ. Enulæ noviter expreß.* *ana* ℥iß.
Spirit. Tart. ℈ß. gutt. viij.
Aqv. Fænic.
Vin. optim. ana ℥j.
digere per horam in balneo benè clauso vitro: postea cola & add.
Syrup. Violar.
d Glycyrrh. ana ℥ß.
Oxymel. simpl. ℥j.
Spirit. Anis. ℈ß.
M. & S. Digestiv. uf 2. mal.

℞. *Extr. mechoac. compos.* gr. x.
Panthym. Croll. gr. viij.
Diagrid. gr. iij.
Dissolv. in Syrup. Violar. &
d. Glycyrrh. ana ℥ij.
add.
Aqv. farfar. ℥ß.
M. & S. Purgier Safft.

Qvater dejecit.
Repetiit igitur.

℞. *Extract. mechoac.* gr. xij.
Diagrid. gr. iiij.
Panthym. Croll. gr. viij.
Enulæ ℈ß.
Croci gran. iij.
Ol. Fænic.
Anis. ana gutt. ij.
Syrup. Violar. ℥vj.
Aqv. farfar. ℥ß.
M. & S. Purgier Safft.

℞. *Oxymell. s.* ℥iß.
Sqvillit. ℥vj.
Mell. sqvillit. ℥j.
Syrup. d. Hyssop.
Glycyrrh. ana ℥x.
Spirit. Anis. ℥j.
Ol. Sacchar. ℥ß.
fænic. gutt. iiij.
Balsam. Sulphur. ℈j.
Spec. diamarg.
frigid.
diayr. simpl. ana ℥ij.
Flor. Sulphur. ℈ij.
Extract. Enulæ gr. xij.
Aqv. Cinamom. ℥j.
Misc. omnia exactè, & S. Brust Safft.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LXVII.

DE VENTRICULI DEBILITATE vomitionibusq; salivinis.

Civis Sangerhusanus, qvi habebat ventriculum debilem ex frigiditate & humiditate: Vomitiones patiebatur crebras salivinas, sic à me per Dei misericordiam curatur.

℞. *Rad. mechoac.* ℥ij.
Agaric. ℥iß.
Fol. Sen. s. st. ℥j.
Turbith. elect. ʒj.
Radic. Petros.
Cichor.
Scorzoner. ana ʒiij.
Polypod. q. ʒij.
Sem. Anis.
Fænic.
Cardam. ana ʒiß.
Herb. Absinth. ʒij.
Cardbened. Pij.
Zingib.
Galang.
Cinamom. ana ℈j.
Incisa & contusa dentur pro Nodulo.

℞. *Ol. Absinth.*
Mastich.
Rosar.
myrtin. ana ʒß.
nuc. mosch. expr. ℈iiß.
Spic. ℈j.
Ceræ pauxill.
F. Linimentum, addit.
Ol. Garyoph. gutt. iij.
S. Magen Oel.

℞. *Syrup. de Cinamom.* ℥ij.
Cyton. ℥iij.
Spec. diamarg. frigid. ℈iiß.
Corall. rubr. ℈j.
Elixir. vitæ min. Querc. ʒiij.
Ol. Anis.
Garyoph. ana gutt. ij.
M. & S. Säfftlein.

℞. *Absinth.*
Meliß.
Mentæ ana Mß.
Salviæ,
Rutæ,
Rorismarin,
Serpill.

Origan. ana P ij.
Calam. aromat. ℥ij.
Nuc. moschat. Nro. j.
Garyoph. ℥ß.
Sem. Anis.
fænic.
Coriandr. ana ℥j.
Radic. Ireos flor. ℥ß.

Incidantur & contundantur pro sacculo stomachali. Bene inde habuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXVIII.

DE VOMITU OB VENtriculum non potentem cibum retinere.

Pastor Uffrungensis cujus nomen erat Johannes Winter/ habebat crebros vomitus ob ventriculum non valentem retinere cibum; Rogatus igitur de bono consilio, præscripsi seqventia.

℞. *Succ. citr. vel. arant.*
acetos. ℥ß.
Aqv. cinam. ℥ij.

Infund. per horas vj. croc. metall. gr. vij. postea cola, adde
Aqv. Endiviæ ℥ß.

stent iterum per horas vj. Iterum cola & add.
Syrup. d. Cinamom. ℥ij.
d. cortic citr. ℥iß.
Aqv. Cardbened. ℥vj.

Ex hoc maximam pravorum humorum copiam per inferiora octies aut ultra: per superiora qvinqvies, vel sexies dejecit:

Cùm debilitaretur ad roborationem & pleniorem naturæ irritatæ sedationem, hæc præscripsi:

℞. *Emplastr. d. crust. panis* ℥j.
Cyton. ℥ß.
d. bacc. lauri ℥ij.
Pulv. nuc. moschat. ℥j.
Absinth. ℥ß.
Rosar. rubr.
Terr. sigillat. ana ℈ß.
Ol. Cyton. & ceræ q. s.
F. Emplastr. Stomachale.

℞. *Ol. Absinth.*
mastich. ana ℥vj.

Cyton.

Cyton.
Nuc. moschat. expreß.
ana ℥ij.
Pulver. Absinth.
Nuc. moschat. ana ℥ſ.
Misc. ad ignem lentum & cum pauca cera, Fiat ungvent. addendo sub finem
Ol. Garyoph. gutt. iij.
Nuc. moschat. destill.
fænic. ana gutt. i.
detur in pyxide.
Prius illinatur ventriculus ungvento, postea adhibeatur Emplastrum.

℞. *Spec. diamosch. dulc.*
dianth.
diarh. Abbat.
Cord. temper. ana ℈i.
Magist. perlar. gr. vi.
Corall. ℈ſ.
Sacchar. solut. in aqv. rosar. ana ℥iiii.
F. Rotulæ, addendo
Ol. Citri,
Garyoph.
Macis ana gutt. i.
Dentur ad scatulam & S. Morschellen oder Küchlein offt 3. oder 4. zu geniessen.

OBSERVATIO & CURATIO LXIX.

DE VENTRICULO CRUDO & imbecillo.

Anna Maria Becholtin, Johannis Becholti civis Stolbergensis filia, aliàs puella admodũ pulchra, laborabat longo tempore ventriculi debilitate & cruditate, cibum non coqvebat, neqve permutabat: semper erat & supra fidem pallida. Propterea accitus præscripsi ad curam seqventia.

℞. *Cinamomi elect.* ℥ſ.
Spec. diar. Abbat.
arom. ros. Gabr. an. ℥ſ.
Sem. anis. fænic.
coriandr. præp. ana ℥vi.
Corall. rubr. præp. ℈i.
Mastich.
Macis,
Galang. ana ℈ſ.
F. pulv. aliqvot cultelli cuspides sumantur post pastum.
Hic seqvens pulvis sæpe exper-

expertus dicitur ad malè coloratos.

℞. *Croc. Mart. aperit.* ℥vj.
Cinam. ʒij.
Spec. diarh. Abb. ʒj.
Succin.
Magist. perlar. ana ℈ſ.
Sacch. rosat. tabul. ℥ſ.
Fiat Pulvis.

OBSERVATIO & *CURATIO LXX.*

DE SERPIGINE.

Colonus *W*echſungenſis, Vir qvadraginta annorum, patiebatur in pectore impetigines feraces & contumaces, cum magno pruritu.

Hic poſt uſum ſeqventium medicamentorum mox ſanus factus eſt, nec unqvam poſtea hoc malum recruduit.

℞. *Syrup. d. lupulo,*
d. fumar.
d. epiſthimo,
d. cichor. ana ℥j.
Aqv. d. fumar. ℥iſ.
Miſce pro duabus doſibus.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ʒſ.
Rhabarb. ʒſ.
Sem. aniſi,
fænic. ana ʒj.
Spic. Indicæ ℈ſ.

Infunde per noctem cum aqva cichor. manè poſt ebullitionem unicam cola. Colaturæ adde

Syrup. d. fumaria. ℥j.

Qvo rectè beneqve purgatus eſt.

℞. *Ol. roſac.* ℥j.
Terebinth. aqv. roſ. lot, ℥iij.
Ol. è vitell. ovor. ℥vj.
Tart. per. deliq. parat. ʒij.
Miſc.

In alio alio tempore præmiſſis præmittendis ſeqventia expertus ſum.

℞. *Cremor. Lactis* ℥iſ.
Minoræ Cinnabaris ʒiiſ.
Fiat Ungventum.

Idem præſtat Oleum Sulphuris Rulandi, factum cum Oleo

oleo papav. floribus Sulphuris & myrrha.

OBSERVATIO & CURATIO LXXI.

DE SPUTO SANGVINIS.

Juvenis qvidam cui nomen erat Johannes Müller Sangerhusanus, addiscens apud Consulem Johannem Stollen artem Fullonicam, cum ingenti tussi laboraret, & ob tantam pectoris commotionē vena in pulmone rumperet, mittit ad me maximoperè petens, ut sibi salutari medicamento subvenire vellem. Ego propensus arte & operâ mea cuilibet inservire, statim præscribo qvæ seqvuntur, hâc tamen conditione, ut prius vena tunderetur.

℞. *Conserv. rosar. antiq.* ℥iß.
Spec. diatrag frig.
diapenidij ana ℥j.
Boli Armeni loti in aqva plantaginis ℥iß.
Lapid. hæmatid. præp. ℈j.
Terræ sigillat. ʒß.
Syrup. myrtillor.
d. jejub.
d. cyton. ana q. s.
F. Electuarium.

Vide meam Medicinam Practicam.

OBSERVATIO & CURATIO LXXII.

DE VIRO EX CASU SPUto cruento laborante.

Balthasarus Rundnagell Rhedarius Stolbergensis, ex eqvo prolapsus, rota per totum pectus circumducta, agere qvasi animam agere videbatur, sangvinem ex pectore extussiens, hac cura à me Dei beneficio curatus est.

Nempe post venæ sectionem in brachio usus est seqventibus.

℞. *Aqv. burs. past.*

plantag.
portulat. ana ℥iiij.
ungul. caballinæ ℥ij.
Terræ sigillat. ℥j.
Boli Armeni ℈iß.
Spermat. cæti,
Mumiæ ana gr. xviij.
Misce. F. potus.
De eo sæpe bibatur.

℞. *Emplastr. d. melilot.* ℥iiß.
Malaxentur oleo hypericonis.
Signetur Pflaster auff die Brust zu legen.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIII.

DE EXPUITIONE SANGVINIS CONCRETI PER OS CUM FEBRE & ALIIS SYMPTOMATIBUS.

UXor cujusdam Fabri ferrarii, qvi erat civis Stolbergensis, habitantis in platea Asinina, à Marito, nescio ob qvam causam, gravibus plagis mulctatur, illiso ejus pectore ad incudem, qvam tum vicinam habebat. Unde mulier postero die graviter febrire & capite dolere incipit, ejecta simul per os multum sangvinis concreti cum pectoris ac cordis compressione, seu angustia continua: Imperavi ut actutum venæ sectio in brachio dextro institueretur. Qvo facto seqventi die manè ad laxandam alvum, qvam per biduum non dejecerat, illi exhibui mannæ Calabrinæ ℥iß. dissolut. in jusculo gallinæ, unde non solum alvus probè soluta fuit, sed & febris sensibiliter remisit.

Dedi & eodem die ad dissolvendum sangvinem concretum, qvi causa erat caloris febrilis, seqventem potionē.

℞. *Radic. pimpinell.*
Oculor. cancr. præp. ana ℈ij.
Lacc. rubr.
Rhabarb. opt. ana ℥ß.
Spermat. cæti,
Mumiæ,
Magist. Corall. ana ℈j.
Pulverisentur optimè.

De

De hoc pulvere sumebat pro dosi ℥j. cum aqva Chærefolii, idqve tribus vicibus in die, unde copiosa sangvinis coagulati excretio non solum per os, sed etiam per alvum subsecuta est.

Verùm cum nonnihil calor febrilis duraret, ad extingvendum illum de seqventibus aqvis bibebat.

℞. *Aqv. Cichor.*
rosar.
acetos.
lactuc. ana ℥iiij.
Syrup. acetos. citri ℥ij.
Lapid. prunell. ℥j.
Spir. Vitrioli gutt. xx.
Misc.

Tandem finem curæ impositurus præscripsi seqvens sudoriferum.

℞. *Aqv. cuscutæ* ℥j.
scabios.
fumar. ana ℥ſ.
Spiritus sambuci ℥iſ.
Lapidis bezoard.
Salis absinthij,
fumar. ana gr. iiij.
M. S. Schwitzunge.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIV.

DE VENA RUPTA EX tussi in pectore.

Joachimus Gerberus civis Stolbergensis, arte sua Sartor, cùm valdè tussiret, (laborabat enim phthisi incipiente) accidit, ut anno 1620. vena in pectore rumperet, unde terrore perculsus noctu ad se me vocavit; Jussi igitur, ut actutum venam in brachio dextro Basilicam aperiret.

Deinde mandavi, ut seqventi Electuario uteretur.

℞. *Radic. symph. cond.* ℥j.
Sangvinis Dracon.
Lapid. hæmat. ana ℈j.
Boli Armeni ℈iiſ.
Terr. sigillat. ℈j.
Pulver. specier.
Haly contra phthisin ℈iiiſ.
diatrag. frigid. ℥iſ.
Conserv. rosar. antiq.
F. pulvis subtil. & misce.
Syrup. d. portul. ana q. s. & coeant in Eclegma.

Ex cujus usu sputum sangvinis non amplius apparuit.

Verùm cùm post triduum iterum valdè tussiret, & sub nocte sangvinis sputum rediret, ad reprimendum & retinendum sputum sangvinis præscripsi seqvens.

℞. *Aqv. chærefolij.*
plantag.
portulac. ana ℥v.
Trochisc. de carabe,
d. ter. sigill.
d. spodio ana ʒj.
Syrup. myrtillor.
d. cydon. ana q. s.
F. Julapium.

Pectus inunxi Oleis seqventibus.

℞. *Ol. myrtillor.*
cyton. ana ʒiß.
rosar.
violar.
amyd. d. ana ʒj.
Ceræ albæ parum.
F. Linimentum.

Cum sputum sangvinis nondum cessaret, jussi ut de seqventi decocto sæpè sumeret.

℞. *Rad. consol. major.* ʒj.
Bursæ pastoris,
portulac.
sannicul.
pyrolæ,
polygon,
plantagin. ana Mj.
Sem. endiv.
acetos.
portul.
urticæ ana ʒj.
F. decoctum in aqva communi pro ℔ ij. Colaturæ add.
Syrup. d. myrtillis ℥iij.
S. Tranck.

Qvo non modò tussis sedata, verùm etiam sangvinis cruenti sputum cessavit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXV.

DE ALVO ADSTRICTA.

Dominus Andreas Wichmannus Diaconus Stolbergensis per triduum habebat

bat alvum adstrictam, unde aboriebantur ei crebri vomitus ac dolores hypochondrii utriusqve extensi vicum ventris rugitibus & ructibus ventriculi. A qvibus accidentibus ut liberaretur filiam suam ad me misit. Ego pronunciavi solam obstructionem alvi in causa esse dictorum symptomatum omnium, qva sublata, reliqva qvoqve ilico in pessum itura. Nec dicto defuit eventus. Sumptis enim seqventibus auxiliante Deo, post alvum solutam rectissimè posthac habuit.

℞. *Fol. sen. s. s.* ℥iij.
Rhab. ʒß.

Coqve in brodio prunorum & cola, colatum postea da. Verùm alvus post hujus usum obstricta permansit. Ergo seqvens Enema præscripsi.

℞. *Spec. pro Clyster. q. s.*
Coqve in s. q. aqvæ Colaturæ ℥x. add.
Ol. rutæ,
chamomill.
violar. ana ʒvj.
Salis parum,
Elect. diacathol. ℥ß.
F. Clyster.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVI. DE FEBRI SYNOCHO.

Rustici cujusdam in pago Breitensteinensi filiolus novem annorum, aliqvot dies febri continua detentus, ingenti dolore capitis, nausea, vigiliis, ac siti maxima affligebatur, urina crassa, turbida ac rubicunda existente.

Ego in consilium adhibitus, cum nullum medicamenti adhuc expertus esset, pro levi evacuatione corporis seqventem pulverem ei destinavi.

℞. *Pulver. rhabarb.* ʒß.
mechaacan. gr. xv.
diagridij gr. j.
Olei anisi gutt. j.
Misce fiat pulvis.

Ad æstum vero & sitim corporis contemperandam de seqventibus aqvis sæpè parumqve biberet svasi.

℞. *Aqv. acetos.*
Violar.
Rosar.
Acetosell.
Endivia ana ℥ij.
Syrup. violacei ex succo,
acetos. citri ana ℥j.
Lapidis prunell. ℈ſ.
Spir. Vitrioli gutt. xv.
Misce.

Sudorem qvoqve in lecto prolicui pulvere C. C. Philos. præp. cum aqva Cardbened. sumpto. Hisce puto puerum hunc convaluisse, cùm amplius meum consilium non rogatum fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVII. DE ASTHMATE.

Domini Andreæ Chemnitii L. L. Practici & Civis Stolbergensis filiolus, decem menses natus asthmate laborabat, impedite enim valdè anhelitum trahebat, cum tussi & pectoris qvadam angustia. Huic ista succurri ope mea medica præscripta rotularum confectione.

℞. *Extr. liqvirit.* ℈ſ.
scabiosæ ℈j.
Cremor. Sulphuris ℈ſ.
Magister. perlar. ℈j.
Ol. anisi gutt. iij.
Sacch. albiss. q. s. in aqva cinamomi solut.
F. rotulæ.

Pectus qvoq; ad majorem dilatationem & expectorationem materiæ inungebatur calidè seqventibus oleis.

℞. *Ol. amygd. d.*
lilior. albor.
chamomill ana ℥ſ.
anisi destillat. gutt. v.
Misce.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LXXVIII.

DE OBSTRUCTIONE Lienis & Vigiliis.

SCrinarii cujusdam Famulus patiebatur Lienis obstructionem & Vigiliis crebris noctu una infestatur: Cui seqventia medicamenta rogatus præscripsi.

Pro solvanda Lienis obstructione.

℞. *Crem. Tartari* ℥iij,
Radic. polypod.
cichor.
asparagi ana ℥ß.
Herb. Veron. Miß.
lupuli,
fumariæ ana Mß.
Cort. radic. frangul. ℥ß.
Fol. sen. s. s. ℥j.
Sem. anisi ℥ij.
Rad. helleb. nigr. correct. ℥iiß.
Mixta & incisa prius incoqve Vino, & bibe qvotidiè haustum.

Pro Vigiliis verò

℞. *Ol. nuc. moschat.* ℥j.
papav.
mandrag. ana ℥ß.
Ungventi popul. ℥iiß.
Opij Thebaici gr. v.
Ceræ q. s.
F. Ungventum.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIX.

DE OBSTRUCTIONE Lienis.

DAniel Michaël Ultimus Collega in Imperiali Northusa, ad me veniens conqveritur de dolore Lateris sinistri, anhelitus difficultate, appetitu interdum aucto diminuto post cibum præcordiorum inflatione; qvæ omnia indicabant obstructionem Lienis. Rogatus igitur ordino seqventia. Qvibus recte adhibitis paulo post convaluit.

℞. *Aqv. scolopendr.*
cuscutæ,

Con-

Conchitis,
veronicæ ana ℥j.
Syrup. d. scolopendr.
acetos. citri,
d. cichor. cum rhabarb. ana ℥vj.
Tartari Vitriolati ℥ß.
Spir. Vitrioli gutt. vij.
M. S. Tränckleīn auf 2. mal.

℞. *Extract. mechaacannæ meæ descript.* gr. v.
hellebor. nigri gr. iiij.
rhabarb.
Diagridij ana gr. ij.
Ol. anisi, fœnic. ana gutt. i.
Fiant pilul. *cum syrup. d. scolopendr,* Nro. ix.

℞. *Spec. diarh. Abbat.* ℨj.
diacapp.
Trochisc. d. eupat. ana ℈ij.
Pulv. sem. port. catarrh. urtic. ana ℥ß.
Sacchar. albi dissolut. in aqva scolopendr. q. s.

F. confectio in rotulis ponderantibus ℨij. Una sumatur semper tribus horis ante cibum.

℞. *Ol. de cappar.*
lilior. albor. ana ℨiß.
rutæ,
amygd. d.
amar. ana ℥ß.
Gummi ammoniaci,
Bdellij dissolut. in acet. ana ℨiß.
Pulver. sem. agni casti,
cetarah.
sem. portul. ana ℈j.
Croci gr. xviij.
Aceti & ceræ parum.
F. Ungventum.

OBSERVATIO & CURATIO LXXX. DE OBSTRUCTIONE *splenis.*

Calvis Northusanus Vir qvadraginta annorū, Christophorus Meerbote dictus, eodem tempore venit ad me eadem de latere sinistro conquerens, urina allata erat tenuis alba & cruda. Qvæ indicabant, obstructionem Venarum Lienis &

& meſenterii, unde ſtatim ipſi talia medicamenta ordinavi.

Nec fefellit me hac in re mea opinio, illis enim diligenter uſurpatis ab ægrotante poſt octiduum priſtinæ incolumitati feliciter reſtituitur.

℞. *Decoct. aperit. alterat.* ℥ij.
Syrup. d. cichor. cum rhabarb. ana ℨvj.
Acet. hellebor. ana ℥iij.
Tartari Vitriolati ℨſ.
Aqv. ſcolopendr. ℥j.
Spirit. Vitrioli,
Salis ana gutt. ij.
Miſce. F. Digeſtivum.

℞. *Extr. aloes* ℈j.
helleb. nigri,
fol. ſenæ ana gr. vij.
Ol. citri,
Cinamomi ana gutt. j.
Magiſter. perlar. gr. ij.
F. pil. Nro. ix.

℞. *Pulver. Araon. Qvercet.* ℨſ.
Tartar. vitriol. ℨj.
Cremor. Tartari ℨiiſ.
Salis cichor.
chamomill.
ſcolopendr. ana ℨſ.
Sacchari ℥j.
Fiat pulvis. Doſis ℨj.

In alio præmiſſis præmittendis præſcripſi.

℞. *Sem. cardbened.*
vitic.
fraxini,
citri ana ℨj.
Herb. cuſcut. Mſ.
Aqv. cuſcutæ,
cardbened.
rutæ ana ℥iij.
Bulliant in vaſe clauſo per qvadrantem horæ; Refrigeratum coletur, cui poſtea admiſceantur
Spir. cochlear.
ſambuci ana ℨſ.
Syrup. acetoſ. citri,
d. ſcolopendr. ana ℨvj.
Miſce. S. Tranck wider die Miltzbeſchwerunge.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXI.

DE PARTU DIFFICILI.

(o) Uxor

UXor cujusdam Secretarii Mulier qvadraginta annorum, per 26. horas continuas irrito & inani pariendi conatu laborabat. Vocor ego ad ipsam in istis angustiis constitutam hora secunda noctis. Veniens intelligo innumera auxilia à mulierculis peritis ei ad partum facilitandum exhibita fuisse, sed omnia incassum & sine fructu. Cum igitur ferè de vita periclitaretur, à viribus omninò exhausta, idcirco ne nihil consilii dedisse viderer, ilico hæc medicamenta ipsi obtrudere mandavi.

℞. *Rad. diptamn.* ℈iiiſ.
Sem. violar. ℈j.
Herb. sabin. ℈ſ.
Cinamomi,
Rasur. dactylor. ana gr. vij.

F. pulvis. Pro duabus Dosibus. In aqva pulegii. Ventrem qvoqve jussi inungi hoc linimento.

℞. *Ol. lilior. albor.* ℥j.
amygd. d.
Pingved. gallin. ana ℥ſ.
Ungventi dialthææ ℥v.
Ol. succini gutt. vj.
F. Linimentum.

Hoc facto mox ea hora per Dei nutum fœtum peperit, admirantibus omnibus & collaudantibus horum medicamentorum virtutem.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXII.

DE TUSSI CUM ANHElitus difficultate.

RUsticus qvidam 40. annorum ex pago Rotißhayn/ me consultū adiit, petens ut aliqvid remedii ei communicarem, ad tussim inhibendam, qva per 14. ferè dies derentus fuisset. Proficiscebatur autem hæc tussis à materia frigida pectori impacta tenaciter, qvæ respirandi qvoqve difficultatem inducebat. Qvam ut inciderem, & per pectus tandem

dem educerem, hoc lambitivum ei trado.

℞. *Syrup. d. prasio* ℥ij.
Oxymell. Scyllit. ℥j.
Flor. Sulphuris ʒß.
Extract. Heder. terr. ℈j.
Elenij ℈ß.
Spec. diayr. ʒj.
Rubin. sulph. terebinth. ℈j.
Cum aqv. Scabios. q. s.
Misc. F. Eclegma.

Nullo ampliori remedio indiguit, tussi hocce unico sedata.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIII.

DE PUNCTIONE LATERis dextri.

Domini Johannis Sebaldi, Conrectoris Scholæ Stolbergensis Filia 12. annorum, patiebatur pungitivum dolorem in dextro latere, qvi proveniebat ex obstructione venarum in Epate. Multis enim Vomitibus infestabatur, plurimum bibens, ac de dorso qverimoniam habens, qvæ duo posteriora à calculo renum, cui alias obnoxia erat, causabatur. Ego illam purgavi seqventi pulvere.

℞. *Pulv. rhabarb.* ʒß gr. v.
Diagridij gr. ij.
M. S. Purgierpülverlein.

Sexies inde excrevit pituitosa pleraqve. Postea tum per qvinqve dies cum uteretur seqventi mixtura ab omni molestia curata fuit.

℞. *Syrup. de cichor. cum rhab.*
de qvinq. radicibus,
de capill. vener. ana ℥ij.
Extr. veronic. ʒß.
gratiolæ ℈j.
Salis absinthij,
cichor. ana ʒß.
Magister. Tart. vitriolat. ℈j.
F. Mixtura.

De hoc bibebat bina cochlearia qvotidiè, unum nimirum manè alterum vesperi, superbibendo qvoqve cochlear unum seqventium aqvarum.

℞. *Aqv. petrosel.* ℥ij.
cichorei,
fœniculi, ana ℥iiſ.
Spiritus cardbened.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIV.
DE CAPITIS DOLORE auriumq; tinnitu.

Sartor Johannes Krauſe, civis Stolbergenſis, Vir qvinqvaginta annorum conqveſtus de qvadriduano capitis dolore, auriumqve tinnitu, & auditus difficultate, meum conſilium rogavit. Cauſam horum ſymptomatum cum viderem abundantiam pituitoſi humoris in capite collecti, præcipio, ut ſeqventibus pilulis caput purgaret.

℞. *Maſſa pilul. cochiar.* ℈ij.
ſine qvibus eſſe nolo ℈j.
Diagridij gr. iij.
Ol. ſuccini gutt. ij.
Cum Aqva aniſi,
Fiant pilulæ Nro. xxx.

A capitis hac evacuatione præſcripſi ei ſeqventem pulverem cæphalicum qvotidiè ſumendum.

℞. *Sem. cymini,*
Rad. acori,
Nuc. moſch. ana ℨj.
Cubebar.
ſuccini,
cardamom. ana ℨſ.
Flor. anthos,
lavandulæ,
Sacchari anthoſati ad pondus omnium,
Fiat pulvis ſubtiliſſimus.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXV.
DE VISUS DEBILITATE.

Johannes Lerche Paſtor Haſelfeldenſis, cùm aliqvod menſes debilitate viſus laboraſſet. Intra paucos dies recuperavit ſeqventibus ſanitatem.

Pri-

Primò, qvia complexione sangvineus erat, venam secari mandavi. Postea purgavi caput seqventibus pilulis.

℞. *Extr. pilular. aurear.*
cochiar.
lucis ana ℈ß.
Diagridij gr. iij.
Ol. succini,
rutæ ana gutt. j.
F. pilulæ Nro. ix. S. Haupt-Pillen auff einmal.

℞. *Aqv. rosar.*
fænicul.
euphragiæ ana ℥iß.
Tutiæ præparat. ℈j.
Sacchari Saturni ℈ß.
Camphoræ gr. v.
Croci Orient. gr. iij.
M. S. Euserlich Augenwasser warm auf die Augen zu legẽ.

Qvæ debito modo usurpata optimè profuerunt.

In alio.

℞. *Aqv. fænic.*
euphrag.
valerian.
papav. rhœad. ana ℥ij.
Sacchari candi,
Succini albi,
Vitrioli albi ana ℥j.
Vitri antim. subtil. pulv. ℈ß.
Misce pro collyrio.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXVI. DE FEBRI TERTIANA intermittente.

Nobilis Wolffgangi ab Ebra Hæreditarii in Ufftrungen, Filius febri tertiana corripitur cum siti magna & dolore capitis. Ego in consilium adhibitus præscribo.

℞. *Syrup. d. cichor. cum rhabarb.* ℥iß.
d. acetos. citri ℥ß.
Tartari Vitriolati ℈j.
Misce. S. Digestiv.

℞. *Resin. scammon.* gr. viij.
Conserv. rosar. ℥ß.
Ol. fænicul. gutt. ij.
F. bolus.

Qvarto die venam secari mandavi. Qvinto die, qvi erat dies κρίσιμος, dedi seqvens.

℞. *Spir. Cardbened.* ℥ß.
Antimonij diaphor. gr. iij.
Lapidis bezoard. gr. ij.
Misce. S. Schwitzunge.

Seqventibus diebus sumsit singulis auroris, sicuti etiam vesperi de seqventi Tinctura gutt. xx.

℞. *Tinctur. cardbened.*
centaur. minor.
absinth.
Elixir. propriet. ana ℈iiij.
Mixtur. simplic. ℥ß.
Misce. S. Mixtura.

Rectius hunc ægrotum habuisse postea cognovi.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXVII.

DE OBSTRUCTIONE Epatis.

Piscator Northusanus, Vir qvinqvaginta annorum, lapsus in obstructionem Epatis, post usum seqventium medicamentorum indies melius habuit, & hisce sanus factus est.

℞. *Aqv. cichor.*
scolopendr. ana ℥iß.
Syrup. d. cichor. cum rhab. ℥j.
Tartar. vitriol. ℈j.
Cremor. Tart. ℈ß.
Salis cichor. gr. vij.
M. S. Weich Träncklein.

℞. *Decoct. aperativ. & alterat.* (*cum* ℥iß. *folior. senæ*) ℥iij.
Infund. rhab. per noctem ℥j.
Agarici ℈j.
Manè exprime, & adde
Syrup. rosar. solut. ℥j.
F. potio. S. Purgier Tränckslein.

℞. *Chalybis præp.* ℥ij.
Cassiæ ligneæ ℨvj.
Sacchari albiß. ℥j.
F. pulvis. S. Leber Pulver / des Tages dreymal genossen / allemal eine gute Messerspitzen.

In

In alio præmissis præmittendis.

℞. *Conserv. rosar. cum Spiritu Vitrioli,*
cichor.
meliß.
anthos,
absinthij ana ℥ſ.
Spec. dialacc.
diacurcum. ana ʒſ.
Trochisc. d. eupator.
d. rhabarb. ana ʒj.
d. cappar. ℈ij.
Spec. diatr. santal. ℈iiſ.
Radic. cichor. condit. ʒiſ.
Syrup. d. cich. cum rhab. q. s.
F. Conditum.

OBSERVATIO
&
CURATIO LXXXVIII.
DE TUMORE SUB REgione Epatis.

JOhannes Meer Senator Stolbergensis, conqverebatur de maximis & ingentibus dolorib. & punctionibus dextri hypochondrii, tussi ingenti, & respirandi difficultate, qvæ ab ascensu scalarum, aut concitatiori paulo corporis motu plurimum augebantur, noctu tamen magis, qvàm interdiu, qvæ symptomata arguebant obstructionem Epatis vel magis scirrhum.

Cùm ergo de hydrope vereretur, vel alio aliqvo subsecuturo malo, idcirco meo consilio utebatur.

Ego in nomine Jesu curam sic auspicatus sum.

℞. *Rad. Centaur. major.*
cichor. ana ʒvj.
polypod.
fœnic. ʒſ.
Herb. Veron. Miſ.
epatis nobilis,
agrimon.
capil. veneris ana Mſ.
Flor: centaur.
genist.
cichor. ana p. j.
Sem. petrosel.
aqvilegij,
anis. ana ʒij.
Sqvinanthi ʒj.

Tar-

Tartari Vitriolati ℥ſ.

Incidantur minutim omnia postea indantur ollæ novæ, & coqvantur in ſ.q. aqvæ, postea colentur & colatura clarificetur.

Utebatur hoc bis terve, & dicebat ſe ſentire levamen ex eo decocto.

Externè adhibui.

℞. *Rad. althææ* ℥iſ.
Fol. violar.
malvæ,
Flor. anethi,
chamomill. ana Mj.
Rad. lilior. alb. ℥j.
Coqvantur ad mollitudinem, piſtentur & addantur
farin. hordei,
Sem. lini,
fænugræc. ana ℥ſ.
Ol. chamomillæ,
Butyri ſ. ſ. ana q. ſ.
F. Linimentum, qvod poſt octiduum ita mutavi.

℞. *Ungventi dialthææ,*
d. melilot. ana ℥j.
Mucilag. fænugræc,
Rad. althææ,
Ol. coton.
abſinthij,
Ungvent. alabaſtrin. ana ℥iiſ.
Butyri ſ. ſ. q. ſ.
F. Linimentum.

His auxiliis per duas ſeptimanas utens, præter omnem opinionem, integrè postea reſtitus eſt.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIX.

DE MELANCHOLIA HYpochondriaca.

Vir Nobilis qverebatur de flatibus & torminibus ventris, de crebris ructibus acidis, dolore capitis, depravato appetitu, qvæ omnia, ut ego opinabar, à frigida intemperie ventriculi calida Epatis & obſtructo Liena proveniebant. Liberari igitur cupiens ab hac moleſtia aliqvid remedii à me petiit: Ego rem diligenter perpendens, ſtatuo hunc

hunc affectum nihil aliud esse qvàm melancholiam hypochondriacam. Ut ergo ipsi gratificarer, præscripsi qvæ seqvuntur.

℞. *Crystal. Tartari* ℥j.
Tartari vitriolati ʒs.
fæc. bryoniæ,
araonis ana ℈s.
Salis absinth.
fraxini,
cardbened. ana ℈j.

Misce. S. Pulver zum Digestiv. eine gantze Woche alle Tage ℈j. in brodio carnis zu gebrauchen.

Nodulus in vino suspendendus.

℞. *Radic. Scorzoner.*
polypod. ana ℥ij.
Fol. sen. Alexandr. ℥j.
Rad. galapiæ ʒij.
hellebor. nigri præp. ʒis.
Galangæ,
Zingib.
Cortic. citri,
cichor.
Sem. anisi,
fænic. ana ʒis.
Flor. anthos,
bugloß. ana p. j.

Ligentur in Nodulo, qvi in cerevisia vel vino suspendatur.

Post hujus usum secata est Epatica dextri brachii (qvæ tempore verno secari debet, in Autumno verò secatur Epatica sinistri brachii) ad emissionem sangvinis tanti qvantum ℥ij. continent. Calida intemperies Epatis & Renum corrigendo, Lienisqve obstrictio auferenda. Eum in finem Epar mane & vesperi inungatur linimento, lumborum regio etiam præscripto linimento, & Lien demum præscripto Ungvento.

℞. *Ungventi santal.* ℥j.
Succi cichor.
endiv. ana ʒvj.
Ol. orsac. ʒvij.
Rosar. pulverisat. rubr. ℈ij.
Ceræ albæ q. s.

F. Linimentum. S. Leber-Sälblein.

℞. *Gummi ammoniac. in aceto dissolut.* ʒs.

Pingved. galli ℨij.
Ungvent. dialthaeae ℥ß.
Ol. amygd. d.
de capparibus ana ℨiij.
Pulver. sem. urticae,
viticis ana ℈j.
Pulver. rad. cappar. gr. vij.
Cerae q. s.

Misce pro Ungvento. S. Milß-Sälblein.

℞. *Ungvent. rosar. Mesues* ℥iß.
populeonis ℥j.
Misce. S. Nieren Sälblein.

℞. *Sem. coriandr. praep.* ℨv.
anisi,
foenic. ana ℨj.
carvi & cymini in acet. praep. ana ℈ij.
Glycyrrh. ras. ℨiß.
Cinamomi ℨiij.
Cortic. citri ℨiß.
Flor. origani p. iij.
Nuc. mosch. ℈j.
Sacch. rosat. tabulati ℥ij.
S. Magen Trisineth.

℞. *Conserv. borrag.*
bugloss. ana ℨvj.
Violar.
rosar. ana ℨv.
Spec. diarh. Abbat.
diatrion. santal. an. ℈ij.
Margarit. praeparat. ℈iß.
Ligni aloes ℈j.
Moschi gr. ij.
Cum syrupo de pomis,
Fiat Conditum.

Vide meam Medicinam Practic. pag. 24.

OBSERVATIO & CURATIO XC.

DE LIENE OBSTRUCTO.

Ancilla Dn. Johannis Grelne / Consulis Elricensis, per 3. septimanas affligebatur molestia doloris & punctionis in sinistro latere, qvam comitabantur difficultas respirationis, potissimum à vehementiore corporis exercitio, ac commotione citatiore recrudescentis, appetitus item prostratio, compressio orificii superio-

perioris Stomachi, ac Corporis totius lassitudo qvædam spontanea. Qvæ omnia cùm obstructi Lienis indicium darent, idcirco cogitatio de expediendo illo ac reserando, medicamentis idoneis, necessario nobis instituenda fuit.

℞. *Radic. polypod.* ℥ß.
centaur. minor.
filicis ana ℥iij.
Aron. ℥ij.
Cort. Rad. Capp. ℥j.
Herb. Veron.
Scolopendr.
Ceterach,
Absinth ana Mij.
Fumar.
Capill. vener. ana Mj.
Flor. Chamom. Pj.
Sem. anis. ℥iij.
Fol. Sen. ℥vj.
Radic. Hell. præp. ℈ij.

Concidantur minutim & postea coqvantur in olla nova vitreata cum cerevisia communi ad tertias. Et de hoc decocto qvotidiè bibatur bis. Continuavit decocti istius usum per 6. dies, & egregium juvamentum inde sensit.

OBSERVATIO & CURATIO XCI.

DE STRANGURIA SEU stillicidio Urinæ.

DN. Danielis Kochs/ filius 30. annorum, per tres septimanas gravi stranguriâ seu Urinæ stillicidio unà cum maximo dolore & ardore afficiebatur. Ad qvod Symptoma curandum seqvens Julapium diureticum & anodynum ei præscripsi, qvo tertio die feliciter ab hac molestia σὺν Θεῷ per me curatus fuit, citra ulteriorem remediorum aliorum usurpationem.

℞. *Aqv. Alkekeng.*
fragar.
malv.
alth. ana ℥iiiiß.

In qvibus ebulliant unica & altera ebullitione.

Conserv. Violar.
Nymph. ana ℥vj.

Decoctum coletur & clarificetur, inqve eo dissolve

Syrup. d. Pariet. ℥ij.
Violar. ℥j.
Extr. Liqvirit. ʒß.
Lapid. prunell. ʒij.
Spirit. Sal. ℈j.

Misce. Fiat Julapium. Dosis ℥iij. vel iiij.

Vide meam Medicinam Practicam.

OBSERVATIO & CURATIO XCII.
DE LANCINATIVIS DOloribus in Brachiis pedibusq;.

Balthalar Grätz/ Civis Stolbergensis, annorum 30. per sex dies lancinativos dolores in brachiis, manibus, pedibusq; passus est, cum adjuncto capitis dolore anorexia & siti pauca. Dolores autem illi interdum per horam integram, interdum per sesqvihoram durabant, sæpius tamen in die recurrentes. Hic meum consilium petiit. Exhibeo ei primum ad dejiciendam alvum, pulveris nostri Laxativi ʒj. cum jusculo carnis, postea bis sudorifero hoc utebatur.

℞. *Aqv. Cardbened.* ℥j.
Spirit. Cardbened. ʒvj.
Sal. absinth. ℈ij.
Spirit. vitriol. ℈ß.

Misc. F. Potio sudorifera. Qva cùm bis, ut dixi, usus fuisset, discussis ita doloribus nihil molestiarum amplius sensit.

OBSERVATIO & CURATIO XCIII.
DE PHTHISICA PASsione.

Consilium à me petebat Andreas Kampenius juvenis annorũ 20. Scholæ Stolbergensis Alumnus, in phthisica passio-

passione cui obnoxius erat, præter tussim nimirum continuam, anhelitus difficultatem ingentem, lassitudinem spontaneam pedum, ac totius Corporis macilentiam, per intervalla purulenta qvoqve excreebat. Huic ego arte Medicâ opem laturus hoc decoctum pectorale decerno.

℞. *Radic. Helen.* ℥iß.
Herb. Scabios.
Veron.
Heder. terrest. ana Mij.
Tussilag.
pulmonar.
hyssop. ana Mj.

Incidantur minutim & coq. in cerevisia communi, ita tamen ne ex coctione qvid halituum evaporet, postea expressis herbis per linteum colentur. De hoc decocto jussi eum bibere singulis diebus manè cyathum unum. Vesperi verò cubitum iturus capere ad nucis Castaneæ magnitudinem de hoc condito.

℞. *Conserv. Rosar.* ℥iiij.
Pulv. Haly contra tabem ℥iß.
Rubin. Sulphuris ℥j.

Misc. Continuavit horum medicamentorum usum per tres septimanas & sanus factus est.

OBSERVATIO & *CURATIO XCIV.*

DE DOLORE OCULORUM.

Mulier qvædam Saxwerfensis, annorum 40. Margarita dicta, complexione pituitosa & submelancholica, per tres Septimanas in oculis sub vespertinum maximè tempus dolorem ac compressionem sentiebat, adeo ut vix eos aperire, aut apertos servare posset. Cùm igitur auxilium à me peteret, ego præcepi usurpationem hujus aqv. ophthalmicæ.

℞. *Aqv. Rosar.*
Fænic.
Euphrag.
Chelidon. ana ℥ij.

Trochisc. alb. Rhas. ℥j.
Corall. præparat. ℈j.
Tutiæ præp.
Vitrioli alb. ana ℥ſ.
Camphor. ℈ſ.
Croci gran. vj.
Miſce.

Hoc Collyrio cùm uſa fuiſſet per octiduum qvotidiè manè & veſperi de eo guttulas aliqvot oculis inſtillando, ab iſto dolore egregiè liberata fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XCV.

DE SCORBUTO.

Dominus N. N. Jurium Practicus apud Franckenhuſanos, Scorbuticâ paſſione laborabat, qvam ſeqventia ſigna manifeſtè prodebant. Oris nim. Fætor, Gingivarum intumeſcentia, ac ſangvifluus tumor, dentes corroſi ac vacillantes, capitis inſignis debilitas, unde catarrhi aſſidui ad dentes, gingivas fauces prolapſus. Noctu qvoqve Corpus ſpontaneo ſudore, eoqve fætido valdè illi madeſcebat, ructus aſcendebant nidoroſi, à cibo potiſſimum & tenſio hypochondrii ſiniſtri, ut & ptyaliſmus continuus illum valdè moleſtabant. Qvinqvennium erat, qvo hac Sceletyrbica affectione afficiebatur, & qvanqvam ille opera præſtantiſſimorum qvorundam Medicorum multis in locis uſus fuerat, ex illorum tamen omniũ medicatione qvantumvis diligenti & methodicæ, ne tantillum qvidem utilitatis percepit. Tandem Stolbergam veniens, me qvoqve acceſſit conſilio meo uſurus. Ego ex ſupra commemoratis ſignis de genere morbi, confirmatus eum Scorbutico malo teneri audacter enuntio. Cujus qvidem cura ſic ineunda eſſet.

℞. *Tartar. alb.* ℥vj.
Radic. polyp. ℥ſ.
Enul. ℥ij.

Cort. cappar. ℥iij.
Herb. Cochlear. Miſ.
Fumar.
Ceterach.
Flor. geniſt.
Centaur. min. ana P. j.
Chryſtall. Tartar. ℥iij.
Sal. abſinth.
fraxin. ana ℥ſ.
Rhabarb. el. ℥ſ.
Radic. Helleb. nigr. præp. ℥ij.
Agaric. alb. ℥j.
Cinamomi ℈ij.

Ex hiſce omnibus minutim inciſis paretur Nodulus. Qvem impendebat Vino abſinthiti, bibendo de eo initio prandii & cœnæ exiguum hauſtum. Nihil operabatur hic nodulus, nec ullam ſedem movebat, unde alium fortiorem ei parari juſſi.

℞. *Cochlear.* Mj.
Flor. geniſt.
Centaur. ana Pj.
Fol. Sen. opt. mund. ℥ij.
Rhabarb. el. ℥ſ.
Chryſtall. Tart. ℥ſ.
Radic. Helleb. n. præp.
& prius ſeorſim in aqv. calid. coct. antequam includantur Nodulo ℥iij.
Sal. Tart.
fraxin. ana ℥j.
Sem. aniſ. ℥ij.
Cinamomi acut. opt. ℥iſ.

Incidantur minutim, & F. Nodulus è ſindone.

Optimè qvotidiè inde alvus ſolvebatur. Poſt Noduli uſum præſcripſi ei ſeq. mixturam, qvotidiè ℥ſ. de ea cum Aqv. Scorbuticæ noſtræ ℥j. tribus horis ante prandium capiendam. Valet egregiè ad reſerendam oppilationē Lienis, Sangvinemqve purificandum.

℞. *Syrup. d. Cochl.*
Fumar. ana ℥iſ. ℥iſ.
Extr. n. Splenet. ℥ij.
Spirit. vitriol. ℈iiſ.
Tartar. correct. ℥ij.
Magiſt. Tart. Vitriol. ℈ij.
Magiſt. Corall. ℈ij. gr. viij.
Sal. abſinth.
Fraxin. ana gr. xij.
Moſchat. opt. gr. ij.
Miſc.

Interea dum utebatur hac mix-

mixtura à cibo sumpto qvotidiè ℥j. capiebat de seq. pulvere ad juvandam concoctionem, flatus dissipandos, & ructus acidos comprimendos.

℞. *Sem. Coriandr. præp.* ℥vj.
Anis.
Fænic. ana ℥ij.
Liqvirit. Ras.
Rasur. Cort. citr. ana ℥iß.
Cinamomi acut. intem. ʒj.
Corall. rubr. præp. ℈ij.
Spec. arom. rosat.
diarrh. Abb. ana ʒj.
Sacch. rosat. tabul. ℥ij.
M. F. Pulvis.

Corpore sat præparato, obstructionibus etiam adapertis & viis laxatis, nec non humoribus tartareis incisis, ad radicitus extirpandum malum hocce emetico usus sum.

℞. *Pulver. radic. asar.* ℈iß.
Julap. Emetic. ℥j.
Syrup. flor. Pers. ℥ß.
Essent. citr. gutt. xi.
Aqv. cinam. ℥iij.
M. S. Magen Liqvor.

Sumsit binis horis ante prandium, superbibendo parum jusculi pisorum. Multoties inde alvus fusa ei fuit. Ductis meris viscidis ac phlegmaticis excrementis. Seqventi die sumsit Sudoriferum hunc pulverem.

℞. *Antimon. diaphoret.* gr. xv.
Magist. perlar. gr. vi.
Sal. fraxini,
fumar. ana gr. iij.
Misc. S. Schwitz Pulver.

Cùm hisce nonnihil malum Scorbuticum mitesceret, idcirco ad tollendũ illum penitius denuò ad incidentia & obstructionem aperientia deveni.

℞. *Herb. cochlear.*
Nasturt. aqvat. a. Miiß.
Beccabung. Miß.
Radic. Helen. ℥j.

Incisę herbę coq. cum cerevisia comm. in olla nova undiq; tecta & benè lutata, in aliqvid inde evaporet, postea expressis herbis coletur cerevisia per pannum lineum, & de ea bini haustus singulis diebus bibantur.

Ab-

Absumpta decoctione ista iterum pro purgando Corpore dedi hanc potiunculam.

℞. *Decoct. Tamar. cum Fol. Sen.*
Al. f. st. ℥ſ.
cochlear. rec. P j.
Cremor. Tart. ℈ij.
Sem. Fænugr.
fænic.
anis. ana ʒij.
Colat. ℥ij.
adde
Extract. Galap. rit. dissol. ℈ſ.
Aqv. cinamom. diaborr. ʒiij.
Spirit. Cohclear. gutt. vij.
S. Laxier Tränckleín auff einmal.

Omnia hæc egregiè contulerunt. Nihil supererat, qvod amplius curam nostram reqvirebat, præter tumorem Gingivarum, & dentium corrosionem ac putrilaginem, qvibus corrigendis pulverem hunc præscribo.

℞. *Radic. Cyper.* ʒj.
Flor. Rosar. rubr.
Balaust. ana ℈ij.
Alum. ust.
Corall. rubr. ana ʒſ.
Sal. tartar.
Absinth.
cichor. ana ℈j.
Caryoph.
Myrrh. ana ℈ſ.
Misc. F. pulvis subtilissimus.

Hoc pulvere dentes & gingivæ freqventer fricentur. Verùm cùm parum contulisset hic pulvis, aliud efficacius medicamentum ei ordinavi.

℞. *Spirit. tart.* ʒiſ.
Gvajac.
Sal. Absinth. ʒſ.
Tart.
Sacch. Saturni ana ℈j.
Sal. vitrioli,
Magist. Corall. ana ℈ſ.
Misc. Hoc liqvore cum linteo mundo fricentur dentes corrosi, & putrilago repressa fuit, & tumor laxus gingivarum subsedit, sicqve brevi temporis spatio à Scorbuto restitutus fuit.

DE SCELETIRBE VEL *Scorbuto.*

JUvenis qvidam 28. circiter annorum, cùm Mulhusinæ per integrum annum, negotiationis addiscendæ causa egisset, victu crassiori ibi loci utens, ac genio indulgens, multoqve vino se infarciens, Scorbuticam affectionem incurrit, qvæ primo incepit cum lassitudine totius Corporis, sinistri lateris tensione ac punctione præcordiorum, angustia difficultate anhelitus, ac Capitis dolore. Usus potione qvadam, nescio à qva Vetula medicastra ei exhibita, omnia hæc Symptomata evanuerunt, ita ut rectius omnino sibi nunc visus fuerit habere. Post aliqvot dies recruduit malum, & pejus qvàm unqvam antea habuit. Unde Mulhusâ ægrotans Stolbergam adductus, indies majorem debilitatem Virium sensit. Vocatus ego ad ipsum qvartâ jam agebatur Septimana, qva decubuerat. Adveniens & statum ægritudinis diligenter explorans, animadverto ipsum Scorbuti affectione inqvinatum; Aderat enim omnium membrorum lassitudo ulcerosa, febris continua, Urinæ conspiciebantur crassæ turbidæ & rubræ instar Sangvinis; cum sedimento crasso & furfuraceo, siti affligebatur continua, ut & Vigiliis immodicis, molestabat eum tussis arida, difficultas anhelitus, pectoris compressio, aderant & crebri, sed tamen irriti ad vomendum conatus. Lipothymiam subinde incurrebat, qvoties in lecto se erigeret, aut de latere in latus vel levissimè se moveret; Alvus erat sat fluida capiteqve dolebat. Ex his signis de Scorburo certior factus, Curam ejus σὺν Θεῷ sic aggredior.

℞. *Syrup. d. succ. Cochlear.*
Fumar.
Veron. ana ℥ij.
Extr. Helen. ʒj.
Sal. absinth.
Tart.

Tart. albiß.
fraxin. ana ℈ij.
Spirit. vitrioli gutt. xx.
Mosch. gr. iij.
Extr. Veron. ℈ij.
Misc.

De hac mixtura sumebat manè Cochlear unum, & Vesperi itidem unum, superbibendo immediatè ℥j. de seqq. Aqvis.

℞. *Aqv. Scorbuticæ* ℥vj.
Absinth.
cochlear.
Veron.
Capill. veneris ana ℥iiij.
Lapid. prunell. ʒij.
(ratione febris)
Misc.

Cum hisce per qvatuor dies uteretur, sensibilem remissionem tum respirationis difficultatis ac tussis, tum Lipothymiæ ac sitis expertus est. Vires autem qvia valdè fractæ erant, illas restaurativo seqv. fovi.

℞. *Conserv. Rosar. Antiq.*
Borrag.
Violar.
Flor. Citr. ana ℥ij.
Radic. Helen. condit.
Cichor. condit. ana ℥j.
Cort. citr. condit. ʒx.
Magist. Corall. ℈iv.
perlar. ℈ij.
Spec. Diarh. Abb. ʒij.
Lapid. prunell. ʒj.
Spirit. vitrioli q. s.
ad svavem acorem.
Misc.

Viribus nonnihil instauratis, 30. Maji pro corporis evacuatione hanc potionem purgantem usurpavit.

℞. *Radic. polypod.*
cichor. ana ʒiß.
Cort. rad. Capp. ʒj.
Flor. Cordial. Pj.
Rhab. el. ʒj.
Cinamomi ʒß.
Infundantur per noctem in Aqv. cuscutæ, manè facta express. & colat.

℞. *Colaturæ hujus* ℥ij.
Syrup. d. Cich. c. Rh. ʒß.
Extr. Panchymag. ℈ij.

Sal. Absinth. ℈j.
Spirit. vitrioli gutt. viij.
F. Potiuncula. Hujus ope septies ei alvus subducta fuit.

Interpositis 9. diebus iterum coqverebatur de pungitivo dolore ac tensione sinistri hypochondrii. Unde ego judicans de reliqviis morbi adhuc in Venis Mesaraicis & Liene inhærentibus, eas extrudendas & è corpore eliminandas ita molitus sum.

℞. *Radic. Cichor.* ℥iß.
Helen.
polypod. ana ℥vj.
Flor. Cichor. Mj.
Summit. Fumar. Pj.
Herb. Agrimon.
Nasturt. aq. ana Mj.
Fol. Sen. ℥ß.
Rhabarb. el. ℥iij.
Cinamomi ℥j.

Incidantur minutim & includantur Nodulo Sericeo, qvem immergebat vino absinthiti, & de eo horâ unâ ante pastum cyathum parvum ebibebat, idqve per plures dies.

Latus vero affectum inungebat bis in die hoc Ungvento.

℞. *Ol. Absinth.*
chamom. ana ℥j.
lilior. alb. ℥ß.
Pingved. gallin. ℥iij.
Ol. Junip. ℈ij.
Ceræ q. s. M. F. Ungvent.

Post usum Noduli, & decoctione Radicum & herbarum seqventium in Vino utebatur qvotidiè.

℞. *Radic. Helen.* ℥j.
Fænic. ℥ß.
Herb. Cochlear.
Narsturt. aq. ana Mij.
Scabios. Mj.
Sem. Fænic. Anis. ana ʒj.
Incidantur & coq. l. a.

Jam omnia Symptomata sublata erant puta tussis, deliqvium animi, pectoris compressio, respirationis difficultas, sitis & capitis dolor, solum sinistrum crus ipsi non parum negotii facessebat, qvod insigni dolore tensivo usqve ad suras afficiebatur, ad qvem mitigandum, aut in totum tollendum ordinavi ei seq. decoctionem.

℞. *Herb. Absinth.*
Betonic.
Hyssop.

Sal-

Salviæ,
Rutæ ana Miß.
Rosmar.
Flor. Chamom. ana Mj.
Fol. Lauri Mj.
Baccar. Junip. ℥ij.

Incidantur grosso modo, & coq. in aqv. communi, & Vapor calidus ita excipiatur per dimidium horæ. Postea nonnihil de ipsis herbis cum panno lineo ita superimponatur calidè cruri affecto detinendo eamdiu, donec refrixerint. Postea hic labor repetatur, idqve bis vel ter in die. Cùm per octiduum fere hac decoctione & fotu herbarum usus fuisset, insigne juvamentum inde percepit ita ut postea sine ullo impedimento pedibus rectè (qvod ipsi antea non fuit integrum) insistere valuerit. Et ita tandem diuturniori huic Curationi binos menses duranti, feliciter finem imposui.

OBSERVATIO & CURATIO XCVII.

DE MELANCHOLIA HYpochondriaca.

ETsi Melancholia hypochondriaca Affectus sit diuturnus & contumax neqve facilè medicamentis cedat, propter succum illum Tartareum & Melancholicum, imo si minus cautè tractetur, & victus ratio non benè observetur, ferocior reddatur, & sic facile in Febrim qvartanam, vel Icterum nigrum degeneret: Attamen nullum est dubium, si Medicus, cui hujus affectus cura committitur, rectè procedat, qvin auxiliante Deo possit curari. Sic qvoq; eveniebat Pastori Roslebiensi Johanni Barcken, qvi laborans melancholia hypochondriaca, in consiliũ adhibuerat Medicũ imperitum, qvi non intelligẽs morbum facit ut patiens, nisi ego tandem rogatus curam suscepissem vel in qvartanam Febrim vel Icterum nigrum lapsus fuisset. Medicamenta qvæ prædicto Pastori præscripsi erant seqventia.

℞. *Rad. scorzoner.*
polypodij,
cichor. ana ℥iß.
Fol. senæ Alex. ℥j.
Agarici ℥j.
Hellebori nigri ℥ij.
Cinamomi,
Sem. anisi,
fænic. ana ℥j.

Macis ℈ſ.
Flor. cordial. ana p. j.
Inciſa & contuſa dentur in Nodulo pro Vino. Ne medicamentorum horum ingratus ſapor ſentiatur, poteſt aliqvid abſinthii addi.

℞. *Cort. tamariſci,*
frangulæ,
ſaſſaparill. ana ℥j.
Herb. abſinthij,
epythimi,
meliſſæ,
ceterah. ana Mj.
Baccar. juniper. ℥vij.
Flor. geniſtæ ℥iij.
bugloſſ.
borrag. ana p. ij.
Ex inciſis & contuſis fiant ſpecies pro Vino uſuali in menſa.

℞. *Theriacæ* ℈iiiſ.
Conſerv. roſar. recent. ℥ſ.
Miſce. S. Schwitzunge.

℞. *Conſerv. bugloſſ.*
borrag. ana ℥j.
roſar.
anthos ana ℥ſ.
Spec. diatr. ſantal.
diarh. Abbat.
Troch. d. abſinthio,
d. eupat.
d. rhab. ana ℈j.
Margarit. præpar. ℈ij.
Pulv. ligni aloes ℈j.
Cort. citri condit. ℥ſ.
Confect. alkerm. ℥ſ.
Cum ſyrup. d. pomis,
Fiat Conditum.
S. Kräfftige Stärckunge.

℞. *Sem. coriandr. præp.* ℥vj.
aniſi,
fœnic. ana ℥ij.
carvi ℥ſ.
Cinamomi ℥iij.
Rad. glycyrrh. ℥ij.
Cortic. citri ℥j.
Sacch. roſat. tabul. ℥ij.
Miſce. Fiat Tragæa.
S. MagenTriſinet.

℞. *Herb. chamom. cum floribus,*
Flor. geniſtæ,
ſambuci,
Cymar. anethi,
pulegij,
rutæ,
agrimon. ana Mſ.

Sem.

Sem. cymini,
carvi,
anisi,
fænic.
Cort. tamarisc.
althææ,
capp. ana ℥iß.

Incisa signentur Sachen zum fomentiren die lincke Seite.

℞. *Ungvent. stomach: Officin.* ℥j.
Ol. nuc. moschat. express. ʒj.
destill. carvi,
cumini,
anisi ana gutt. v.

Misce pro Linimento.
S. Magen Balsam.

℞. *Pulv. araonis Quercet.* ʒß.
Crystall. Tartar. ʒij.
Tartari Vitriolati ʒj.
Salis cichor.
genistæ ana ʒß.

Misce fiatqve pulvis. Vena etiam salvatella secta magnū præstitit adjumentum.

OBSERVATIO & CURATIO XCVIII.

DE ALVO CONSTIPATA in puerpera.

Uxor Scrinarii Stolbergensis, cum ante biduum feliciter enixa esset filiolam, in alvi constipationem aliàs sibi sane consvetam, admodum & familiarem incurrit, qva calor præternaturalis augebatur, calor capitisq; accedebat. Qvæ cum ex meo consilio ℥j. mannæ sumsisset, in brodio seu jusculo gallinæ dissolutæ, protinus alvus ad officium rediit.

Post biduum à sumptione mannę, cum iterum alvum pigrum sentiret, ego ne natura uni medicamēto adsvesceret, pulverem fol. senæ cum Zingibere correctæ. De qvo cum ℈ij. ex jusculo sumsisset, denuo ventris beneficium cum alleviatione sensit.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO XCVIII.

DE PLEURISI.

JUvenis Nobilis 24. annos natus, incidit in Pleuritidem cum dolore capitis, calore præter naturam, tussi & dispnæa. Cui seqventia adhibui.

Primo dolorem mitigavi, apponendo malvam lacte coctam.

Postea venam Hepaticam in affectu loco secari mandavi.

Deinde dedi seqvens sudoriferum.

℞. *Mixtur. simplic.*
vel Mixtur. diaphoreticæ in peracutis ℥j
Aqva cardbenedict. & papav. rhæadis ana ℥iß.

Misce, & da una vice.

Post hæc sumsit trageam antipleuriticam seqventem.

℞. *Salis prunell.* ℥ij.
Pulver. flor. papav. rhæad.
Corall. rubror. ana ʒj.
Magister. mandib. lucii piscis,
Oculor. cancror. ana ℈j.
Sacch. Violacei ℥ß.

Fiat pulvis. Dosis à ℈j. ad ℈ij. in aqva papaveris vel card. benedicti.

Adhibui qvoqve hunc Clysterem.

℞. *Rad. althææ* ℥ij.
Herb. 4. emollient. ana Mj.
cichor.
Flor. chamomill.
melilot.
borrag.
bugloss. ana Mß.
Hord. Mj.
Prunor. Damascen. Nro. xij.
Coqve in s. q. aqvæ.
Colatur. ℔.j. recipe & add.
Cassiæ pro Clyster. ℥j.
Elect. lenitiv. ʒvj.
Sacch. Thomai ℥j.
Ol. rosar.
Violar. ana ℥ij.
Salis gemmæ ʒj.
M. F. Clyster. qvi tepidè injiciatur.

Ultimo præscripsi, ad visce-

cum

rum corroborationem virium restaurationem & conservationem tale, qvod simul & morbum respiciebat.

℞. *Conserv. rosar.*
borrag.
bugloss.
violar. ana ℥j.
Magist. perlar.
corallor. ana ℥j.
oculor. cancror.
mandib. lucij ana ℥iß.
Lactis sulphuris,
Antimon. diaphor. ana ℥j.
Bezoardici Solis ℥ß.
Confect. alkerm. ℈ß.
Cortic. citri condit. ℥ß.
Radic. cichor. condit. ℥j.
Mixtur. simpl. ℥ß.
Cum syrup. papav. rhæad. & capill. veneris ana q. s.
M. F. Electuarium.

Cibus erat cremor ptisanæ, largiter decoctus, donec id, qvod flatuosum, deposuerit. Juscula pingvia gallinarum, caponum, in qvibus decocta acetosa, borrago, endivia &c. Pro potu utebatur Emulsione amygd. d. cum aqva hordei facta, addito saccharo, & ad refrigerationem seminibus qvatuor frigidis majorum.

Qvæ si non palatui potio placeat, potest parari aqva aliqva pectoralis, ut aqva hordei cum pauco cinamomo, passulis, glycyrrhiza &c.

OBSERVATIO & CURATIO C.

DE DOLORIBUS IN SURA.

LUdolphus Müller Pastor Bergensis cùm immensos dolores in sura sinistri pedis pateretur, & inde ab iis liberari cuperet, me in consilium per literas vocat. Ego præscribo ad usum purgãs, cum debito digestivo, sudoriferum, ungventum & alia, verùm iis omnibus nihil proficientibus, alius in consilium adhibetur Medicus, qvi qvoq; præscribit multa & varia medicamenta, qvæ etiam ut & mea, nihil operantur.

Hinc iterum consulor, tunc venit mihi in mentem medicamentum, qvod ego olim præscripseram Capitaneo Valentino Rothmahlern/ cum ille iisdem in eo loco doloribus afficeretur, per ejusqve usum sanus fieret. Præscribo igitur tale, qvibus prædictus patiens præter omnem spem & expectationem pristinæ sanitati restitutus est.

℞. *Ol. hyoscyami,*
laurin.
chamomill.
laterin. ana ℥ß.

Misce. S. Oel wider die Schmertzen.

QVIA ULTIMA HÆC pagella vacua erat, libuit hæc pauca Coronidis qvasi gratia annectere

TINCTURA MARTIS.

℞. *Scorias ferri,*
Sulphuris ana q. v.

Calcina, mixta & affunde acetum acerrimum; Stent per mensem in digestione, & tunc apparabit ejus Tinctura.

Hæc Tinctura præcipitatur Oleo Tartari, & tunc in fundo Sulphur videtur, qvod siccatur, & abluitur.

Postea affundatur Spiritus fraxini guttatim, & stent in digistione per 8. dies. Filtretur.

Item:

ELIXIR PNEUMONICUM Fischeri.

℞. *Aloes,*
Myrrhæ,
Gummi ammoniaci ana ℥ij.
Croci ℥ß.
Flor. Sulphuris ℥ß.
Ol. terebinthin. q. s.
Coqve s. a.

Conducit hoc Phthisi imprimis Asthmati, medetur etiam putridis Febribus Pestilentialibus.

Utile est Stomacho, & appetitum promovet.

DO-

INDEX CVRATIONVM MEDICINALIUM,

INDEX.

DOSIS.

Dosis à gutt 9. ad 15. in Vino, brodio carnis, vel cerevisia, manè & vesperi.

Et hæc sunt Lector amice, qvæ hodiè in tui gratiam commentari & publicare volui. Qvæ si tibi grata fuisse cognovero, addes calcar ut Tertia & Qvarta Centuria propediem seqvantur, si Deus velit.

CENTURIÆ SECUNDÆ FINIS.

SOLI DEO GLORIA.

PHIL. GRÜLNGII.
OBSERVATIONUM
ET
CURATIONUM
MEDICINALIUM,
CENTURIA TERTIA.

LIPSIÆ,
Sumptibus GEORGII HEINRICI FROMMANNI,
Bibliop. ANNO 1668.

VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILIBUS, AMPLISSIMIS AC CONSULTISSIMIS,

DOMINIS CONSULIBUS ET QUATUOR
VIRIS, TOTIQUE ORDINI SENATORIO INCLYTÆ REIPUB

HALLENSIS.
DOMINIS PATRONIS ET FAUTORIBUS PLURIMUM COLENDIS,

S. P. D.

CUm jam nunc, Divina favente aurâ, hic meus Tractatus Medicus, vel Cẽturia Tertia Curationũ Medicinaliũ à Typotheta Northuſano ad finem feliciter

liciter perduceretur, & ego juxta admonitum clarissimi & doctissimi illius Platonis sollicitus essem de qværendo Patrono, qvi illud Scriptum contra rubidos Zoilorum insultus autoritate sua defendere valeat. Vos inprimis concurritis, VIRI MAGNIFICI, NOBILES, AMPLISSIMI AC CONSULTISSIMI, qvos præ reliqvis eligere & adoptare mihi volui, ob duas præcipuas causas.

Prima est, qvòd optimè nôrim, VOS, ceu literis, omniqve liberali doctrinâ à teneris egregiè instructos, studia honestarum Artium, earumqve Cultores impigros ac industrios & amare unicè & æstimare præciosè, contraqve illos, dvi de Viris eruditis, aut eorum præclaris conatibus ac laboribus, minus honorificè sentiunt, cane pejus & angve aversari, summopereqve detestari.

Altera causa est, recordatio meritorum perplurimorum mihi exhibitorum, dum vestrum celeber-

celeberrimum Gymnaſium ante qvinqvaginta annos freqventarem, officium Pædagogi agerem, & ſic mea fuudamenta in Lingvis & Artibus jacerem. Qvæ beneficia etſi hîc omnia non repetere, ſatis laudibus prædicare, & ordine enarrare qveam: attamen, ut pro ipſis aliqva ex parte, qvia ex toto impoſſibile, gratum me præbeam, vel ſaltem meum ad gratiarum actionem propenſum animum, aliqvo gratitudinis & obſervantiæ publico τεκμηρίῳ declarem atqve oſtendam, æqvitas jubet atqve imperat.

Qvæſo igitur, VIRI MAGNIFICI, NOBILES, AMPLISSIMI AC CONSULTISSIMI, qvâ Literatos complecti ſemper ſoletis, humanitate & favore, ut eô quoq; me complecti, benevoloqve vultu hunc meum laborem, in gratiam Medicinæ Studioſorum ſuſceptum, accipere, atq; hoc modo declaratum meum erga VOS honoris & gratitudinis affectum, ſtudiumq; boni conſulere velitis.

Hæc si à VESTRA MAGNIFICENTIA & NOBILITATE obtinuero, certo sibi persvadeat velim, me illi ad promptissima animi obseqvia nullo non tempore obnixum & obligatum fore. Qvod superest, DEUM illum cœlestem παμβασιλέα devotis invoco & sollicito precibus, ut VOS Spiritus sui S. gratiâ clementer regat & protegat, & ad totius vestræ Florentissimæ Curiæ salutem, utilitatem, stabilimentum ac incrementum diu vivos, florentes & incolumes conservet. Benè & feliciter valete, meqve qvod reverēter peto, commendatum VOBIS habete. Dabantur Stolbergæ Cheruscorum die 2. Augusti, Anno 1663.

VESTRÆ MAGNIF. ET
NOBILITATI

deditissimus

Philippus Grüling. Auliater.

AD

AD LECTOREM
CURATIONUM DOGMATICO-HERMETICARUM.

REGULA, Grammatici dicunt. Exempla reqvirit,
Exemplo doctus redditur Experiens,
Ut Medicas Artes doceat doctissimus Author
Et sua perspicuè Dogmata sana probet,
In medium profert Curarum exempla suarum
Et qvid præstiterit per sua Scripta refert.
Utere, mi LECTOR, dabit Experientia lucem
Ut morbos facili dexteritate leves.
Qvæso fave, mecumque vove: GRULINGIUS Author
Vivat Nestoreos perpete flore dies.

f.

M. Albertus Günzelius Eccl. Stolberg.
Superintendens.

Ad Experientissimum Medicum,

DN. PHILIPPUM GRULINGIUM,

Centuriam 3. Curationum medicinalium publico usui edentem.

CEu *Fons*, quem *vivum* dicunt, sitientibus undas
Prâtis & pecori sufficienter agit:
Sic non lassâris *fuccos* sqallentibus ægris
Praxios è venâ fundere *Pæonios*.
Hinc si te *Fontem medicante liqvore* fluentem
Dixero, non dubitem, qvin & Apollo probet.

Emer-

Emersêre citò, citò defecêre *medentes*
Lympha, qvas *vulgi* vexit in astra *Fides*.
At te, GRULINGI, *longævum* sospitet, *Autor*
Qvi viget & *lymphis* & *medicaminibus*!

Veteris, h. e. firmæ amicitiæ ergò
f.
M. Nicolaus Gothus, P. L.
P. Usstr.

QVod de morborum causis nunc disseris aptè,
Affectusqve hominum principium unde trahant,
Causarum scrutatorem Veriqve scientem
Te reor: Hinc cæptis gratulor ore tuis.

Hæc Per Eximio & doctissimo Domino Philippo Grülingio, Fautori & Amico suo omnem prosperitatem animitus votans apposuit
Johann. Andreas Stange.

VT celebris sumptu, multoque labore metalli
Abstrusæ terris effodiuntur opes,
Sic Pater exponis luci, dum pharmaca tractas,
Ingenii dotes, Prædico, plaudo tibi.

Philippus Gerhardus Grülingius
Medicinæ Studiosus.

IN-

INDEX CVRATIONVM ET OBSERVATIONUM.

Bb *De ee-*

D. O. M. A.

CURATIONUM DOGMATICO-HERMETICARUM

CENTURIA III.

PROLEGOMENA.

Hactenus absolvimus DEO auxiliante, Centuriã secundam, nunc progredimur in nomine Jesu ad tertiam Centuriam, incipientes à Mensibus, de qvibus in seqventibus Curationibus aliqvid dicemus; Menses qvi & Menstrua (ideo qvod singulis Mensibus fluere soleant) vel Flores (qvod sicut Flores fructus præcedunt, neqve Arbores fructum ferunt, nisi antea floruerint) vel Tempora (qvia statis Temporibus fluere solent) dicuntur. Hæc à rerũ Creatore sapientissimo in hunc finem & usum ordinata, sunt fœtui certo tempore in utero augmentum & alimentum præbeant. Hinc fit, ut qvando Virgines maturæ ad conjugium, menses fluere incipiant. Tunc pubescunt Virgines; Vox earum mutatur, mammæ tumescunt, & maximè ad Veneris usum incitantur,

citantur, qvod fit plerunqve circa decimum qvartum annum, (in qvibusdam etiam citius, sed rarò, qvi tunc magna copia sangvinis in augmentum absumitur, vel tardius) qvo tempore etiam juvenes apti fiunt ad procreandum liberos. Subsistunt verò circa annum qvinqvagesimum vel sexagesimum annum, qvia tunc non magis sangvis abundat.

Fluxus autem eorum fit singulis mensibus ad tres, qvatuor vel qvinqve dies, apud juniores Luna crescente, apud adultiores Luna decrescente, juxta versum:

Luna vetus veteres, juvenes
nova Luna repurgat.

Qvod tamen in Praxi aliqvando aliter expertus sum.

Horum menstruorum Affectꝰ sunt varii, ut stillicidium, fluxus inordinatus, suppressio fluxus, superfluus fluxus &c. De qvibus in seqventibus aliqvid dicemus, & aliqvot Curas proponemus.

OBSERVATIO & CURATIO I.

DE SUPERFLUO MENsium fluxu.

Ludolphi Mulleri hujus loci Rectoris ancilla Anna Strignitz, 18. annorum, vel circiter, afficiebatur nimio fluxu menstruorum, cum capitis dolore, fædo faciei colore, & totius corporis virium prostratione. Hæc cùm non haberet, qvod in medicamenta impenderet, ejus Mater à me vulgare & vile medicamentum petiit: Suasi igitur, ut Filia sumeret de conserva rosar. antiqvarum, ter vel qvater singulis vicibus ℨvj. Qvod cum ter factum, statim ab hoc simplici remedio immoderatur fluxus, Dei auxilio, restrictus est.

ALIUD MEDICAMENtum.

Vidua Leonhardi Ruschels mulier corpulenta, eodem

dem tempore, menſtrui fluxu laborabat, ut qvo vires adeo dejiceretur, ut ferè periculum eminere videretur. Hæc uſa ſolo ſeqventi ſimplici & vili medicamento, nimirum Vino in qvo novies extinctus fuit chalybs ignitus, ex Dei benedictione ſine ullo alio remedio ſanitati reſtituta eſt.

ALIUD EXEMPLUM.

Alia mulier Camerarii hujus loci uxor, cujus nomen hic ego lubens omitto, olim contra fluxum nimium menſtruorum longo tempore uſa fuit pharmacis multis, ſed omnibus incaſſum.

Tandem ſvadet vetula qvædam, ut aliqvot dies ſumeret aqvam burſæ paſtoris, ſingulis auroris ad ℥iij. vel ℥iiij. qvod bene profuit. Et ſic hæc mulier ex hoc vili remedio, laus Deo, convaluit.

ALIUD EXEMPLUM.

Cum olim Scholam Hallenſem freqventarem ſub Rectore Johanne Æſchardo, Philoſophiæ Magiſtro, Hoſpitæ meæ, qvæ erat Uxor Matthiæ Unzeri Medici doctiſſimi, Nutrix valdè qverebatur de menſtruis ſuperfluis, qvod tamen revelare non vellet, timens ne officio Nutricis privaretur. Hæc adjuta eſt ſeqventibus.

Recipiebat particulam carnis bubulæ fumo induratam, qvam minutiſſimè incidebat, & adhuc parum ſuper ignem in tigillo torrebat, de qvo ſumebat, ni fallor, ſingulo mane ʒß.

Et ſic ad ſanitatē ſolo hoc remedio, in paucis diebꝰ, rediit.

OBSERVATIO & *CURATIO II.*

DE NIMIO FLUXU MENſtruorum.

Mulier Ruſtica, in pago Uteleben dicto, 40. annorum, afficiebatur nimio fluxu menſtruorum, cum magna debi-

debilitate omnium virium, fædo faciei colore, pedũq; tumore, & jam erat qvartus mẽsis, qvo affectu hoc laborabat. Ad me igitur mittitur ejus maritus ad petendum meum cõsilium, cui præscripsi seqventia, qvibus, auxiliante Deo, fluxus intra paucos dies restrictus fuit, & sic paupercula illa mulier optimè convaluit.

℞. *Croci Martis adstrictorij* ʒß.
Boli Armeni veri,
Læpid. hæmat.
Sangvis Dracon. an. gr. xxv.
Magister. Corall. ℈j.
Sem. plantagin.
Rad. tormentill. ana gr. xv.
F. pulv. subtiliss. Dosis ʒj. in aqvis seqventibus.

℞. *Aqv. Tormentill.* ℥iiß.
Bursa pastor.
Plantag. ana ℥iß.
Spiritus Vitrioli gutt. iij.
Misce exactè.

OBSERVATIO & CURATIO III.

DE MENSIUM NIMIO *fluxu.*

Civis opulenti in oppido Hatzgeroda mulier qvadragenaria mensium fluxu nimio afficitur cum capitis dolore, inappetentia cibi & aliis symptomatibus, & qvamvis uteretur Pharmacopæi cujusdam consilio, attamen omnia erant irrita. Tandem ego in consilium adhibitus & acutus hunc immoderatum fluxum statim restrinxi, & composui seqventi levi medicamento.

℞. *Aqv. Burs. pastor.* ℥iiß.
Sal. Corall. gran. xv.
Tinctur. hæmat. ʒß.
Syrup. Corall. ʒvj.
Misc. pro duabus dosibus.

Alii mulieri, alio tempore, qvæ eodem malo afficiebatur, medeor seqventibus.

℞. *Cons. rosar. vet.* ℥iß.
Symphyt. ℥iiß.
Trochisc. d. succin.
d. terr. sigill. ana ʒß.
Corall. rubr. præp.
Bol. Armen. ver. ana ℈iiß.

Croc.

Croc. Martis adstrict. gr. vj.
Sem. plantag. ℈ij.
Cum Syrup. d. Corall. q. s.

Ad monitum Hippocratis mammæ dextræ apposui qvoqve magnam Cucurbitulam cum multa flamma.

Hoc medicamentorum beneficio ab enormi menstruorum fluxu spatio qvatuor dierum hæc mulier liberata & sana facta est.

OBSERVATIO & CURATIO IV.

DE MENSIUM PROFLUVIO.

Cæmentarii cujusdam uxor, mulier præ ceteris pulchra, incidit in nimiũ mensium fluxum, qvo ita debilitabatur, ut vix sine baculo aut alterius auxilio stare vel progredi posset. Cum itaqve fluxus per duas septimanas durasset, necessitate coacta me ad se accersivit. Adveniens ego post auditam relationem causarum, præscripsi seqvens conditum.

℞. *Conserv. rosar. vet.* ℥i.
Symphyti ℥ij.
Borrag. ℥i.
Croci Martis adstring.
Terræ sigill.
Lapid. hæmatid.
Magister. Corall. ana ℈j.
Trochisc. d. spodio.
C. C. sine igne calc. ana ℈ß.
Cum syrup. d. cydon. & myrtillor. ana q. s.
F. Conditum.

Dosis ʒß. cum aqva bursæ pastoris.

Venam qvoqve tundi, & ex eo qvatuor uncias sangvinis extrahi curavi, simul etiam totus venter Oleo Cydon. & myrtillorum inunctus est.

OBSERVATIO & CURATIO V.

DE MENSIUM PROFLUVIO.

Cùm ante aliqvot annos nundinas Northusanas invise-

inviserem, & inde sæpius Pharmacopæam illius loci freqvẽtarem, fit, ut inter properandum in domum hospitii mei in via mihi obviam veniat mulier referens, qvod in suburbio qvædam mulier tanto fluxu menstruorum laboraret, ut metus esset de syncope ac morte. Promitto postero die ægrotantem me invisurum. Crastino manè accersor; adveniens animadverto, qvod ex sola debili virtute cõtentiva hic fluxus oriretur, inde operã dedi, qvomodo ille debitis medicamentis constringendo retineri posset; Præscripsi igitur has medicamentorum formulas.

℞. *Trochisc. d. terra sigillata,*
d. succino ana ℈j.
Flor. rof. rubr. siccor.
Balaustiar.
Sem. plantag.
portulac. ana ℈j.
Magister. Corall.
perlar. ana ℈ſ.

F. pulvis, qvi dissolvatur in aqva rosar. q. s. adjecto sacch. F. confectio in totulis ad pondus ʒiiſ.

Iis utebatur bis in die superbibendo aqvam portulacæ. Pro ingvinibus & ventre inferiori Ungvent. seqvens præscripsi.

℞. *Ungvent. Comitiss.* ʒj.
Mastichis,
Rosarum rubr.
Acatiæ,
Balaustiar.
Corall. rubr.
C. C. præp. ana ʒj.

In Pulverem redacta cum oleo rosar. & myrtill. q. s. ceræ parum. F. Cerotum.

Multas mulieres curavi subseqventi præsidio.

Fiat fumus à siccis foliis qvercuum, qvi excipiatur ab inferiorib. corporis vestibus. Hoc est remedium à me sæpe probatum.

OBSERVATIO & CURATIO VI.

DE

DE MENSTRUORUM nimio fluxu in Gravida.

Mulieri cujusdam Pagani in Breitenstein/ Gravidæ contingit fluxus menstruorū, satis enormiter fluens, qvod Pastor Ecclesiæ illius loci per literas mihi significavit, maximoperè orans, ut huic malo certo aliqvo medicamento subveniam. Ego timens ne prædicta mulier abortiret, præscripsi hæcce adstringentia cum fœtum confortantibus; qvibus auxiliis intra triduum Deo benedicente, sanitati restituta est.

℞. *Aqv. Burs. pastor.*
Rosar. ana ℥ij.
Cinamomi cydon. ℥iß.
Balsam. embryon. ℥j.
Ebor. s. igne calc. ʒj.
Lapid. hæmat. præp. ℈ij.
Corall.
Succin. præp. ana ℈j.
Essent. meliss. ʒß.
Syrup. corall. ℥iß.
Misc. dos. 2. cochl.

Alii alio tempore sic medeor.

℞. *Cons. Rosar.* ℥j.
Borrag.
Meliss. ana ℥ß.
Spec. diamarg. frig. ℈j.
Lapid. hæmat.
C. C. s. igne ana ʒß.
Mag. matr. perlar.
Succin. ana ℈j.
Essent. meliss. ℈ij.
Cum s. q. Syrup. è ros. sicc.
F. Electuarium.

OBSERVATIO & CURATIO VII.

DE SUPPRESSIONE Mensium.

Mensium suppressio est sangvinis mēstrui suppressio, cujus signa sunt manifesta, & fit vel ob venarum angustiā, vel ob ipsius sangvinis vitium.

Hoc affectu corripiebatur Mulier qvædam qvadraginta annorum, die lahme Walpe dicta. Nam cùm aliqvando linteola in aqva pluviali expurga-

purgaret, & nudis pedibus in ea diutius ſtaret, fit, ut poſt paucos dies menſes ſupprimerentur, unde ſeqvebantur cordis anguſtia, Anorexia, capitis dolor, & multa alia ſymptomata. Ego in conſilium vocatus, ſeqventibus remediis tàm morbum, qvàm ſymptomata ejus omnia, brevi temporis ſpacio, curavi.

℞. *Syrup. d. mentha,*
d. artemiſ.
d. epithymo, ana ℥ſ.
Aqv. pulegij,
matricar,
artemiſ. ana ℥j.
Miſce. S. Weichunge.

℞. *Extract. de Bryonia meæ deſcriptionis* ʒſ.
Ol. Sabin.
Succini ana gutt. ij.
F. Pil. Nro. xxv.
S. MutterPillen.

℞. *Trochiſc. d. myrrha* ʒiij.
Caſtorei ʒſ.
Cum ſucc. artemiſiæ q. ſ.
F. Pil. Nro. LX.
Doſis xx.

Cucurbitulæ in poplite coxarum interiorum ſede, qvodq; adhibitæ ſunt.

OBSERVATIO & CURATIO VIII. DE SUPPRESSIONE menſium.

Alia mulier alio tempore laborabat ſuppreſſione Menſum, cum ingenti tumore pedum & faciei. Hæc ſeqventibus Remediis, Deo benedicente & auxiliante, intra paucos dies ſanitati reſtituta fuit.

℞. *Rad. fœniculi,*
Petroſel.
Ruſci,
Cremor Tartar. ʒij.
Herb. artemiſ.
cochlear.
centaurei,
marrubij,
pulegij,
matricariæ, ana Mſ.
Flor. cheiri,
geniſtæ,
centaur. ana p. j.
Baccar. lauri excorticat. ʒiiſ.
Sem. petroſel.
dauci,
hype-

hypericon. ana ℥j.
Cinamomi ℥ſ.
Fol. ſen. ſ. ſ. ℥j.
Agarici ℥ſ.
Macis ℥ſ.

Incidantur & contundantur omnia & fiat decoctum in vino abſinthino, cujus colaturæ ſumantur qvotidie calidè ℥iiiſ.

In atlo qvoqve vena ſecta fuit.

OBSERVATIO & CURATIO IX.

DE SUPPRESSIONE *menſium.*

Filia cujusdam Ephippiopæi Northuſani conqverebatur de ſuppreſſione Menſium, unde oriebantur Capitis dolor, gravitas lumborum cum multis torminibus ventris, cui præſcripſi ſeqventia Remedia, ex qvibus menſes iterum ſuam naturalem periodum obſervarunt, & ægra ſic ex ejusmodi malis ſana & incolumis evaſit.

℞. *Radic. fænic.*
diptamn.
petroſel.
rubr. tinctor. ana ℥iij.
Herb. marrubij,
artemiſiæ,
petroſel.
matricar.
meliſſæ ana Mſ.
Flor. chamomill. Rom.
cheiri,
geniſtæ ana p. j.
Sem. dauci,
petroſelin.
Fol. ſen. Alexandrin. ℥vj.
Agarici ℥iiſ.
Bryoniæ ℥iiiſ.

Ex inciſis & contuſis fiat Nodulus ex ſerico rubro: Huic ſuperfundantur Menſuræ duæ vini Rhenani, & de eo bibatur ſingulis auroris calidè ℥iiij.

OBSERVATIO & CURATIO X.

DE MENSIUM SUPPRESsione in virgine.

Domini Georgii N. Pastoris in N. Filia, viginti annos nata, laborabat per annũ suppressione florum muliebrium, cui affectui comites erant capitis dolor, lassitudo totius corporis, inprimis verò pedum, cordis angustia, anhelitusqve difficultas, appetitus prostratus, & color faciei citrinus. Hujus Virginis Pater veniebat ad me expetitum meam operam in medendo, & cum intellexissem initio alvum per aliqvot dies adstrictam fuisse, exhibui primò pulverem laxativum ad formam, qvæ seqvitur; postea præscripsi potionem ad provocanda menstrua valde utilem.

℞. *Pulveris senæ præparat. Montagnanæ* ℈ij.
Spec. diaturbith. cum Rhabar. ana ℈j.
Diagridij gran. iij.
Gummi gutt. gr. j.
Ol. succini gutt. ij.
F. pulvis. S. Laxir Pulver.

℞. *Artemisiæ rubræ* Mis.
Calaminth.
Origani,
Melissæ,
Mentastri,
Pulegij. ana Ms.
Rad. estrutij,
fænic.
petrosel.
pimpinel.
Cort. arantiar. ana ℥iis.
Baccar. juniper. ℥j.
Sem. fæniculi,
petrosel.
genistæ,
hypericon. ana ℥iij.

Coqvantur in vino albo, & bibatur de eo manè bonus haustus.

OBSERVATIO & CURATIO XI.

DE MENSIUM SUPpressione.

Men-

Mensium suppressio tàm in Virginibus, qvàm mulieribus multorum morborum causæ sunt: Qvemadmodum è contrario fluxus eorum naturalis præservat eas à multis malis. Hoc Affectu laborabat olim Pellionis Filia, Virgo 22. annorum, ob multos in corpore coacervatos humores, cum asthmate aliisqve symptomatibus.

Huic præscripsi seqventia.

℞. *Cryſtall. Tartari optimè levigati ana* ℈j.
Salis artemiſiæ gr. iiij.
Aqv. meliſſæ ℥ij.
Syrup. artemiſ. ℥j,
Misc. S. Weichträncklein.

℞. *Fol. ſenæ ſ. ſ.* ʒß.
Agarici trochiſc. ʒß.
Flor. cheiri,
chamomill. ana p. j.
Sem. aniſi,
fœnic. ana ʒj.
Aqv. meliſſ.
menthæ ana ℥iß.
Fiat s. a. potio purgatoria.

℞. *Salis artemiſiæ* ʒj.
chamomill. ʒß.
ſabinæ,
abrotani ana ℈j.
Tartari Vitriolati ℈ij.

Misce, sumatur manè ʒß. in vino, in qvo decoctum fuit parum myrrhæ & cinamomi.

A sumtione salium post dimidium horam insideat in balneo ex his herbis parato:

℞. *Herb. artemiſ.*
abrotani,
origani,
pulegij,
meliloti,
althææ,
mercurial.
parietariæ,
Flor. chamomill.
ſambuci, ana Mj.
Rad. enulæ,
fœniculi,
bryoniæ,
petroſelin.
Ireos Flor. ana ʒß.
Baccar. lauri,
juniperi, ana Mß.

Incide & contunde hæc pro balneo.

Utatur post plenilunium qvatuor vel sex diebus.

OBSERVATIO & CURATIO XII.

DE SUPPRESSIONE mensium, plenitutinis ratione.

Vidua qvædam, mulier boni habitus, & valdè formosa, temperatura sangvinea, animi gratia cum marito in rus abit, eo tempore, qvo fluxum menstrui pateretur, qvi fit, inter ambulandum præter omnem spem oboritur tempestas valida cum magno vento & pluvia. Hæc ex ejusmodi gelu qvasi semimortua domum rediens subito sentit non modo dolorem capitis, & lumborum, verùm etiam purgationem restrictam menstruorum. Hinc ego in consilum vocatus jubeo, ut vena in dextro cubito incidatur, postea purgavi corpus seqventi purgatione.

℞. *Spec. Aperitiv. Alterativ.* p. iij.
Flor. cordialium an. p. j.

Coqve in aqva & vino ad ℥iij. Colaturæ adde per noctem.

Fol. senæ s. s. ℥iij.
Radic. galapiæ,
rhabarb.
mechaacan. ana ℈ij.
Macis, Zingiber. ana ℈ſ.
Cremor tartari ℥j.
Aqv. cinamomi ℥ij.
Tartari Vitriolati ℈ſ.

Misce. S. Purgiertränckleín.

Herbæ & species pro balneo.

℞. *Herb. artemis.*
chamædr.
abrotani,
serpilli ana Mij.
Melissæ Miſ.
salviæ,
rutæ,
absinthij,
pulegij ana Mſ.
Flor. chamomill. Miſ.
Baccar. juniperin. Mij.
Sem. lini ℥j.
Flor. sambuci Mſ.

Incisa & contusa dentur in charta, pro balneo.

Ante.

Anteqvam verò insideat balneum, capiat de mixtura seqventi ℥j. & superbibat parum vini, in qvo maduit cinamomi pulvis cum ℈j. salium.

Mixtura est talis.

℞. *Extract junipers* ℥vj.
Rob. sambuci ℥ſ.
Extract. croci ℈ſ.
Pulveris sabinæ ℈j.
Cinamomi,
Syrup. d. cinamomo ℥ſ.
Ol. Anisi,
Cinamomi,
Chamomill. dest. gut. iij.
Conserv. borrag. ℥ſ.

Salia sunt seqventia.

℞. *Salis artemis.*
chamomill.
juniper.
Tartari Vitriolati ana ℥ſ.
Misce. S. Salz.

Hac peracta cura, Menses fluxêre, & ægra ex omnibus malis sana & incolumis emersit.

OBSERVATIO
&
CURATIO XIII.

DE MENSIUM RETENtione.

Lanificis cujusdam Filia 16. annum egressa, ex mensium retentione patitur capitis dolorē, asthma, anorexiam & alia symptomata. Huic statim, & qvidem eo tempore, qvo menses in ejus ætatis puellis habent suum naturalem cursum, seqventē curam institui.

Primò jussi, ut duæ ventosæ in genua ponerentur, & hoc facto qvoqve vena Saphena tunderetur, postea seqventibus uteretur.

℞. *Salis artemisiæ* ℥j.
chamomill. ℥ſ.
sabinæ ana ℈j.
Tartari Vitriolati ℈ij.

Misce. Fiat pulvis, qvi mane sumitur in aqva pulegii ad ℥ſ.

Ac per hæc menses incæperunt fluere, & symptomata omnia curata fuêre.

OBSERVATIO
&
CURATIO XIV.

DE EODEM AFFECTU.

Accidit anno 36. mense Majo circa novilunium, ut rustici Filia Virgo robusta è pago Wolersleben (ob qvam causam ego nescio, fortasse hoc factum, ut ego arriolor, ex consvetudine prava & minus laudanda) Chirurgum adiret, & de tundenda vena in consilium vocaret.

Chirurgus rem non benè deliberans ac perpendens svadet, ut sine mora sangvis à vena Mediana dextri brachii detrahatur. Hoc facto mensis, qvo tempore alias fluere deberent, substitêre, & eorum loco semper palpitatio cordis, vel Syncope, vel alia symptomata supervenêre. Res tandem ad me defertur, svadeo, ut singulis mensibus, qvando instarent menstrua, & ægra ejusmodi symptomata persentiret, saphænam in talo incidere juberet, & sangvinem ad uncias sex vel octo effluere sineret. Qvod cum bis fecisset, statim menses fluere cœperunt, symptomatibus omnibus ablatis, & sic Deo adjuvante feliciter virgo curata fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XV.

DE MENSIUM RETENTIONE.

Vir ille clarissimus & de Re literaria bene meritus Qvercetanus ponit in sua Pharmacopæa restituta experimentum certissimum, & fere admirabile ad provocandos menses, qvod hîc aut meis inseratur, libuit.

℞. *Milij Solis,*
Anisi,
Visci qvercin. ana ℥iij.
Dictamni ℥j.
Croci ℈j.

Contundenda contundantur, & macerentur in Vino albo per horas xxiiij. deinde parum bulliant, de hoc decocto exhibeantur ℥iij.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO XVI.

DE MENSIUM DIMInuto fluxu.

Anna Körberin/ Juvencula Viginti aliqvot annorum, constitutione Corporis plethoricâ patiebatur mensium fluxum diminutum, non enim eâ qvantitate, seu copiâ menses exibant, qvâ par erat, undè malè cœpit habere. Consultus ego seqventi proritavi fluxum.

℞. *Magist. tart. Vitriol.* ℨj.
Lapid. prunell.
Borrac. officin. ana ℈ij.

Pulverisentur & in tres æqvales partes dividantur, qvarum singula capiantur horis matutinis cum ℨj. subscribendarum Aqvarum.

℞. *Aqv. puleg.* ℥ij.
artemis.
matric. ana ℥iß.
Spirit. melis. ℨvj.
Aqv. Cinamom. ℥ß.
Extract. Croc. ℈ß.
Spirit. Vitr. gutt. vj.

Misc. cùm tres continuos dies hæc sumsisset, menses in justa qvantitate effluxêre.

Nullum hîc purgans ei præscripsi, qvia ante paucos dies pharmaca bina purgantia sumserat.

OBSERVATIO & CURATIO XVII.

DE MENSIUM OBSTRUctione.

Elisabethæ Bocks Filia, virgo viginti annorum laborabat mensium obstructione ferè per sesqviannum, cum vomitu enormi, facieqve citrina. Hæc etiamsi multis medicamentis uteretur: attamen erant omnia frustra: Tandem usa fuit cochlear Rob sambuci, qvod non modo sudorem largum movit, verùm etiam per hoc præsidium incæpere menses fluere.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO XVIII.

DE TUSSI SICCA.

Præfecti Uxor in Pago Guntersberga, annos triginta nata, tussi sicca corripiebatur, cui adjuncta erat, difficultas maxima spirandi.

Urina erat turbida, & spumosa; Qvæ post usum seqventium medicamentorum brevi tempore ab utraqve ægritudine vindicata est.

℞. *Loh. san. & expert.*
d. pulm. vulpis
caulium ana ℥j.
Syrup. d. hysop.
d. glycyrrh.
d. jejubis ana ℥ß.
Flor. Sulphuris ℈ß.
Spec. diatr. frig. ʒiß.
diayr. s. ʒj.
Ol. anisi gutt. vij.
Aqv. farfaræ ℥j.

Misce. S. Safft zu lecken.

℞. *Ungvent. althææ* ℥ß.
Emplastr. d. melilot. ℥ß.
Ol. chamomill.
Lilior. albor.
nenuphar, ana ℥vj.
Axungiæ Caponis ℥ß.
Ol. anisi gutt. vij.
Ceræ q. s. F. Ungventum molle.

OBSERVATIO & CURATIO XIX.

DE TUSSI CUM DIFFICULTATE *spirandi, compressione pectoris & ventriculi imbecillitate.*

Patiebatur olim Uxor pellionis cujusdã Stolbergensis gravissimam Tussim, difficultatem respirandi & compressionem pectoris, qvæ res cum suspicionem præberet de dispositione ad Phthisin. Rogatus igitnr sine mora huic malo obviam ire volui præscribendo se-

do seqventia, cujus usu feliciter, auxiliante Deo, curata fuit.

℞. *Lohoch san. & expert.*
de passulis,
d. pulm. vulp. ana ℥j.
Bechiar. alb.
nigrar. ana ʒiiſ.
Pulver. succi glycyrrh. ʒiſ.
Conserv. violar.
hyssopi,
rosar. ana ℥ſ.
Sacchari penidij ʒiij.
Balsam. sulphuris gutt. xv.
Olei anisi,
fœnicul. ana gutt. v.
Pulveris sem. papav.
Qvatuor. sem. major. frigidor. incisor. ana ʒſ.
Oxymel. sqvillitic. ʒiſ.
Misce.

℞. *Ungvent. dialthææ,*
Ol. amygd. d.
violar.
Lilior. albor.
Nenuph. ana ʒvj.
Axungiæ capon.
Butyri sine sale ana ℥ſ.
Ceræ q. ſ. Fiat Ungventum pro pectore.

℞. *Sem. anisi* ℥j.
fœnic. ʒij.
coriandri ʒiſ.
Cort. citri,
arant. ana ʒj.
Calam. aromat. ℈iſ.
Rad. pimpin.
glycyrrh.
helenij,
Tartari albi ana ʒj.
Cinamomi ʒiſ.
Macis. ℈j.
Sacch. albiss. ℥iſ.
Fiat pulvis post pastum.

OBSERVATIO & CURATIO XX.

DE TUSSI EX IMPACTA qvædam materia viscida & lenta in pectore & calore præternaturali.

Rusticus in Pago Berga, Vir qvadraginta annorum valdè tussiebat, qvod fortasse ex materia viscida & lenta hærente in pectore, ut ex illius relatione

tione percipiebam, oriebatur, cui malo qvoqve adjunctus ex vehementiori motu in tussiendo calor præternaturalis cum siti immodica. Huic succurri præscriptione seqventium medicamentorum.

℞. *Rad. helenij,*
tussilag.
glycyrrh. ana ℥ſ.
Herb. scabios.
capill. veneris,
hyssopi,
Ungul. caballin.
veron. ana Mſ.
Flor. violar.
rosar. ana p. ij.
Uvar. Corinth. ℥j.
Jejub. Sebesten ana Nro. xx.
Sem. qvat. major. frig. an. ℥ſ.
Bech. alb.
nigrar. ana ℥iij.
Sacchar. penidij,
Candi, ana ℥j.

Concidantur & nodulo includantur, qvi coqvatur in aqva communi, colatum postea sumatur.

℞. *Rotular. d. succo berberum* ℥v.

Signetur in Scatula Durstleschende Küchlein.

OBSERVATIO & CURATIO XXI. DE TUSSI.

Rusticus qvidam nuper ad me venit rogitans, ut filio suo medicamento inservire vellem, qvi gravi Tussi vexabatur, & nihil excreare poterat, ob lentam qvandam materiam, ad pectus è capite delabente, & expultricem facultatem pulmonum irritante & stimulante. Ego non immemor mei officii, præscribo seqventia.

℞. *Spec. diatrag. frig.* ʒiſ.
diapenidij ʒj.
diapapav.
diaprassii ana ʒſ.
Flor. Sulphuris.
Lactis Sulphuris ana ℈j.
Extract. helenij,
scabiosæ,
veronicæ ana gran. xv.
Sacch. albissimi q. s. dissol. in aqva Tussilaginis.
F. rotulæ. S. Brustküchlein.

℞. *Ol.*

℞. *Ol. lilior. albor.* ℥iſ.
amygd. d.
violar.
nymph.
chamomill. ana ℥j.
Axungiæ caponis ℥vj.
Pingued. Galli ℥ſ.
Butyri f. f. ℥v.
Ol. anisi gutt. vj.
Balsami Sulphuris gutt. x.
Ceræ q. s.
F. Ungventum pectorale.

OBSERVATIO & CURATIO XXII.

DE FLUORE ALBO mulierum.

Mulier qvadragenaria in Pago Berga, per annum affligebatur albo fluore mulierum cum magna acrimonia, prostratu appetitu, & omnium virium debilitate, hinc ad me mittit consilii causa Maritum petentem, ut potiunculam qvandam in Officina præscriberem, qvæ purgaret, & abstergeret humores corruptos.

℞. *Rad. bryon.*
Ireos,
fænic. ana ℥ſ.
Herb. artemiſ.
ebuli,
sambuci,
hyssopi,
absinthij ana Mſ.
Baccar. juniper. ℥ſ.
Fol. sen. f. f. ℥ſ.
Agarici ℥ij.
Rhabarb. ℥iſ.
Mecchaacan. ℥ij.
Cinamomi,
Garyophyll. ana ℥ſ.
Macis ℈ſ.

Incisis & contusis superfundatur vini Rhenani q. s. Colati dosis est cyathus unus manè.

Circa vesperam verò hora qvarta parum de seqventi pulvere devoret.

℞. *Fæc. rad. bryon.* ℈ij.
Radic. cyperi,
succini albi ana ℥j.
Fol. sicc. artemisiæ,
melissæ,

 Cina-

Cinamomi ana ℈iiſ.
Salis abſinthij ℈ij.
juniper. ʒſ.
Miſce. F. pulvis.

OBSERVATIO & CURATIO XXIII.

DE EODEM AFFECTU.

Colonus Honſteinenſis, cum Northuſæ inviſerem Nobilem illũ ab Oppershauſen, mihi narravit, qvòd Coſta ſua eodem malo ultra annum laboraſſet, & multos Medicos conſuluiſſet, ſed omnia fuiſſent irrita. Tandem vetula qvædam ſvadet, ut ſumeret linteum, & exciperet fluorem uterinum, eundemq; ſuſpenderet in fumarium: Qvo facto fluxus muliebris fluere deſiit, & ſic hæc mulier ab omnibus ſymptomatibus liberata eſt.

OBSERVATIO & CURATIO XXIV.

DE EODEM AFFECTU.

Alio tempore alii mulieri eodem affectu laboranti, & idem conſilium expetenti ope mea medicâ ſeqventibus ſubveni.

℞. *Rad. Ireos,*
bryon.
curcum. ana ʒſ.
acori ʒiij.
Herb. agrimon.
ſambuci,
centaur. min. ana p. j.
ſoldanellæ ʒiſ.
Fol. ſen. ſ. ſ. ʒvj.
Agarici ʒiij.
Rhabarb. ʒij.
Sem. cumini,
Cinamomi ana ʒſ.

Incidantur minutim, & irrorentur ſpiritus ſalis gutt. vj. poſtea includantur ſacculo.

De hoc Nodulo immerſo vino Rhenano, per octiduum qvoti-

qvotidie bis bibebat tempore pastus, indeqve singulis diebus, ad minimum bislentè purgabatur.

Præter hujus Noduli usum etiam usa fuit qvotidiè semel, qvando itur cubitum ʒß. uteri nimirum mundificativo pulvere seqventi.

℞. *Fæc. bryon.*
Ireos ana ʒiß.
Spec. diacurcum. ʒj.
Trochisci d. rhab. ℈ij.
Sal. absinthij ʒij.
Sacch. rosat. tabul. ʒß.
Misce. F. pulvis.

Decimo die ab incepta curatione sudorem in lecto elicuit seqventi.

℞. *Aqv. Cardobened.* ℥ij.
acetos. ℥j.
Spir. Tartari, gutt. x.
Veneris gutt. v.
Salis absinthij ℈j.
Cardobened. ℈ß.
C. C. usti præparat. sine igne gran. viij.
Syrup. acetos. citri ℥j.
Misce.

Sed anteqvam ad adstringentia medicamenta veniserem, prius adhuc seqventem mixturam ei præscripsi, mirificè conducentem ad calefaciendum & corroborandum, tùm Uterum, tùm Epatis resecrendas obstructiones, humores pituitosos & frigidos digerendos, incidendos & abstergendos, nec non superfluus humiditates exiccandos, ac pravam naturalium, præsertim verò Uteri θεράπειαν corrigendam.

℞. *Syrup. d. artemis.* ℥ij.
eupator. Mes. ℥j.
d. cinamomi ʒvj.
Extract. juniper. ʒiß.
meliss.
Ireos ana ʒß.
Fæc. rad. Ireos,
bryoniæ, ana ℈ij.
Sal. juniperin. ʒß.
Cinamomi ℈j.
Aqv. melissæ ʒvj.
Cinamomi ʒß.
Spiritus salis ℈j.
Misce.

De hac mixtura bis capiebat qvotidie, qva absumpta iterum purgabatur.

 Ultimo

Ultimo dedi seqvens conditum, Uterum calefaciens, partim & corroborans, partim evacuato sufficienter corpore fluorem inhibens ac constringens, de qvo qvotidiè ad juglandis magnitudinem capiebat.

℞. *Conserv. meliss.*
beton. ana ℥j.
Radic. acori condit. ℥ß.
nucis mosch. condit. ℥ij.
Extract. baccar. juniper. ℥iß.
Pulv. nuc. mosch. ℈ij.
Corall. rubr. præpar. ℥j.
C. C. sine igne calcinat.
Succini albi,
Ebor. præp. ana ℥ß.
Syrup. d. corallis ℥j.
Spir. Vitrioli gutt. x.
Misce. Fiat conditum.

OBSERVATIO & CURATIO XXVI.
DE ERYSIPELATE IN dextro pede.

Vetula qvædam in Pago Guntersberga corripiebatur Erysipelate in crure dextro cum ingenti dolore & tumore: Hæc cùm meam opem in medendo rogaret, svasi ut seqventibus uteretur.

℞. *Salis absinthij* ℥ß. vel ℈ij.
Aqv. sambuci ℥iij.
Liqv. C. C. gutt. vj.
Misce. S. Schwitzunge.

℞. *Emplastr. albi cocti*
de spermate ranarum
ana ℥iij.
Misce. F. Emplastrum über das heilige Werck zu legen.

OBSERVATIO & CURATIO XXVII.
DE ERYSIPELATE IN utroq; pede.

Socer meus in utroqve pede Erysipelas cum ignito rubedine & dolore maximo passus est, qvem seqventia juvêre.

℞. *Aqv. Cardobened.* ℥iß.
Spiritus Gvajaci ℥ß.
Mithridat. ℈ij.
Misce. S. Schwitzwässerlein.

Ad

Ad diſcuſſionem ruboris & tumoris conſului, ut imponeret ſeu circumligaret pañum lineum intinctum ſeqventi liqvori.

℞. Aqv. ſcabioſæ q. v. in qva diſſolve ſaponis veneti particulam, coqve parum.

Linteum expreſſum ſenſim ad fornacem calefiat, donec exiccaretur exiccatum demũ ita applicetur, idq; aliqvoties reiteretur: Egregium juvamẽtum attulit, omni rubore & tumore diſcuſſo.

OBSERVATIO & CURATIO.

DE EODEM AFFECTU.

Conſul Heringenſis ſexagenarius cum affligeretur Eryſipelate cum vehementi dolore & tumore in dextro pede, ita ut pedem nec movere, nec ei inſiſtere vel progredi poſſet.

℞. *Aqv. ſambuci,*
Cardobened. ana ℥iſ.
Mixturæ ſimplicis ℥j.
Tinctur. roſar. ℈iiij.
Miſce. S. Schwitzunge.

Pro calore & dolore.

℞. *Radic. ſcorzon.* ℥j.
Coqve in ſ. q. aqvæ. Colaturæ lib. iſ. adde
Syrup. Idæi,
ceraſor. nigror.
Violar. ana ℥j.
Spir. Vitrioli parum.
M. detur & ſign. Stärck- und kühl Julep.

℞. *Salis Saturni* ℥ſ.
Gran. Sambuci exiccati,
Aqvæ ſpermatis ranarum,
Sambuci ana q. ſ.
Pro Pulte.
Vel ut fiat linimentum.

Aliis hæc ad uſum externum præſcripſi.

℞. *Rob. ſambuci* ℥ij.
Sacch. Saturni ℥ſ.
Miſce. S. Mueß auff ein Leder zu ſtreichen und aufzulegen.

OBSER-

OBSERVATIO & CURAT. XXVIII.

DE ERYSIPELATE ULceroso.

Colonus qvidam in Pago Vhlersleben Vir sexaginta annorum, passus est in utroqve pede Erysipelas ulcerosum cum magno rubore & dolore, cui adjunctus erat amissus & prostratus appetitus.

℞. *Antimonij diaphoretici* ℈ß gran. v.
Pulv. flor. sambuc. gran. vj.
Rob. sambuci ʒij.
Aqv. sambuc. ℥j.
Misce. S. Schwitzwässerlein.

℞. *Lythargirij argentei* ℥iij.
Aceti q. s.

Mixta stent per dies qvatuor, postea colentur colatum applica cum pannis linteis.

Aliis.

℞. *Emplastri albi cocti.*
de spermate ranarum ana ℥iß.
de nicotian. ℥j.
Olei sulphuris Rulandini ad vulnera ʒij.
Misce.

OBSERVATIO & CURAT. XXIX.

DE EODEM AFFECTU.

Rusticus Bilaviensis Erysipelate correptus, seqventibus curatus est.

℞. *Rob sambuci* ʒvj. vel ℥j.
C. C. sine igne præparati ℈iß.
Aqv. sambuci ℥iiß.
F. Mixtura.

℞. *Gummi sandarac.* ʒj.
hederæ,
mastichis,
thuris,
rosar. rubr. ana ʒß.
garyophyll.
ligni aloes,
succini,
Ladani,
succini ana ℈j.
Misce. F. pulvis pro fumo.

Ad

Ad corroborandum & corrigendum Epar.

℞. *Rotul. d. succo berberum ana* ℥vß.

OBSERVATIO & CURATIO XXX.

DE OEDEMATOSO ERYsipelate cum incipiente Melancholia hypochondriaca.

Consul Hatzgerodensis laborabat olim Erysipelate œdematoso, Vir qvadraginta annorum, cui adjuncta erant signa melancholiæ hypochondriacæ, nimirum freqventes ructus, plerunq; post pastum, creba oscitatio, terribilia somnia, fluctuationes in utroqve hypochondrio, lassitudo totius corporis, noctu sudor fœtidus, dolor capitis, fastidium cibi &c. Hisce omnibus ego obviam iturus præscribo seqventia.

℞. *Mixtur. Andernaci* ℈j.
Spiritus flor. samb.
cochlear.
ligni sancti an gutt. xij.
F. Mixtura. Sign. Schwitzunge.

℞. *Emplastri oxycroc.*
albi cocti,
d. nicotiana ana ℥iß.
Balsami therebin. gutt. xx.
Malaxentur oleo hypericonis.

℞. *Qvinq; radic. aperit.* ℥iiß.
cichorei ℥ij.
enul.
liqviriz. ana ℥iij.
Herb. bugloß. scolopend.
cichor.
endiv. ana Mß.
cetarah.
Flor. Violar.
cichor.
bugloß.
scabios. ana p. j.
Sem. anisi,
fænic. ana ℥ij.
Fol. sen. s. s. ℥j.
Rhabarb.
Agarici ana ℥ij.
Rad. hellebor. nigri præp. ℥iß.
Cinamomi,

Macis ana ℈ij.

Ex incisis & contusis fiat Nodulus pro vino.

℞. *Sem. anisi* ℥ſ.
fænic.
coriandr. præp. ana ℥ij.
Cort. citri,
arant. ana ℥j.
Calami aromat. ℈iſ.
Rad. glycyrrh,
helen,
pimpinel. ana ℥j.
Pulv. cachect. Querc. ℥iſ.
Tartari cryſtall. ℥iiſ.
Spec. diarh. Abbat.
Trochiſc. d. cupat.
de rhabarb. ana ℥ſ.
Sacchar roſat. tabulat. q. ſ. pro grato ſapore.

OBSERVATIO & CURATIO XXXI.

DE ICTERITIA FLAVA.

Icteritia eſt duplex, vel flava vel nigra. Flava oritur plerumqve à cibis generantibus copioſam bilem. Nigra ab iisdem cauſis oritur, & nulla eſt hîc alia differentia niſi, qvòd in illa Epar, in hac Lien peccet, de qvibus in seqventibus. Rhedarius qvidam Vir triginta annorum laborabat Icteritia flava, qvi affectus etiam appellatur morbus Regius, omnia enim qvæ comedebat ſapiebāt amaritiē, appetitus erat proſtratus, urina flava, &c. Uſus qvidem fuerat multis conſiliis, partim peritorum, partim imperitorum Medicorum, ſed omnibus ſine fructu. Tandem ad me qvoq; itum fuit, conſiliumq; meum petitum, qvod tale fuit.

℞. *Rad. qvinq. aperit. ana* ℥iſ.
Herb. chelidon.
marrubij,
cetarah,
abſinthij,
capill. veneris,
cuſcut. ana Mſ.
Sem. aqvilegiæ ℥iij.
Rhabarb.
Agaric ana ℥iij.
Fol. ſen. ſ. ſ.
Cremor. Tartari ana ℥ſ.
Cinamomi,

Spicæ

Spicæ Indicæ ana ℨj.
Croci integri ℈j.
Ex incisis & contusis fiat Nodulus pro vino.

℞. *Tartari Vitriolati* ℨij.
Salis cichorei,
absinthij,
Cremor. Tartari,
Spiritus salis coagulati,
Lapidis prunellæ ana ℨß.
Fiat pulvis subtilissimus, cujus Dosis ℨß. in seqventibus aqvis.

℞. *Aqv. centaur. minor,*
cuscutæ,
chelidon.
scolopendr.
absinthij ana ℨij.
Spiritus salis ℈j.
Vitrioli ℈ß.
Misce. S. Wasser.

℞. *Aqv. Cardobened. ex succo.*
papav. rheadis ex succo. ana ℨj.
Mixtur. simplicis ℨj.
Tinctur. rosarum ℨij.
Spiritus Violar. ℨiß.
S. Schwitzwässerlein.

Hisce medicamentis ab Icteritia liberatus est.

OBSERVATIO & *CURATIO XXXII.*

DE ICTERITIA.

Socrus mea mulier qvinqvaginta annorum, laborabat Icteritia flava, cujus affectus signa erãt facies & totus corporis habitus colore citrino suffusus, & jam dies decem præterierant, anteqvam me consuleret, aderant qvoqve alia symptomata, ut ructus continui post pastum, appetitus dejectus, ac dolor & gravedo in dexto latere. Ut igitur obstructio Epatis & vesiculæ fellis aperiretur, ordinavi seqventia.

℞. *Rad. chelidon.*
cichor.
centaur. ana ℨß.
Herb. centaur.
cuscutæ,
agrimon. ana Mj.
ceterah,
Flor. sambuci,
hyperici,
chrysanth. ana p. j.

Fol. sen. ℥vj.
Rhabarb. ℥ſ.
Sem. aniſi,
aqvilegij ana ℥ij.

Inciſis & contuſis omnibus paretur Nodulus, qvi immergatur Vino Rhenano, de qvo primus qvisq; hauſtus in initio prandii capiatur. Continuetur ejus uſus per octiduũ, Bis vel ter qvotidie evacuabatur. Sed & circa qvartam pomeridianam ſingulis diebus majoris apertionis ergo de ſeqventibus ſalibus parum ſumebat ex aqva cuſcutæ, vel chelidoniæ.

℞. *Cryſtall. Tartari,*
Lapidis prunell. ana ℥iij.

Mirum dictu qvanta bilioſi humoris copia, uſu hujus pulveris qvotidie una cum urina excreta fuerit, unde valde prædicabat dictum pulverem. Sed & pro hujus curæ colophone ſudorem alicui ſeqventi admodum profuit.

℞. *Bezoard. Solare* gran. x.
Eboris per vaporẽ calc. gr. iij.
ſuccin. albi præparati gr. vj.
Miſce. F. pulvis.

Atqve ita intra paucos dies ab Ictero mea Socrus liberata, ac perfectæ ſanitati reſtituta fuit.

OBSERVATIO & CURAT. XXXIII.
DE EODEM AFFECTU.

Nobilis Matrona N. Reiſenſteins / non febricitans & benè valens toto corpore croceo colore correptus, die decimo ſexto, anno 1621. me conſilii cauſa adiit, conqverens de faſtidio cibi, dolore dextri hypochondrii, & multis aliis ſymptomatibus, qvæ comitari ſolent Icterum. Hæc his paucis remediis miraculi inſtar ſtatim convaluit.

℞. *Rad. chelidon.*
centaur.
curcum. ana ℥j.
Herb. cuſcutæ,
centaur. min.
Capill. veneris ana M ſ.

Sem.

Sem. aqvilegij ℥ij.
Tartar. Vitriolat. ℥ij.
Agaric. trochiscat.
Rhabarb. ana ℥iij.
Zingiberis,
Macis ana ℈j.

Ex incisis fiat Nodulus, pro vino de hoc sumatur mane haustus tepidus.

Circa qvartam vero vespertinam de seqventi salium mixtura ℈j. plus minusvé ex aqva Cuscutæ vel Cichorei capiendus.

℞. *Tartari vitriolati,*
Lapis prunellæ ana ℥j.
Salis tartari ℈ij.
succini volatilis ℈j.

Qvibus ritè usurpatis vix elapso octiduo ab omni Icteritia libera evasit.

Nostræ mulierculæ solo semine aqvilegiæ, qvando laborant Icteritia se curant, qvod est expertum remedium.

Item decocto flor. chrysanth. qvod remedium certissimè juvat seqvens decoctum, præmissis præmittendis, est etiam sæpe probatum.

℞. *Marrubij,*
Fragariæ ana Mj.
Rhabarb. ℥j.
Rad curcumæ ℈iiij.
Croci orientalis,
Stamina lilior. albor. ana ℈j.
Sem. cumini,
Anisi ana ℥iß.
Baccar. laur. ℥j.
Nuc. moschat. Nro. j.
Herb. abrotan. Miſ.

Vini albi odoriferi lib. iiij. vel ℥v. coqve ad tertias. Icterus de hac potione sex dies manè haustum unum calidè sumptum, morbum Regium penitûs tollit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIV.

DE MORBO REGIO.

Filiola fratris mei unius anni, graviter Morbo Regio oppressa fuit: qvam paucis diebus per seqventia feliciter curavi, Deo sit laus.

 ℞. *Aqv.*

℞. *Aqv. cichor.* ℥ii ſ.
cuſcutæ,
geniſtæ,
gramin. ana ℥i ſ.
Syrup. d. cichor. cum rhabarb.
d. qvinq. radicibus ℥i ſ.
Miſce fiat Potio.

Pro roborando Epate præſcripſi:

℞. *Rot. ſpec. diarhod.*
diatr. ſant. ana ℥i ſ.
Dentur convenienter, & Sign. Leberküchlein.

In adultis felici cum ſucceſſu ſæpè uſus ſum Spiritu Salis in aqva Cichor. Cuſcutæ vel Marrubii.

OBSERVATIO & *CURATIO XXXV.*

DE EODEM MORBO.

Alio tempore præſcripſi puellæ ſeptem annorum, qvæ ſeqvuntur.

℞. *Aqv. acetoſ.* ℥i ſ.
Gram.
Cichor.
Lupul. ana ℥i ſ.
Spiritus ſalis gutt. vj.
roſar. gutt. iiij.
Manus Chriſti perl. ℥j.
M. D. S. Leber Mixtur.

Alio tempore curavi puerum decem annorum aut præter propter hauſtulo ſeqventi.

℞. *Syrup. d. cichor. cum rhab.*
polychreſti,
d. endiv.
Oxymell. ſ. ana ℥i ſ.
Aqv. cichor.
endiv. ℥i ſ.
borrag.
cuſcutæ ana ℥ ſ. vel ℥vj.
M. Fiat hauſtulus.

OBSERVATIO & *CURATIO XXXVI.*

DE ICTERO NIGRO.

Magiſter N. Canonicus Northuſanus, cum ageret annum qvinqvageſimū ter-

tium

tium variis & ſæviſſimis torqvebatur ſymptomatibus: nimirum dolore,tumore &punctionibus ſiniſtri hypochondrii ob Splenem obſtructum, aſthmate & tuſſi: excrementa egeſta erant aqvoſa, bilioſa, & maleolentia. Urina erat turbida & ſubnigra: Huic malo obviam ivi præſcriptis ſeqventibus, qvibus rite uſurpatis Deo auxiliante & remediis benedicente intra paucas ſeptimanas integræ ſanitati reſtitutus eſt.

℞. *Rhabarb.* ℈iiij.
Agarici ʒſ.
Cinamomi ℈j.

Infunde in ſ. q. aqvæ cuſcutæ & graminis, Colatur. expreſſ.

℞. ℥iiij.
Adde elect. de ſucco roſar. ʒij.
de pſillio ʒj.
Syrup. byzantini ℥j.

F. potiuncula purgatoria.

℞. *Sem. aqvilegij pulveriſati*
ana ℈iiij.
Croci ℈ſ.
Flor. antimon. fixor. gr. iij.

F. Pulvis qvi detur in aqv. Sambuci ad ſudandum.

℞. *Syrup. d. endiv.*
cichor.
polychreſt. ana ℥j.
Oxymell. ſqvillitici ℥ſ.
ſimplicis ʒvj.
Spiritus ſalis gutt. vj.
Aqv. Cinamomi ℥j.
endiv.
graminis,
Lupuli ana ℥j.

S. Safftlein.

Pro tollenda fæditate faciei adhibitum eſt fumigium ex aceto ſparſo ſuper ſilicem ignitum.

Ad delendum colorem croceum in oculis ſvaſi, in aliis, ut madefacerent oculos mane, meridie & veſperi aqva roſarum: qva mox depulſa eſt oculorum citrina ac ſublivida hallucinatio.

OBSERVATIO & CURAT. XXXVII.

DE

DE ICTU FULMINIS.

Accidit in Pago Saltza, Anno 1624. mense Augusto, ut duæ sorores lignatum exeant, inter qvas major natu viginti annorum, præter spem circa qvartam pomeridianam fulminis ictu periculose percutitur, media verò natu ex terrore concidit in lypothymiam. His domum ductis ego vocor, præscribens seqventia medicamenta.

℞. *Aqv. theriacal. meæ descriptionis* ℥ß. (vide Florilegium meum Chymicum pag. 193.
Aceti scordij ʒvj.
Mithridatij ℈j.
Aqv. scordij ℥iß.
Misce. S. Wässerlein zum schwitzen.

Post decem horas hæc potio repetivi.

Pro pede sinistro qvi ex ictu fulminis valde combustus & lividus erat.

℞. *Aqv. sperm. ranar.* ℥iiiiß.
Succi semper vivi,
portulacæ,
cancrorum contusorum *ana* ℥iij.
Myrrhæ,
Lapidis salutis Crollij ana ℥iß.
Cryst all. nitri ℥iij.

Hæc mixtura linteo imbuta tot dies applicetur, donec empyreuma extinctum sit.

Pro Lipothymia.

℞. *Aqv. Citri,*
Cinamomi,
vitæ restaurante an. ℥j.
Misce.

Vel

℞. *Aqv. rosar. in balneo destill.* *ana* ℥ij.
Lavandul.
Cinamomi,
vitæ restaurant. an. ℥iß.
Aceti flor. tunicar. ℥ij.
rosar. ℥iß.
Spiritus rosar. ℥iiß.
Misce.

Hæc aqv. spongiola Naribus, Pulsibus, Cordisq; regioni adhibita, potenter omissas vires reducit. Vide Florilegium meum pag. 227.

OBSER-

OBSERVATIO & CURAT. XXXVIII.

DE VERMIBUS.

Rustici cujusdam filiolus cùm multos vivos vermes una cum excrementis excerneret, & consilium meum peteret, svadeo, ut qvarto qvoqve die puer uteretur gutt. iij. Spiritus salis in jusculo carnis bubulæ. Qvod cum fersactum fuisset, ingentē vermium parvorum copiam puer egessit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIX.

DE VERMIBUS.

Pro filiolo meo olim præscripsi in suspicione & metu vermium; aderant enim tormina ventris, narium titillatio, venter tumidiusculus, dentium stridor &c.

℞. *Passul. laxativ. cum brodio ana* ℥j.
Syrupi polychrest. ℥ß.
Pulveris scordij,
rad. filic.
C. C. usti præparat. gr. xvj.
Corallinæ ℈j.
Salis absinthij gr. viiij.
Phlegma Vitrioli,
Spiritus salis ana gutt. xx.
M. deinde signentur Säfftlein.

℞. *Farin. lupin.*
Centaur. min.
Absinthij,
Sem. santon. ana ℥iiß.
Ol. absinthij
amygd. amar. ana q. s.
Ceræ parum.
Fiat Emplastrum.

Aliis.

℞. Essentiæ flor. persicor. cum Spiritu vini extract. gran. vij. vel ix. Dissolve in aqv. flor. persicor.

Vel:

℞. *Ol. absinthij* ℥iß.
abrotan. ℥j.
amygd. amara. ℥vj.

Pulv. sem. sancti,
rutæ,
nigell. ana ʒß.
Aloes succoter.
scordij ana ℈j.
Centaur. minor.
Tanaceti,
Lupin.
Dictamn. ana ʒß.
Corall. ver. ℈ij.
Camphoræ gran. viij.
Ceræ q. s. pro Ungvento.
S. Sälblein.

OBSERVATIO & CURATIO XL. DE LUMBRICIS.

Puer qvidam 11. annorũ Vermes plures in ventre habebat, qvi adeo ipsum lancinabant, ut aliqvando urgeretur extollere clamorem ingentem, vomituriebat qvoqve crebrò, maximè verò manè qvando surgeret è lecto, crebrasqve alvi dejectiones patiebatur, cum torminibus circa umbilicum, exibant qvoq; aliqvando cum alvi excrementis magna copia lumbricorum. Huic dedi seqventem pulverem.

℞. *Corallin.*
myrrh.
Sem. santon. ana ℈iiij.
Salis absinth. ʒj.
C. C. præpar. ℈ij.
F. pulvis subtilissimus, adde Spirit. salis gutt. vij.
Dosis est ʒß.

Est eqvidem hic pulvis gustu admodum amarus, sed virtute & operatione insignis. Ex qva paucis diebus à molesta hac affectione penitus puer liberatus est.

OBSERVATIO & CURATIO XLI. DE LUMBRICIS.

Filiola Ephippiarii Northusani annos septem nata, multis lumbricis vel vermibus infestabatur,

tur, qvod inde colligere poteram, qvòd sæpissime pateretur vomitus cibales, nauseam ac fastidium cibi, sitim continuã lancinationes & dolores circa umbilicum, virium prostratio, &c. Hunc subveni seqventibus.

℞. Spiritus salis ℥iß. D. in vitro parvo. Utatur sex vel septem diebus in jusculo singulis auroris gutt. vj. Sub vesperam verò ad expellendos & necandos vermes sumatur parum de seqventi pulvere.

℞. *Sem. santonici* ʒij.
C. C. vapore calcinati,
Lapid. prunell. ana ℈iiij.
Corallin.
Flor. tanacet.
Rad. dictamni,
rhabarb. ana ℈ij.

Fiat pulvis tenuissimus, qvi detur in vino.

℞. *Ol. absinthij* ʒij.
Succi fol. persic. ʒij.
Farin. lupinor. ʒiß.
Corall. rubri,
C. C. præp. ana ʒiij.

Incorporentur simul cum pauca terebinthina & cera, fiat ungventum.

Hoc pulvere & ungvento cum vix ter vel qvater usa fuisset, incredibilis vermium copia excreta fuit.

OBSERVATIO & *CURATIO XLII.*

DE VERMIBUS.

Puella Rustica qvinq; annorum, valde affligebatur vermibus, qvod patebat ex seqventibus signis; Ventriculus enim ejusqve orificium certis intervallis lancinabatur, cum ejecta apperentia, habebatq; etiam faciem pallidam, & per os aliqvando vermes ejiciebat. Præscripsi igitur seqventia.

℞. *Aqv. centaur. minor.*
florum persicor. ʒiß.
Extract. absinthij ℈ij.
Syrup. flor persicor. ʒj.
Lapidis prunellæ ʒß.
C. C. præparat. ℈ij.

Spir. salis gutt. x.

Misce.

De hac Mixtura sumantur pro dosi duo cochlearia.

℞. *Pulver. rhabarb.* ℈j.
Rad. mechaacan. nigræ gran. ij.

Misce.

Sumptis his medicamentis purgantibus multos lumbricos, tùm vivos, tùm mortuos, ut postea comperi, per ventrem ejecit.

OBSERVATIO & CURATIO XLIII.

DE LUMBRICIS.

Virgo nata annos viginti vermibus ventriculum mordentibus, Dolore Capitis, difficultate spirandi ac tussi cruciabatur, &c. Qvam ego curavi adhibitis hisce duobus medicamentis.

℞. *Aqv. centaur. min.*
absinthij,
florum persic ana ℥iij.

In qvibus ebulliant leniter
Conserv. absinthij,
enulæ ana ℥ʃ.

Decoctum clarificetur. colaturæ adde.

Extract juniper. ℈ij.
çedoaria ℈ʃ.
Magist. corallor. ʒʃ.
Salis absinthij ℈ij.
Syrup. acetos. citri ℥iij.
Spiritus salis gutt. x.
Manus Christi ℥j.

Dosis cochlear. bina. Ungatur Umbilicus qvoqve hoc linimento.

℞. *Olei menthæ,*
absinthij ana ℥ʃ.
Pulveris aloes ℈iiʃ.
colocynthid. ℈ʃ.
Ol. destillat. myrrhæ gutt. xx.
petrolei gutt. vij.
Ceræ q. s.

Fiat Linimentum.

OBSERVATIO & CURAT. XLIV.

DE

DE VERMIBUS.

Anno 1620. circa finem mensis Augusti, ad me venit paupercula qvędam mulier, secum adducens filiam novem annorum, petitq; ut pro Lumbricis, qvibus per semiamum filia atrociter afflicta fuisset, expertum remedium ei præscribere vellem. Ego non immemor mei officii petitioni seqventibus satisfeci.

℞. *Syrup. flor. persic.* ℥iii.
Oxymel. sqvillitici ℥j.
Extract. Zedoariæ gr. xv.
C. C. vapore calcinat. ʒß.
Corallinæ ℈j.
Salis tartari,
absinthij ana ℈ß.
Spiritus salis gutt. xij.
Misce.

OBSERVATIO & CURATIO XLV.

DE LUMBRICIS.

Puella qvatuor annos nata, Vermium lancinatione valde vexabatur; nam ei nares pruriebant, venter distendebatur cum multa torsione faucisqve dolore.

℞. *Corallin.*
Sem. santon.
plantag.
C. C. per vaporem calcinat. ana ℈j.
Rhabarb.
Agaric. trochiscat. ana ℈ij.
Radic. dictamni ℈j.
Sacch. in aqva graminis dissol. ana ℥iij.
F. rotulæ.

OBSERVATIO & CURATIO XLVI.

DE DOLORE DENTIUM.

Vir qvidam literatus qvadraginta annorũ patebatur intensissimum dolorem dentium, & qvamvis uteretur medicamentis expertis; attamen operatio eorum erat inanis & fru-

frustranea. Tandem ego in consilium vocatus, præscribo qvæ seqvuntur.

℞. *Extract. mechaacanni compos.* gr. vj.
cochiar.
aurear. ana gr. iij.
Trochisc. alhand. gr. ij.
Ol. anisi gutt. ij.
F. pil. cum syrup. de stæchade. S. HauptPillen.

Usa est etiam herbis contra dolorem dentium. Item Emplastro anodyno ad malam affectam, qvæ videre licet in Florilegio meo Chymico de dentium dolore.

Tandem cùm nulla remissio doloris appareret, adhibui seqventia.

℞. *Macis,*
nuc. mosch. ana ℈j.
cubebar. gr. xxv.
rad. pyretri,
Treos Florentini,
Sem. sinapi ana gr. viij.
Piperis,
Zingib. ana gr. v.
Pulverisata subtilissimè excipiantur cum pauxillo ceræ, & fiant pastilli masticatorii ad qvantitatem supini. S. Mundtüchlein.

OBSERVATIO & CURATIO XLVII.

DE DENTIUM DOLORE.

In alio sedavi acerbissimum dolorem dentium paucis istis seqventibus.

℞. *Pil. aurear.*
cochiar.
f. q. esse nolo ana ℈j.
Diagridij gr. iij.
Ol. anisi,
fœnic. ana gutt. j.
F. pil. Nro. xxj. cum syrup. de stæchade. S. Pillen.

℞. *Radic. pyrethri,*
Verbenæ ana ʒß.
Solani ʒij.
Rad. ireos nostr.
pæoniæ,
enulæ,
glycyrrh. ana ʒiiß.
Herb. beton.

Ori-

Origan.
majoran. ana ℨij.
hyſſopi,
plantag.
roſar. rubr. ana p. ij.

Ex inciſ. & contuſ. Fiat decoctum cum aqva fontana. S. Mundſpülung.

OBSERVATIO & CURATIO XLVIII.

DE DENTIUM DOLORE.

Vidua qvædam corripiebatur dolore dentium, qvi ſine dubio oriebatur à defluxionibus ſalſis è capite in maxillas & fauces delabentibus, uti in ore easdem defluxiones percipiebat, qvi dolor ita indies augebatur, præ doloris ſævitia & magnitudine vix ubi conſiſteret, aut qvidnam ageret, ſciret. Sumſerat qvidem doſin pilularum Aloephanginarum, ſed cum dolor non mitiaretur, hinc utitur meo conſilio. Præſcribo igitur ſeqventia, qvibus tandem ab hoc moleſtiſſimo dolore liberata fuit.

℞. *Aqv. ſerpill.*
ſalviæ ana ℨiij.
Spiritus Vitrioli ℈ſ.

Commiſceantur, & de hoc calidè aliqvid detineatur in ore, & colluendo dentes.

℞. *Ungvent. Arragon.*
roſar. ana ℥ſ. ℨiij.
Storacis liqvidæ,
Ol. nuc. moſch. expreſſ. an. ℨj.
Vitrioli calcinati ℨiſ.
Ol. roſar. compoſ. ℨſ.
ſpicæ ℈ſ.
Spir. ſulphuris per campanam facti gutt. xij.

Fiat Ungventum, qvo inungatur locum, ubi dolor, bis in die.

OBSERVATIO & CURATIO XLIX.

DE

DE DENTIUM DOLORE.

Senex nonagenarius ob dentes perforatos & erosos dolorem magnũ patiebatur, & qvamvis usurparetur, multa medicamenta; attamen omnia erant incassa, tandem ad me consilii causa venit, & à me purgans seqvens, qvod benè profuit, cum decocto aliqvo accepit.

℞. *Pulveris diasenæ Montagnanæ* ℈ij.
Diagridij gran. iiij.
Ol. stillat. macis,
cubebar. ana gutt. j.

Misce. F. pulvis, qvi paretur in duplo, & detur duabus horis post cœnam, qvæ sit parca, duobus diebus continuis.

℞. *Rasuræ Ligni sancti an.* ℥vj. vel ℥j.
Aqv. fontan. q. s.

Fiat decoctum. De colatura recipe aliqvot cochlearia, qvæ detineantur in ore aliqvandiu, & postea expuantur.

OBSERVATIO & CURATIO L.

DE DENTIUM DOLORE.

In aliis & qvidem multis sæpissimè acerbissimos dentium dolores sedavi seqvẽtibus remediis, qvæ hic inserere placuit. Laudanum opiatum denti dolenti inditum, miraculi instar sedat dolorem dentium.

Oleum heraclinum Rulandi idem præstat.

Idem præstat decoctum Gvajaci cum vino & aqva paratum.

Ol. spicæ, vel garyophillor. dolenti denti inditum, certissimè sopit dolores dentium. Radices pyretri dentibus perforatis impositæ dolorem protinus solvunt. Acetum rosarum confert eidem affectui.

℞. Sambuci viridis corticum interiorum M j. Coqvatur in vino, & decoctum teneatur in ore.

Oleum

Oleum juniper. si id bombace exceptum dentibus imponatur, efficaciter operatur.

℞. *Laudani opiat. vel opij crudi ana* ℈ij.
Sem. jusqviami,
apij ana gr. xvj.

Fiant pil. vj. cum syrup. de papavere, qvas ægrotus, donec dolor cessat, intra dentes teneat.

Aliqvando ligni Gvajaci rasuram coxi in aqva communi, & magno cum juvamine conqverentibus de dolore dentium adhibui.

℞. *Mastichis,*
Sem. staphysagr. ana ʒj.
Sem. hyoscyami ℈ſ.

Fiant duo globuli in panno lineo raro, qvorum unus post alterum masticetur, & sic omni dolore patiens liberabitur.

Multis qvoqve profui in odontalgia Spiritu sambuci.

Vel.

℞. *C. C. ust. præp.* ʒj.
Vini boni libr. ſ.

Coqve & utere. Hoc profecto non malum remedium, sed sæpè probatum.

℞. *Rosar. rubr.*
Folior. querc.
Herb. sabinæ ana p. ij.
aluminis ʒj.

Coqvantur in Vino rubro. De hoc detine aliqvid in ore.

Theriaca Emplastri instar supra genam applicata juvat.

Emplastrum anodynum.

℞. *Medullæ panis* ℥iij.
Coqvantur in lacte.
adde *farin.*
Sem. lini,
Olei rosar.
chamomillæ ana ℥j.
Croci ℈j.

Contundantur & applicentur.

Sécretum magnum.

℞. Pyrit. Feurſteine q. v. contunde eos crasso modo, adde acet. q. s. coqve & fumum excipe per tritorium.

Secretũ Medici Regis Poloniç.

Magnetem sereno cælo pulverisa, calcina in olla vitreata, donec viridescat, ex hoc cum farina subtilissima Vino &

gummi traganth. fiant rotulæ dentibus impositæ, dolorem dentium in momento sistentes.

℞. *Ol. garyophyllor.*
Spir. terebinthin. ana ℈j.
Camphor. gr. iiij.

Gossipium imbutum hoc liqvore indentur denti, idqve ter aut qvater in die.

OBSERVATIO
&
CURATIO LI.

DE MOLESTISSIMO DOlore dentium.

Secretarius qvidam Vir qvadraginta annorum intẽsissimo dolore dentium cruciabatur, & qvamvis uteretur multorum doctorum virorum consiliis, attamen iis sine ullo affectu. Tandem ad me venit, maximoperè petens, ut arte mea ipsum juvare velim. Præscribo igitur seqventia.

℞. *Aqv. solatri* ℥iiij.
Spiritus Vitrioli q. s.

Pro dulcore amabilis, qvibus qvidem dolor sedatus est, sed post aliqvot horas rediit.

Tento ideo alia.

℞. *Maß. pilular. rosar.*
angelicar.
Augustanorum anæ ʒß.
Scammon. sulphurat. gr. xxv.

Misce. F. cum arcano Tartari q. s. Pil. instar aloaph. Aspergantur pulv. glycyrrhizæ. D. S. Pillen 17. oder 19. auff einmal zunehmen.

His pilulis qvidem sedatus est dolor, sed post biduum recrudescebat dolor.

Hinc instituo venæ sectionem, in sinistro brachio: sed cum ista nihil lenitionis afferret, applicavi cucurbitulas in scapulis, primo sine scarificatione, postea cum scarificatione (qvia plethoricus erat) ad avertendum affluxum, adhibeo etiam frictiones in dorso, & collo scapulisqve cum pannis calidis suffumigatis mastiche & succino: Item lotiones pedum;

dum: Ex herbis flor. chamomill. malvæ, origani, melilot. meliss. &c. etiam ad divertendum materiam à capite ad pedes, sed omnia sine fructu. Converto igitur me ad seqvẽs Emplastrum.

℞. *Flor. chamomill.*
melilot.
rosar. rubr.
Herb. plantag.
Sem. myrtillor.
Medull. panis similacei an. ℥ſ.
Coqve in ſ. q. aqvæ pro pulte, adde olei anethi ℥j.
Camphoræ in Spiritu Vini dissolutæ ℈ij.
F. Cataplasma.

Misce. F. Emplastrũ. Qvamdiu impositum habebat Cataplasma hoc, tamdiu optimum levamen percipiebat, cum remissione doloris, eo vero remoto mox iterum præsto erat dolor. (In aliis usus sum solo Emplastr. de meliloto.) Tandem confugio ad vesicatoria scapulis apposita (in aliis posui aliqvando ejusmodi vesicatoria post aures, sed plerunqve memoriam lædere solent) & ad Enemata revellentia; Item svasi, ut sibi à perito Chyrurgo fonticulum poni curaret.

Et finem ita curationi imposui. Qvibus Secretarius ab hoc molestissimo dentium dolore, mira Dei benignitate, liberatus ac pristinæ valetudini restitutus est.

OBSERVATIO & CURATIO LI.

DE SUMPTO PHILTRO.

Ancilla cujusdam Aulici in nuptiis N. N. à qvodam juvene, homine deformi & lascivo, propinatum philtrum bibit, qvod sine omni suspicione totum exhaurit. Post paucas horas sentit compressionem pectoris, difficultatem spirandi, vomitus continuos, & omnium membrorum lassitudinem cum ingenti dolore capitis. Ego ab hero vocatus, ex relatione ejus de his omni-

bus certior factus, statim dedi seqventia.

℞. Syrupi Emetici nostræ descriptionis ℥ß. (vide Florileg. meum pag. 81.) S. Brechsäfftlein.

Ex qvo qvater vomuit & qvater cacavit. Post horas octo præscribo.

℞. *Aqv. theriacalis camphoratæ nostræ descriptionis* ℥ß.
Aqv. scordij,
cardobened. ana ℥iß.
Syrup. acetos. citri ℥vj.
Misce. S. Schwitzwasser.

℞. *Conserv. citri,*
arantiar.
anthos,
rosar. cum spiritu Vitrioli ana ℥vj.
Specier. diambr.
diamosch. d. aromat. ros. Gabriel. ana ʒß.
Magister. corall,
perlar. ana ℈j.
Syrup. acetos. citri q. s.
Fiat conditum. S. Stärckunge.

OBSERVATIO & CURATIO LII.

DE FEBRE TERTIANA intermittente.

Corripiebatur circa festum Pentecostes tertiana simplici intermittente, Dominus Johannes Prætorius juris Studiosus, jamqve qvatuor paroxysmos seu insultus febriles sustinuerat, qvando me consuleret, seqventi purgante sumto statim à Febre liberabatur, unico tantùm paroxysmo adhuc subseqvente, eoqve levi & exiguo.

℞. *MP. antitartar. Qvercetani ana* ℈ß. gr. viij.
Rosin. scammonij gr. vij.
Trochisc. alhandal. gr. iij.
Ol. anisi,
fænic. ana gutt. ij.
Fiant pil. Nro. xxv. S. Pillen.

Conditum etiam confortans & refrigerans præscripsi.

℞. *Conserv. rosar. cum Spiritu Vitrioli,*
florum

florum cichor.
violar. ana ℥vj.
Cort. citri condit. minutissim. incis.
Lactuc. Italicæ ana ℥ß.
Spec. diatr. santallon.
diarh. Abbat. ana ℥j.
Syrup. acetos. citri,
de succ. berb. ana q. s.
F. Conditum.

OBSERVATIO & CURATIO LIII.

DE ABOLITO ODERATU.

Johannes Nigrinus Colonus Osterodensis, cum in hyeme & aëris inclementia sæpissimè proficisceretur Northusam & inde, ob obstructionem Ossis ethmoidis defectum odoratus pateretur, affectui huic obviam ire volui seqventibus medicamentis.

℞. *Magister. Galap.* gr. xiiij.
Gummi de Peru gr. viij.
Diagridij sulphurati gr. iiij.
Conserv. citri,
borrag.
cortic. citri ana ℈j.
Ol. cinamomi gutt. ij.
Sacch. albiss. in aqv. borrag. & cinamomi dissoluti q. s.
F. Morsuli Nro. ij. D. S. Purgiermorschellen auf 2mal.

Facta evacuatione ei consului, ut oleo vel balsamo succini nares manè & vesperi illiniret, vel ejus loco rutam cum aceto contusam naribus freqventer applicaret. Si verò hæc omnia parum, vel nihil conferre viderentur, ut decoctum ex seqventibus herbis paratum adhiberet. Cujus brodium seu Vaporem exhalantem calidum naribus diligenter exciperet.

℞. *Rad. yreos* ℥vj.
Fol. laur. ℥ß.
Herb. hyssop.
rutæ,
serpill. ana Mj.
Sem. nigell. ℥ß.
Flor. anthos. p. ij.

Hæc omnia contusa prius coqve in aceto & vino.

OBSERVATIO & CURATIO LIV.

DE LEVI OBSTRUCTIONE EPATIS.

Dominus Philippus Erich/ homo literatus, conqverebatur de levi obstructione Epatis, qvam comitabantur dolores punctorii per intervalla recurrentes, & gravitas qvædam dextri hypochondrii: Huic malo obviam eundum duxi seqventibus.

℞. *Syrup. d. cichor. cum rhab. ana* ℥iß.
Eupatorij ℥j.
Extr. mei Splenetic. ℥iß.
granorum juniper. ℥j.
Aqv. cichor.
fumar: ana ℥ij.
Spiritus Tartari ℥ß.
Vitrioli gutt. x.
Misce pro tribus dosibus.

OBSERVATIO & CURATIO LV.

DE CONSTIPATIONE alvi cum interno calore præternaturali ac tussi.

Ancilla mea Filia Pastoris Svendani, habebat qvatriduum constipatam & obstructam alvum; cui malo etiam adjunctus erat calor præternaturalis & vehemens tussis. Hinc videbatur ad phthisin inclinare. In hoc casu rogabat meum consilium. De clystere aliqvo protinus injiciendo mentionem faci, præparatum est itaq; hoc Enema.

℞. *Radic. cichor.*
althææ,
lilior. albor. ana ℥ß.
Herb. malvæ,
violar.
parietar.
lactuc. ana Mj.
Sem. lini,
fænugræc. ana ℥ß.
frigid. major. ana ℥j.
Flor. Violar.
borrag.
nymph. alb. ana p. j.
chamomill.
melilot.

melilot. ana M ſ.
Prunor. Damaſcen. Nro. x.
Coqvantur in ſ. q. aqvæ hordei ad ℥xij.
Colaturæ adde
Ol. Violar.
lilior. alb. ana ℥j.
Mellis Violar. ℥iſ.
Sacch. rubr. ℥vj.
Salis communis ℥j.
F. Clyſter.

Ad tuſſim utebatur ſeqventi Eclegmate.

℞. *Syrup. Violar.*
jejub.
d. glycyrrh. ana ℥j.
Loh ſan. & expert. ℥iſ.
Extract. glycyrrh. ℥j.
Flor. ſulphur. ʒſ.
Aqv. ſcabioſ. q. ſ.
Miſce.

OBSERVATIO & CURATIO LVI. DE DIARRHOEA PItuitoſa.

Anno 1630. menſe Auguſto ad me venit Ruſticus Breitenſteinenſis, enarrans qvod contorqveretur inuſitato alvi profluvio, qvi videbatur, qvotidie incrementum ſumere, & hinc metuendum, ne tale profluvium tandem in dyſenteriam abiret. Materia, qvæ ejiciebatur erat partim pituitoſa & ſpumoſa, partim cruenta & liqvida, inteſtina mordicans, & dolorem ventris excitans. Ego ſvadeo uſum Clyſteris, ad eluenda inteſtina ab acribus humoribus, verùm cum hoc conſilium ægrotanti non placeret, mutavi animum; & pro abſterſione inteſtinorum præſcribo ſeqventia.

℞. *Hordei non excorticati* Mj.
Herb. agrimon. M ſ.
Radic. graminum ℥ſ.
Coqve in ſufficienti qvantitate aqvæ pro lib. iij.
Colatur. adde Sacch. rubr. ℥iſ.
Spir. Vitrioli gutt. vij.
Miſce.

De hoc decocto Hordei qvotidie bibebat pro placito.

Ad Obſtructionem aperiendam, nimium profluvium inhiben-

hibendum & ventriculum debilem confortandum de seqventibus qvotidie aliqvid sumsit.

℞. *Syrup. de absinthio,*
de mentha,
de mastiche,
granator. acidor. ℥ij.
de cinamomi ℥jſ.
Miſce. S. Safft.

His per aliqvot dies rite usurpatis, à diarrhœa iſta liber evaſit.

OBSERVATIO & CURATIO LVII.

DE DIARRHOEA IN PUella trium annorum.

Filiola mea trium annorum patiebatur fluxum alvi pituitoſum, cui affectui conjungebatur virium maxima imbecillitas, aderat qvoqve appetitus proſtratus & calor febrilis, excrementa erant liqvida alba & pituitoſa. Præſcribo ſeqventia, qvibus remediis intra qvatuor dies ſanitati reſtituta eſt.

℞. *Syrup. de cinamomi* ℥iſ.
granator. acid. ℥j.
d. absinth. ʒvj.
acetoſit. citri ℥j.
Magiſter. Corall. ℈j.
Miſce.

℞. *Ol. de abſinthio* ʒſ.
cydon. ʒvj.
ſtillat. maſtichis gutt. vj.
menthæ,
garyophyll. ana gutt. iij.
Pulveris nucis moſch.
corallorum ana ℈j.
F. Ungventum cum pauca cera.

Syruporum doſis erat ſingulis diebus cochl. tria.

OBSERVATIO & CURATIO LVIII.

DE DIARRHOEA.

Alio tempore poſt multas vomitiones, alviqve excretiones, mate-

materiæ albæ, viſcoſæ & pituitoſæ, præſcripſi puerulo ea qvæ ſeqvuntur.

Pro abſterſione humorum excrementitiorum.

℞. *Mellis roſat. colat.* ℥iſ.
Syrup. d. cichor. cum Rhabarb. *ana* ℥j.
Miſce.

℞. *Magiſter. corall.*
perlarum ana ℈j.
C. C. præp.
Anyli,
Terræ ſigillatæ Pulver. tormentillæ ana ℈ſ.
Manus Chriſti perl. ℥ij.
F. pulvis. S. Pulverlein.

OBSERVATIO & CURATIO LIX.

DE VERTIGINE CAPITIS dolore & tremore Cordis.

Patiebatur olim juvenis qvidam vertiginem ac dolorem capitis, cum tremore & anguſtia cordis, ob mœrorem qvendam diuturnum contractum ex inſperato ac adverſo Caſu. Cogitavi igitur qvomodo corroborarem Caput & Cor & illa ad naturalem temperiem reducerem, qvod ſeqventibus morſulis præſtiti.

℞. *Extract. anthos,*
meliſſ. ana ℈j.
Spec. diambr. ʒſ.
diamoſch. d.
arom. roſat. Gabr. ℈j.
Cubebar.
Cardamom.
Cinamomi ana gr. xviij.
Ol. deſtill. majoran. gutt. iiij.
cinamomi,
meliſſ.
anthos ana gutt. ij.
Sacch. diſſolut. in aqva citri & cinamomi ana q. ſ.
F. confectio Morſellorum.

OBSERVATIO & CURATIO LX.

DE CALORE QVODAM *præternaturali.*

Vitriarius Elricensis afficiebatur subitaneo calore præternaturali, capitis dolore, ac vehementi siti. Imploravit igitur meum consilium, qvod ei attuli seqventis julapii præscriptione.

℞. *Aqv. acetos.*
lactucæ,
cichor.
cerasor. acidor.
endiv. ana ℥iiij.

In qvibus ebulliant unica vel altera ebullitione.

Conserv. violar.
rosar. alb.
flor. cichor.
nymph. ana ℥j.
Passular. Corinthi. ℥ß.
Syrup. acetos. citri,
colaturæ adde ℥iij.

Fiat julapium.

Vix dimidium de eo hausit, qvin calor omnis evanuit. Svaseram eqvidem ut levi purgatione uteretur ad evacuandam humorum superfluitatem: verùm respuebat eam asserens se nauseare vehementer omnem medicinam alvum moventem.

OBSERVATIO & CURATIO LXI.

DE COMBUSTIONE PEDIS *sinistri.*

Anno 1659. accidit, ut cum per mensem Januarium intensissimũ esset frigus, noctu ad pedes calefaciendos sacculum impletum nucleis cerasorum nigrorum dulcium (Nostrates vocant Kernsack) supra fornacem calefactum pedibus meis imponi jubeo. Hoc facto obdormisco & nihil mali timens aliqvot horas placidè qviesco. Post mediam noctem à dolore pedis sinistri è somno excitor, animadvertens in prædicto pede plurimas pustulas erupisse. Accersito igitur Chirurgo

rurgo inciduntur puſtulæ, è qvibus multum aqvæ promanat, & poſtea impoſito Emplaſtro de ſpermate ranarum puſtulæ ſanantur, inde in publicum iterum prodeo. Sed qvid fit? poſt qvatuor dies incipit per intumeſcere, cum ingenti dolore & rubedine, proſtrato appetitu & omnium virium debilitate. Ex hoc facilè colligere potui, me antea curam ſiniſtrè inſtituiſſe, & jam nunc aliter procedendum eſſe. Præſcribo igitur mihi ſeqventia.

℞. *Aqv. Cardobened.* ℥ij.
acetoſæ ℥j.
Spiritus tartari gutt. x.
Veneris gutt. v.
Salis abſinthij ℈j.
Cardobened. ℈ſ.
C. C. uſti præp. gran. vij.
Syrup. acetoſ. citri ℥j.
Fiat mixtura.

℞. *Spec. aperativ. alterativ. ana* p. iij.
Flor. cordial. p. ij.
Coqve in ſ. q. aqv. part. iij.
Vini part. ij.
Colaturæ ℥iiiſ. infundantur per noctem.
Fol. ſen. ℥iiiſ.
Rad. galap.
mechaacan. ana ℈ij.
Macis ℈j.
Zingib. ℈ſ.
Cremor. tartari ℨſ.
Mane colentur & ℞. colaturæ ℥iiſ.
Aqvæ cinamomi ℨſ.
Miſce. S. Purgiertrâncklein.

℞. *Boli Armeni albi* ℥iij.
Lythargyrij ℥j.
Maſtichis,
Myrrhæ ana ℨſ.
Olibani ℨvj.
Aqv. plantag.
d. ſperm. ran.
ſambuci ana ℨviij.
Coqve & colaturam ſerva ad uſum. Signetur Vmbſchlag.

Et ſic binis ſeptimanis ab inchoata cura integrè reſtitutus ſum.

OBSERVATIO & CURATIO LXII.

DE DIARRHOEA IN puerulo.

Filiolus sororis meæ triennis alvi profluvio maximo infestabatur, & adcò ut singulis diebus octies vel decies ad sellam ire cogeretur, duraverat hoc malum per 12. circiter dies: Hinc seqvebatur virium insignis debilitas. Mater ejus ad restringendum hunc fluxum ei exhibuit & propinavit Lac amygdalinum, in qvo extinctus erat octies vel novies chalybs ignitus: sed cùm parum levaminis inde perciperet, rogatus seqventia præscribo.

℞. *Ol. cydon.*
mastich. ana ℥j.
Corall. præpar.
Pulv. nuc. mosch. ana ʒj.
Ol. destill. mastich. gutt. x.
menthæ gutt. viij.
Misce pro Ungvento molli.

Per os una cum supra dicto Lacte amygdalino dabatur ei qvoqve nonnihil de seqventi pulvere.

℞. *Corallor. rubr. præp.*
C. C. vapore calcinati ana ʒiß.
Trochisc. de carabe,
Boli Armeni veri,
Pulv. rad. tormentill. ana ℈ij.
Misce pro pulvere tenuissimo.

Qvibus tandem hæc diarrhœa restricta fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXIII.

DE EODEM AFFECTU.

Rusticus qvidam in Pago Roßleben/ incidit in gravem alvi fluxū; qvi implorans meam operam in medendo, seqventibus medicamentis Dei nutu curatus est felicissimè.

℞. *Pulver. rhabarb.* ℈ij.
Aqvæ hord. ℥iß.
Mellis rosat. colat. ℥ß.
Misce. S. Abstergir Trāncklein.

Post evacuatam materiam dedi seqventia.

℞. Con-

℞. *Conserv. rof. antiq.* ℥iſ.
Pulv. rosar. rubr. ʒj.
Corall. rubr. præp. ʒſ.
Boli Armeni veri ℈ij.
Syrup. myrtin.
Rob. ribium ana q. ſ.
Miſce & da qvatuor vel qvinqve vicibus.

OBSERVATIO & CURATIO LXIV.

DE FEBRI IN INFANTE.

Filiolus unius anni, Domini Magiſtri *W*ilhelmi *W*ehleri, primarii Paſtoris hujus loci, febri corripitur cum tuſſi, vigiliis contiis, atqve alvo adſtricta. Ex meo conſilio igitur injicitur hoc Enema.

℞. *Rad. lilior. albor.*
althææ ana ℥ſ.
Herb. chamomill.
Violar. ana Mſ.
Sem. lini,
fænugr. ana ʒiij.
Coqve in aqva comm. ad ℥iiiſ.
In colatura diſſolve mell. roſat. ana ℥ſ.
Ol. lilior. albor. ʒvj.

Miſce pro Clyſtere, qvi injiciebatur circa horam ſextam veſpertinam.

Alvo ſic à ſuburra vitioſoſorum humorum liberata, dedi hanc mixturam confortantem, ac calorem febrilem contemperantem.

℞. *Syrup. acetoſ. citri,*
violar.
ribium,
berber. ana ℥j.
Spec. diamargarit. frig. ℈iiſ.
Magiſter. corallor.
lapid. qvinq. pretioſ. ℈ſ.
Miſce.
Doſis cochl. parvũ per vices.

Deniqve dedi ei hunc pulverem ſudoriferum.

℞. *Antimon. diaphoret.* gr. iij.
C. C. vapor. caldin. gr. ij.
Aqv. cardobened. ℥j.

Ex hiſce rite adhibitis paulò poſt convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO LXV.

DE COELIACA AFFEctione.

Coeliaca affectio est celer esculentorum & potulentorũ ex ventriculo ad intestina transitus, qvo illa chyli aut cremoris specie profluunt.

Hoc affectu corripiebatur ex obstructione venarum mesaraicarum Johannes Denstet Vir qvadraginta annorum. Qvotidiè enim stimulabatur ad deponendam alvum, plerunqve post sex vel octo horas à cibo, cum maximis torminibus ventris & perpetuis ructibus è ventriculo ascendentibus. Venter qvoqve intumescebat, ut vereretur de Tympanite. Propterea cum viderem hunc affectum nihil remittere, sed indies potius augescere, maturè illi occurrendum duxi seqventibus medicamentis.

℞. *Radic. fænic.* ℥iſ.
Cichor. ℥j.
Herb. chamædr.
beton.
agrimon. ana Mj.
absinthÿ Mſ.
Sem. anisi,
fænicul. ana ʒj.

Fiat decoctio in aqva communi pro libr. j. colatur. adde

Syrup. d. cichor. cum rhabarb.
de eupatorio ana ℥iſ.

De hoc decocto qvotidiè sumsit ℥iij. Continãdo per aliqvot dies, & dictu mirum qvàm insigniter ægrotus levatus fuerit, pristinæqve sanitati restitutus. Deo optimo maximo sit laus & gratia sempiterna pro hoc beneficio.

OBSERVATIO & CURATIO LXVI.

DE CORDIS PALPITAtione ex obstructione Lienis.

Rustici cujusdam Uxor annorum triginta infestabatur crebra palpitatione Cordis cum anexoria, nausea ciborum, & facici

faciei pallido colore, fortaſſe ex obſtructione Lienis, qvod inde conjecturabam, qvod aderant circa Lienis regionem gravitas, durities & punctiones. Uſa igitur ſeqventibus medicamentis, Dei benignitate, priſtina ſanitati per me reſtituta eſt.

℞. *Syrup. borrag.*
bugloſſ. ana ℥iſ.
de pomis,
è ſucco citri ana ℥j.
cinamomi ℥ſ.
Spir. meliſſæ ℥ij.
Aqv. citri
cinamomi ℥vj.

Miſce. De hac mixtura capiebat cochleare j. Poſtmodum purgavi eam ſeqventibus pilulis.

℞. *Maſſ. pilular. tartar. Qverc.*
Extract. panchym. Croll. ana gran. vj.
Galap.
ſcamnon.
fol. ſenæ ana gr. iij.
Ol. carvi gutt. ij.
Eſſent. ſcolopendr. q. ſ. ad formand. pilul. Nro. xxj.

Dentur ad ſchatulam. S. Pillen.

Cordis regioni apponi juſſi ſeqventem ſacculum.

℞. *flor. borrag.*
bugloſſ.
violar.
anthos,
roſar. ana Mſ.
Herb. meliſſæ,
ocymi ana pug. ij.
Cort. citri,
arantiar. ana ℥iſ.
Cinamomi, Macis ana ℥ſ.
Spiritus meliſſ. ℥ij.
Ol. nucis moſch.
citri ana gutt. ij.

Incidantur & includantur ſacculo lineo, qvi vino generoſo madefactus & expreſſus tepidè apponatur Cordi.

OBSERVATIO & *CURAT. LXVII.*

DE DOLORE INGENTI in Suris.

Capitaneus Valentinus Rothmahler / Vir qvinqvagin-

qvaginta annorum, in suris acerbissimo dolore angebatur, qvem ut mitigaret multis medicamentis usus est, sed omnibus sine fructu.

Tandem ad me ventum est: Ergo præscribo seqventia, qvorum beneficio pristinæ sanitati Dei nutu, intra paucos dies, restitutus est.

℞. *Ol. lilior. albor.*
anethi,
chamomill.
amygd. d. ana ℥j.
Nuc. mosch. express.
Opij ana ℈j.
Pingued. galli,
anatis, ana ʒvj.

Fiat Ungventum cum pauca cera. S. Salbe wider die Wehe.

OBSERVATIO & CURATIO LXVIII.

DE DOLORE IN CRURE.

Johannes Gruber, Frater monetarii Northusani, cùm dolore intolerabili in crure afficeretur, & nemo hunc dolorem sedare vel lenire valeret, tandem, auxilio Dei, per hæc medicamenta à me curatus est.

℞. *Ol. amyd. d. sesamini,*
Butyri s. s.
Ol. Violar.
Verbasci ana ℥j.
Liqv. muniæ transmar. ʒiß.
Medull. crurum boum,
Adipis anatis,
gallinæ ana ʒß.
Vitel. ovorum Nro. vij.
Croci. ℈ij.
Opij thebaici ʒß.
Camphoræ ℈ij.
Ceræ q. s. pro Linimento.

Vide Florilegium meum in qvarto de Ungventis Anodynis.

Seqvens Ungventum mirè lenit dolores.

℞. *Ol. Cheiri,*
verbasci,
violar.
amygd. d. sesam. ana ʒß.
Butyri s. s. ʒvj.
Croci ℈j.
Opij ʒß.

Vitell.

Vitell. Nro. ij.
Ceræ. q. s. pro Linimento vel Ungvento.

OBSERVATIO & CURATIO LXIX.

DE FLATULENTA MAteria ventriculi.

Jonas Balcke/ civis Stolbergensis, patiebatur flatulentam affectionem ventriculi, qvæ mea opinione ortum ducebat ex obstructo Meseræo, qvam meam sententiam qvoqve felicis medicationis eventus approbavit, datis enim & præscriptis medicamentis deoppilativis spacio octiduo ad meliorem sanitatem restitutus est.

℞. *Rad. cichor.*
eringij,
fæniculi ana ℥iij.
Polypodij q. ℥s.
Cort. rad. capp.
tamarisc. ana ℥ij.
Herb. absinthij,
beton.
veronicæ ana Mj.
Sem. aqvilegij,
fænic.
anisi ana ℥is.
cumini,
carvi ana ℈ij.
Fol. sen. Alexandr. ℥s.
Agarici ℥ij.
Rhabarb. ℥j.
Epythimi ℥is.
Cinamomi ℈iiij.
Spic. Indicæ ℥s.

Incidantur minutim omnia, ex qvibus paretur Nodulus è syndone cum appenso filo oblongo.

Imposuit hunc Nodulum in vinum absinthide, & de eo bibit qvotidiè. A cibo ipsi commendavi usum seqventis tragematis.

℞. *Panis sacchar.* ℥s.
Carnis cydon. sicc. ℥s.
Nuc. mosch.
Corall. rub. præpar. ana ℥j.
Rosar. rubr.
Conf. seminis anisi,
coriandri,
fæniculi,

carvi ana ℥j.
Spec. aromat. rof. Gabriel. ℥ß.
Sacch. rofat. tabulati q. f.
Pro dulci fapore.

OBSERVATIO & CURATIO LXX.

DE MALO HYPOCHONdriaco.

Senator Franckenhufanus qveritur de malo hypochondriaco, cujus rei figna erant ventriculi dolores, alvi adftrictio, æftus & pulfatio hypochondriorum, urina modo tenuis, modo turbida, flatus multi, anxietas Cordis, refpiratio difficilis, palati, oris & lingvæ ficcitas, cerebri perturbatio &c. Hic confuluerat Pharmacopæum Empiricum, qvi ipfi exhibuit pulverem purgantem, ex cui ufu pejus in pofterum habuit, & paroxyfmos acerbiores expertus fuit. Relicto igitur prædicto Pharmacopæo, me accedit, fidele confilium petens. Ego præfcribo ægrotanti feqventia, unde Dei auxilio factum, ut Patiens poft 12. dies priftinæ valetudini reftitutus fuerit.

℞. MP. *antitartar. Qvercetani, de ammoniaco ana* ℈ß.
Refin. Galap. gr. v.
Magifter. gummi de Peru.
Scammonij fulphurati gr. ij.
Olei macis,
anifi ana gutt. j.
Cum Tinctura tartari, fiant pil. Nro. xxv. inauratæ. D. ad pyxidem ligneam. Signentur Pillen auff einmal.

℞. *Magifter. Martis liqvidi cum fucco citri Mynfichti* ℥ß.
Effentiæ fcolopendr.
Spiritus cochlear. optimi ℥ij.
Mifce, dentur in vitro benè merito. S. Eröffnungs Effentz.

℞. *Spir. flor fambuc.*
cochleariæ,
Mixtura in peracutis ℥iiß.
S. Schweißwässerlein.

USUS.

USUS.

De Essentia deoppilativa sumuntur guttulæ 50. diebus sex continuis in brodio calido bovis.

Hoc facto deglutiuntur pilulæ. Postea iterum sumitur Essentia deoppillativa usqve dum in totum consumitur.

Deinde adhuc semel purgatur.

Hoc iterum peracto semper post effluxos qvatuordecim dies sumuntur xxxvj. gut. Spirituum in ℥iſ. aqv. Cardobenedict. manè ad eliciendum sudorem.

OBSERVATIO & CURAT. LXXI.

DE MELANCHOLIA HYpochondriaca.

Dominus Consul Valentinus Gothus laborabat Melancholiæ illius specie, qvã Arabes vel Neoterici Mirachialem hypochondriacam nuncupant. Caput enim ejus ex levissima causa vel commotone vertigine tentabatur, aures sæpe tinniebant, respirationem solito difficiliorem experiebatur, Cordis etiam aderat tremor, Vigiliæ noctu infestabant, concoctionem ventriculi debilem sentiebat, cum nidorosis & acidis ructibus, tensionem & dolorem circa sinistrum hypochondriõ percipiebat. Ad tollendum hunc affectum morbificum opera multorum prestantissimorum Medicorum usus erat, sed parum ipsi fructuosa ac salutari. Tandem igitur me consulens rogabat, ut si qvid remedii calerem, qvod ad tollendum istum morbum faceret id ei communicare non dedignarer. Voto igitur petitioni ejus satisfacturus seqventes medicamentorum formulas præscripsi.

℞. *Syrup. d. duabus radicibus,*
Oxymell. s. ana ℥j.
Aqv. centaurei,

 absin-

absinthij,
cuscutæ ana ℥ij.
Misce. S. Tränckleín auff zweymal.

℞. *Extract. helleb. nigri,*
rhabarb.
Panchymag. ana gr. x.
Magister. gummi de Peru,
Trochisc. alband. ana ℈ß.
Sal. cichor. gr. vij.
Ol. citri gutt. iij.
cinamomi gutt. j.
anisi gutt. iiij.
Cum Syrup. corall. q. s.
Fiant pil. Nro. xxxiij. pulvere cryſtall. tartari obvolvendæ.

℞. *Mixtur. simpl.* ℥ß.
Essent. centaur. min.
cochleariæ ana ℥iij.
scolopendr. ana ℥ij.
Tinctur. Martis,
Coralli sat. ℥iß.
Spiritus sambuti ℥iij.
Miſce. Detur convenienter & Signentur Eſſentz. Multis aliis ſeqventibus profui;

℞. *Syrup. de cichor. cum rhab. de duab. rad.*
de scolopendr. ana ℥j.
Aqv. centaur.
absinthij,
cuscutæ ana ℥vj.
Salis fraxini,
tartar.
cichor. ana ℈ß.
Miſce. S. Weichtränckleín auff zweymal.

Extract. pil. de Tart. Querc.
Pulv. rad. galap. ana gr. viij.
Tartari Vitriol.
Resin. scammoni Tenz. gr. iij.
Fiant pil. cum mixtur. ſ. Nro. vij. S. Pillen.

Vel.

℞. *Extract. aloes,*
myrrhæ inspiss. ana ℈j.
Fæculæ bryon. ℈ß.
Rad. filicis gr. vij.
Resin. Galap.
scamm. ana gr. vij.
Mixtur. s. q. s.
Miſce. Fiant a. pilulæ xviij. S. Pillen pro duabus doſibus.

Hæc compoſitio qvidem brevis & intuitu contemnenda, ſed viribus non ſatis laudanda; qvod ultra centies expertus ſum.

℞. *Tro-*

℞. [illegible] *d. eupator.*
abſinthij,
d. rhabarb.
d. cappar. ana ℥j.
Gummi ammoniac. diſſol. in aceto,
Chalybs præparat. ana ℥j.
Extract. centaur.
gentian. ana ℥ſ.
Syrup. d. ſcolopendr. q. ſ.
Fiat Mixtura.

Aliter.

℞. *Maſſ. pil. tartar.*
Extract. panchymagogi.
Crollij ana ℈j.
cochlear.
helleb. nigri,
Pilul. Aqvapend. ana gr. iij.
Ol. aniſi,
fænic. ana gutt. ij.
Cum ſyrup. roſat. ſolutiv. q. ſ.
F. pil. Nro. xxx. cremore tartari involvendæ. D. & S. Purgier Pillen auff dreymal.

℞. *Radic. cichor. condit.*
ſcorzoneræ,
cochlear. ana ℥j.
Condit. rad. pimpin. ℥vj.
Trochiſc. eupatorij,
d. abſinthio,
d. rhabarb.
Pulv. cachectici Querc. ℥j.
Spir. Salis ℈j.
Vitrioli ℈ſ.
Cum ſyrup. ſcoletyrb. Foreſti.
Fiat Electuarium.

OBSERVATIO & CURATIO LXXII.

DE LAPSU EX ARBORE.

Accidit anno 1634. ut Philippus ab Ebra nobilis juvenis incautus arborem aſcendit, ex qva cecidit in terram, ex cujus caſu viſcera interna ita læſa fuere, ut multum ſangvinis evomeret, & qvaſi homo mortuus domum deportaretur. Ego vocatus in conſilium ſvadeo, ut ſtatim vena ſecetur, & naribus pulſibusq; ſvaveolentia adhibeantur; Hoc igitur facto incipit oculos aperire, & paulatim ad ſe redire. Deinde præſcribo ſeqventia.

℞. *Sangvis hirci præp.*
Mumiæ,

Sem. nasturtij,
Spermatis ceti non raucidi ℥ß.
Oculor. cancror. pulver.
Radic. rub. tinctor.
Terræ sigillat. ana ℥j.

Misce. Fiat pulvis, qvi detur in sex chartis, pro sex dosibus.

℞. *Aqv. cherefolij* ℥xij.
Detur in fictili. Sign. Wasser zum Pulver.

℞. *Rad. petrosel.*
ireos Flor.
rub. tinctor. ana ℥ß.
Herb. sanniccul.
cherefol. *alchymill.*
auric. muris,
pyrolæ ana Miß.
Sem. nasturtij ℥iß.

Conscisa & contusa dentur ad chartam.

S. Species zum Trancke.

Et cùm alvus obstructa esset, ordinavi hoc Enema.

℞. *Rad. althææ* ℥j.
malvæ,
lilior. albor. ana ℥ß.
Herb. parietar.
malvæ,
cherefolij,
pyrolæ ana Mj.
Flor. chamomill. Mß.
Sem. cymini,
althææ,
fænugræc,
Coqve in s. q. aqvæ ad lib. j.

Colaturæ adde
Elect. diacath. ℥ij.
Caff. extr. ℥j.
Ol. hypericon.
violarum,
chamomill. ana ℥ß.
Mellis rosat. ℥iij.
Vitel. unius ovi,
Salis gemm. ℈j.

Misce pro Clystere.

Hic Clyster qvater movit alvum, multis excretis grumis sangvinis.

Et sic intra mensem pristinæ valetudini restitutus est.

OBSERVATIO & CURAT. LXXIII.

DE EPILEPSIA.

Domi-

Domini Doctoris N. Consiliarii aulici infans bimulus corripiebatur Epilepsia, cujus causa erat, qvod scabies, qva tunc laborabat, retro cessisset in corpus: Huic rogatus præscripsi.

℞. *Aqv. flor. tiliar.*
pæoniæ ana ℥ii ſ.
Sem. pæon. ℥i ſ.
F. emulſ. cui adde
Cranij human. præp.
Ungul. alcis præp. ana ℈j.
Miſce.

Nares verò illinebantur durante paroxyſmo ſeqventi Balſamo.

℞. *Extract. rutæ* ʒſ.
Balſam. apoplect. Langij,
Olei alcis ſtillat. gutt. ij.
Miſce. Fiat Balſamum.

Nutrici ad expellendam ſcabiem præſcripſi.

℞. *C. C. Philoſophiæ præp.* ʒſ.
S. Pulver ins Trincken zu ſchütten.

OBSERVATIO & CURAT. LXXIV.

DE CONVULSIONE à Vermibus.

Rhedarii Filius decem annorũ, ſæpiſſimè infeſtabatur inſultibus Epilepticis, qvos cum à Lumbricis excitari conjecturarem, præſcripſi ſeqventia, qvibus Dei auxilio ab his inſultibus perfectè curatus eſt.

℞. *Spirit. ſalis* ʒſ.
Detur in vitro.

De hoc puero offerebantur gutt. iiij. cum cochleari uno vel duabus ſeqvent. aqvarum.

℞. *Flor. perſic.* ℥i ſ.
centaur. minor.
abſinthij ana ℥j.

Tandem purgabatur ſeqventi pulvere, qvo magnam copiam majori ex parte mortuorum, ejecit.

℞. *Pulveris rhabarb.* ʒſ.
Gum. Peruvian. gr. ij.
Ol. citri,
cinamomi ana gutt. j.
Fiat pulvis. Detur ex juſculo carnium.

Um-

Umbilici regio qvoqve inuncta fuit seqventi Linimẽto.

℞. *Ol. absinthij,*
rutæ,
amygdal. amar.
persicor. ana ℥vj.
Ol. stillat. myrrh. ℈j.
Misce.

OBSERVATIO & CURATIO LXXV.

DE EPILEPSIA.

Rustici cujusdam filia tantum duodecim dierum corripiebatur insultu Epileptico; Hinc mater ipsius consilii causa, (qvia Pater profectus esset Lipsiam) me vocari jubet. Ego adveniens statim video hoc malum esse affectum deplotaturum, qvod edoctus experientia lethale signum indicavi. Ne tamen viderer nihil agere per os de seqventi aqva parum infundere jussi.

℞. *Aqv. hirund.*
pæoniæ ana ℥iß.
Magister. perlar.
corallor. ana ℈ß.
Spiritus cerasor. ℈ij.
Misce.

Vertex qvoqve & nares inungebantur Balsamo succini. Verùm hæc omnia nihil opis tulerunt, infante postero die placidè vitam finiente.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVI.

DE ALIO CASU EPILEPTICO.

De capitis gravitate ac dolore conqverebatur per aliqvot dies, Consulis Hatzgerodensis filiolus qvinqvennis, & cum ire vellet cubitum, superveniebat aliqvoties convulsivus morbus in brachiis pedibusq; Parentes metuentes ne seqveretur morbus Epilepticus, me conveniunt maximopere

mopere petentes, ut ad hunc morbum aliqvid remedii præscriberem, qvorum petitionibus seqventibus satisfeci.

℞. *Magister. Corall.*
perlar. ana ℈j.
C.C. Philosoph. præp.
Succini præparat.
Ungul. alcis præp.
Cranij human. præp.
Cryſtall. præp. ana ʒß.
Lapid. bezoard. ℈ß.
Fol. auri Nro. iiij.
F. pulvis S. Pulver wider die Noth.

℞. *Aqv. flor. pæon.*
tiliar. ana ʒiiß.
Syrup. d. pæoniæ ʒiß.
Spirit. cerasor. ʒiß.
Pulver. Epilept. ʒj.

℞. *Ol. nuc. moſch. expreſſ.*
anthos,
majoran. ana gutt. iij.
rutæ,
ſuccini,
cinamomi,
citri ana gutt. iiij.
Balſami Apopl. Crollij gr. vj.
Ungvent. pomad. ℈j.
F. Balſ. ſ. a.

OBSERVATIO & CURAT. LXXVII.

DE COLICA PASSIONE.

Dominus Magiſter Andreas Chemnitius, olim tentabatur Colica, & qvamvis multis medicamentis uteretur, attamen ab illis nihil levaminis ſentiebat. Inde meo conſilio uti urgebatur, qvod erat ſeqvens.

℞. *Cort. interior. frangulæ.*
ſambuc. ana ʒj.
Herb. meliloti,
chamomill.
pulegij,
branchæ urſinæ,
malvæ ana Mj.
Sem. lini,
fænugræci ana ʒß.
Flor. chamomill. p. iij.

℞. *Colaturæ* lib. j.
Benedict. laxativæ ʒj.
Sal. communis ʒiij.
Ol. ſeſamini ʒiiij.
Miſce pro Enemate.

 Hoc

Hoc Enemate qvamvis alvus aperiretur: attamen inde parum levaminis inde percipiebat: Ergo præſcribo ſeqvens oleum.

℞. *Ol. arantiar.*
menthæ,
carvi,
aniſi ana ℈j.
Da in vitro parvo mixta.

℞. *Aqv. menth.*
chamomill. ana ℥iiſ.
S. Waſſer zum Oele/ cujus doſis gutt. vj.

Ad præcavendam Colicæ paſſionem.

℞. *Sem. aniſi* ℥iſ.
cumini ℥ſ.
cinamomi ʒvj.
Macis,
Nuc. moſch.
Garyophyllor. ana ʒj.
Galangæ ʒiij.
Calami aromat.
Cortic. arantiar. ℥ij.
Bacc. lauri ℥iiſ.
Contuſa macerentur in vino Rhenano libr. vj. & deſtillentur.

OBSERVATIO & CURAT. LXXVIII.

DE COLICA.

Macheropæus Northuſanus circa ætatis annum 52. ſæviſſimum & crudeliſſimum Colicum dolorem, cum cibi potusq; vomitu perpeſſus eſt. Urina ejus erat ſpumoſa & turbida, cura fuit ſeqvens.

℞. *Decoct. tapſi barbati & flor. chamom. ana* ℥vij.
Ol. chamomil. ℥v.
vitell. ovor. Nro. j.
Salis ʒj.
Sacchari rubr. ℥ſ.
Benedict. laxativæ ʒj.
Diagridij gr. vij.
Fiat Clyſter.

℞. *Cort. arant.*
calami arom. ana ʒſ.
F. pulvis, qvi detur in vino calido.

Dominus Joachimus Emdenius Paſtor primarius Northuſæ, ſæpiſſimè olim afficiebatur

tur Colica passione, cui svasi, ut subinde pulvere seminis cymini uteretur, qvod cum fecisset, nunqvam rediit hic affectus.

Oleum carvi & cymini sunt præsentissima remedia, qvod expertus certò testari possum.

OBSERVATIO & CURAT. LXXIX.

DE COLICA.

Cadet de Metz, natione Italus, miles, Nostratibus satis notus, qvoties vesceretur carne vervecina pingvi, qva præ cæteris carnibus valdè delectabatur, toties affligebatur Colica passione cum crebro vomitu & pectoris angustia. Huic subveni seqventibus: Atq; sic in una die convaluit, Deo sit laus & honor.

℞. *Decoct. menthæ & flor. chamomillæ* ℥x.
Ol. chamomill. ℥ij.
Mellis ros. colat. ℥j.
Vitel. ovor. Nro. j.
Salis ʒj.
Cassiæ medullæ ℥iß.
Misce. F. E.

℞. *Laud. opiat.* gr. vj.
Fiant duæ pululæ.

℞. *Herb. menthæ,*
chamomill. ana Mis.
Coqve in vino & supra ventrem pone.

OBSERVATIO & CURATIO LXXX.

DE VAPORIBUS E VENtriculo in caput ascendentibus.

Johannes Lampertus civis Stolbergensis, in morbo gravissimo, qveritur de vaporibus è ventriculo ad caput ascendentibus. Hos ut prohiberem & ventriculum clauderem rogatus præscripsi, qvæ seqvuntur.

℞. *Conserv. rosar. antiq.* ℥iſ.
Carn. cydon. condit. ℥j.
Sem. coriand. præp. pulv. ʒj.
Cort. citri condit.
cichor. condit. ana ℥iij.
Myva cydon. q. ſ.

Fiat mixtura, cujus doſis qvantitas avellanæ poſt paſtum.

Aliis alio tempore ad prohibendos vapores è ventriculo in caput aſcendentes.

℞. *Spec. diacydon.* ʒv.
Nuc. moſch. ʒij.
Corall. rubr. præp. ʒj.
Sem. aniſi,
Fœniculi ana ʒſ.
Coriandr. præp. ℈ij.
Panis biſcocti ſacch. ℥vj.
Cinamomi electi ʒſ.
Rot. manus Chriſti, ʒſ.
F. pulvis.

Vel.

Aliud ad claudendum orificium ſtomachi, & prohibendos vapores è ventriculo aſcendentes in caput.

℞. *Carn. cydon. condit.* ℥j.
Conserv. roſar. antiqv. ℥ſ.
anthos,
betonic. ana ℥iij.
Pulv. ſem. coriandri ʒj.
Corall. rubr. præp. ʒiſ.
Cum myva cydon. aromat.
Fiat Mixtura.

OBSERVATIO & *CURATIO* LXXXI.

DE COMMOTIONE DENtium.

Commotio dentium habet varias cauſas, ergò curatio pro diverſitate cauſarum inſtituenda. Modo enim venit ab ictu, vel caſu, modo à ſuperfluitate humorũ in corpore, vel à defectu nutrimenti, vel ab alia cauſa. Hoc affectu affligebatur olim Comitiſſa qvædam, cui rogatus ut huic vitio medicamentis conducibilibus obviã irem, præſcripſi.

℞. *Cort. granator.* ℥iſ.
Balauſtiar. ʒj.
Roſar. rubr. ʒſ.
Aluminis. ʒiſ.
Herb. ſalviæ Mj.
roriſmar. ʒiſ.
Sem. coriandri ʒij.

Inci-

Incidantur & contundantur. d. convienenter.

De his cochleare j. bulliat in f. q. vini aqv. & aceti, teneatur in ore. Conferebant & juvabant hæc optimè.

Cæterùm diebus aliqvot post ita mutavi.

℞. *Rosar. rubr.* ℈iiij.
Radic. bistortæ ʒiij.
cyperi ʒiß.
Ireos Florent. ʒß.
Rad. pyretri ℈iiij.
Gran. myrtin.
Calicum glandium ana ʒiß.
Balaustiar. ℈j.
Sumach ℈ij.
Summit. rorismarin.
Fol. salviæ ana ℈j.
Flor. beton. ℈ij.
Macis ℈iß.
Myrrhæ ℈iij.
Alum. ℈iiij.
Sem. coriandr. præp. ℈iiß.
Sacch. albi ʒiij.

Incidantur & pulverisentur crasso modo. Hæc ita mutavi, ut partim consumerentur humores, partim elicerentur etiam ac demũ ut corroboretur cerebrũ & firmarentur dentes.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXII.

DE SYMPTOMATIBUS qvibusdã ortis ab esu fungorũ.

Pastor Breitenst. plus qvàm par erat in cœna indulsit esui fungorũ, unde subseqvẽte nocte tantam compressionem pectoris patitur, ut ferè suffocaretur. Capite qvoq; & Ventriculo insigniter doluit, ac totam noctẽ valde inqvietam egit. Mane ad eum accitus primo jubeo Clysterem emollientem injici, qvod & factum; Postea soluta alvo Vomitu rejiciendam materiam malignam præscripsi.

℞. *Sal. Vitrioli* ℈ß.
ansinth. gran. iij.

F. Pulv. S. Erbrech Pülverlein.

Unde multa crassa viscida & corrupta, nec non portiones qvasdam fungorum evomuit. Qvia autẽ adhuc dolor stomachi perseverabat, jussi ipsũ de seqvente mixtura parũ capere.

℞. *Syrup. d. cinamomi* ʒiß.
Granat. ʒj.

 Ex-

Extract. calam.
aromat. ℈j.
Ol. destill. menth. gutt. iiij.
caryoph. gutt. ij.
Misce & sic melius habuit.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIII.

DE RUSTICO IN CUJUS œsophago inhærebat particula placentæ Paschalis.

Anno 1624. in vigiliis festi Paschatis accidit, ut Rusticus Bilaviensis avidè devoret aliqvid de placentis, qvas circa illud tempus ferè qvilibet parare solet, (Nostrates vocant Osterkuchen) Unde fit, ut particula inhærendo maneat in medio œsophagi, impediens ita anhelitum, ut jamjam ægrotus suffocari videretur. Ego sine mora vocor, & rogor, ut huic malo medear, qvod seqventibus perfeci.

℞. *Syrup. Emetic. nostri* ℥ß.
flor. Persic. ℥ij.
Fecul. bryon. gr. v.
Aqv. cinamomi ℥iij.
Misc. S. Erbrech Träncklein.

Vide Florilegium meum. Et ut tanto facilius inhærens particula ejiceretur, inunxi pectus seqventi Ungvento.

℞. *Ol. Violar.* ℥ij.
Amygd. dulc.
Lilior. alb. ana ℥j.
chamomill. ℥ß.
Ungvent. Dialth. ℥iij.
Axung. Capon.
Pingved. ans. ana ℥vj.
Ceræ parum.
F. Ungventum. S. Brust-Sälblein.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIV.

DE TINGENDIS CAPILLIS flavo colore.

Anna N. Virgo 20. Annorum ruffos à natura habebat capillos, unde cum illos au-

reos reddi cuperet, & flavo colore tingi, qvo pulchrior comtiorqve appareret, à me remedium aliqvod ad hanc rem petiit. Ego svasi ei, ut seqventes herbas lixivio Sarmentorum incoqveret, & bis in die capillos ruffos diligēter eo lavaret, idq; cōtinuatis aliqvot vicibꝰ.

℞. *Radic. Curcum.*
Alcann. ana ℥j.
Asphodel.
Bardan. ana ℥vj.
Irid.
Chelidon. major. an. ℥ſ.
Rhabarb. flaviß. ℥iij.
Herb. Centaur.
Capill. veneris ana Mij.
Lupin. acidor. ℥ſ.
Fl. tapſ. barbat.
ſtœchad. Citrin. an. Miſ.

Incidantur minutim & incoqvantur lixivio, & capilli eo laventur, loti exiccentur, exiccati demum inungantur Aqva mellis.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXV.

DE PLEURITIDE.

Domini Georgii Söldeners / Consulis filiolus trimulus, undecimo die mensis Januarii Anno 1626. pleuritide sinistri lateris corripiebatur. Notæ ejus satis erant manifestæ. Dolor lateris enim punctorius aderat, cum tussi sicca & difficultate respirationis nec non febre continua. Ad qvem ego vocatus, statim ad mitigandum dolorem pungentem præscripsi ei seq. Liniment.

℞. *Ungvent. Dialth.* ℥iſ.
Ol. chamom.
Violar. ana ℥j.
Pingved. gallin. ℥ſ.
Croci gr. vj.
Ceræ parum.
F. Linimentum.

Qvo latus sinistrum aliqvoties in die inungebatur, superimposito panno lineo calefacto. Sed & capiebat simul de seqventi mixtura faciente ad tussim leniendam, & materiam expectorandam.

℞. *Sy-*

℞. *Syrup. de pap.*
Rubr. ℥ij.
Jujubin.
Violar. ana ℥ſ.
Loch. d. papav. ℥vj.
Flor. ſulph. ter ſublimat. ℈ij.
Magiſt. Corall. edulcor. ℈j.
Lapid. prunell. ℥ſ.
Spirit. ſulph. acid. gutt. xv.
Aqv. papav. Rub. parum.
Miſc. F. Lohoch.

Præbebatur de hoc lambitivo cochlear unum pro vice, idqve ter vel qvater in die, qvo etiam, multa viſcida expectoravit, tuſſi paulatim remittente, & dolore pungitivo evaneſcente.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVI.

DE STRANGURIA.

Uxor Domini Conſulis Henrici Wölneri, partum abortivum paſſa fuerat initio Menſis Martij, unde paulò poſt hunc abortum corripiebatur ſtranguriâ, ex acri, mordaci & pungente humore, orta: Qvando enim & qvoties ad urinam reddendam ſtimulabatur, toties acres & pungitivos dolores in ſumine infimi ventris perſentiſcebat, urinâ tamen non niſi guttatim exeunte. Petitur in hoc meum conſilium, qvod lubens ita dedi.

℞. *Aqv. Alkakeng.*
Alth.
Violar.
Malv. ana ℥iij.

In qvibus unica & altera ebullitione bulliant.

Conſerv. Violar.
Nymph. ana ℥v.

Decoctum hoc coletur & clarificetur, in qvo poſtea diſſolve.

Extract. Liqvirit. ℥ij.
Emulſ. papav. alb. ℥ij.
Syrup. Violac.
d. liqvirit. ana ℥j.
Magiſter. Corall. ℈ij.
Miſc. F. Julapium.

Cùm binos hauſtris de hoc Jula-

Julapio bibisset, sensit manifestam doloris mitigationem, & expeditiorem Urinæ exitum.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVII.

DE URINÆ INCONTINENTIA.

Mulier qvędam 24. annorum, laborabat urinæ incontinentiâ, cum pudendorum exulceratione ac ardore mingendi, qvæ cum Vetularum nonnullarum medicationem frustra experta esset, ad me tandem confugit. Cui etiam Divina gratia opem tuli, seqventibusqve remediis à fœda hac afflictione liberavi.

℞. *Mastich. elect.*
Corall. rubr. ana ℈iis.
Nuc. Cupress.
glandium,
Spodij,
Sem. plantag.
Radic. torment. ana ℈j.

F. inde pulvis tenuissimus dividendus in tres ęqvales partes, qvarum singula sumatur cum ℥iij. harum aqvarum.

℞. *Aqv. plantag.*
portulac.
Burs. pastor. ana ℥iij.
Spir. Vitrioli ℈j.
Misc.

Pro pudendorum exulceratione, præscripsi ei seq. Decoctum, qvo lavandæ essent partes exulceratæ bis vel ter in die.

℞. *Radic. Torment.* ℥is.
Herb. plantag.
Eqviset. ana Mij.
Flor. rosar. rubr. Mj.
Myrrh. ℥is.
Centaur. p. j.
Coqv. in aqva fontana & dentur.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVIII.

DE HERNIA.

Lucæ Hentzen filius duodecim annorum, per menses duos passus fuit herniam Intestinalem, manu Chirurgi prius in locum naturalem reposito intestino, seqvens Emplastrũ rupturæ unà cum cingulo convenienti superimpositum fuit.

℞. *Nuc. Cupreß.*
Bol. Armen.
Hypocistid. Ver. ana ℥iß.
Radic. Consolid. major. pulver.
Torment. ana ℥j.
Mastich.
Thur. ana ℈ij.
Resin. pini ℥vj.
Balsam sulph. ℥ß.
Cum s.q. Terebinth. & ceræ.
F. Emplastrum.

Sed & ad majorem consolidationem intra corpus ei exhibebatur hic pulvis cum cochleari uno Aqvæ Herniariæ per plures dies.

℞. *Radic. Torment.*
Consolid. maj. ana ℥j.
Herb. Herniar. perfoliat.
Corall. rubr. præp.
Thuris,
Mastich. ana ℈iß.
Pulverisentur subtilissimè & misc.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIX.

DE HERNIA INGUINALI.

Alio tempore in alio hunc processum observavi.

℞. *Cremor. tart. subtiliß. pulv. ana* ℥j.
Capiat mane in jusculo.

℞. *Extract. Panchymag. Croll.* gran. xvj.
mechoac. comp. gr. iiij.
F. Pil. Nro. ix. D. cum pulv. cinamomi. S. Pillen/ Capiat seq. die cum custodia. Postea bonam instituat diætam: aërem frigidum humidũ fugiat, ut & motum nimium, exercitia

tia violenta, conatus & nixus validiores in excernendo, & vociferando: Cibus sit facilis digestionis non crassus, crudus vel flatulentus.

Posthæc fomentetur pars affecta ante applicationem Emplastri.

℞. *Radic. torment.*
bistort.
pentaph.
valerian.
symph. maj. ana ℥j.
Herb. plantag.
millefol.
polygon.
hyperic.
sanicul. ana Mj.
Alum. ℥ß.
Coq. Misc. in aq. ferrat. q. s. Col. qvo fomentetur locus affectus.

Vel:

℞. *Ol. myrt.*
mastich. ana ℥ß.
hyperic. ℥ij.
Sev. cerv. ℥vj.
Thur. ℥j.
Myrrh.
Terebinth. ana ℥j.

Ceræ paux. F. Linim. cum guttis aliqvot Ol. Spic.

D. S. Salbe.

Demum imponatur Empl.

℞. *Mass. cerat.*
d. pell. ariet ℥iiß.
Pic. naval. ℥ß.
Malax. Ol. myrt. q. s. add.
Pulv. aloës ℥ß.
Mumiæ,
Lapid. hæmat.
Croc. Martis,
Rasur. succin. ana ℈j.
Ceræ rubr. parum,

F. ad ign. Empl. vel ceratum D. S. Pflaster.

Inducatur panno xylino. Supponatur cingulo qvod gestetur sine freqventi mutatione.

Decoctum singulo die mane usurpandum pro conglutinatione.

℞. *Herb. sanic.*
salv.
herniar.
hepat. nobil.
polygon.
plantag. ana Mß.

 Pyrol.

Pyrol. p. iij.
Radic. Symph. major. ℥ſ.
bardan. ʒvj.
torment.
pentaph. ana ʒij.
Sem. perfoliat. ʒiij.
Coriand. præp. ʒj.
Coqv. in ſ. q. Vini & aqv. chalyb. ad ℔ij.

℞. *Col. edulc.*
Sacchar. albiſſ. ad gratiam add. Syrup. myrt. ℥iſ.
Miſc.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXX.

DE HERNIA INGVINALI.

Nobilis Juvenis N. N. eqvo qvondam decuſſus, ingvinalem in dextro latere contrahit herniam, interiore peritonæi membranâ ruptâ. Hanc ſuperſtitiosè curavit qvidam ruſticus clavo ferreo arbori infixo. Sed cum in qvadam aula cum apro certaret, ab hoc in terram proſtratus, rupturam eandem patitur; paulò tamen, qvàm autem majorem.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ʒj.
Rhabarb. elect. ʒſ.
Turpeth. opt. ℈ſ.
Cinamomi elect.
Spic. Indic. ana gr. viij.
Infund. per noct. in aqv. cichor.
Lupul.
fumuar. ana ℥j.
Add. Spir. Sal. gutt. ij.
Mane cola & exp. add. Elect. diaph. d. ſucc. roſar.
Confect. hamech. ana ʒſ.
Syrup. roſar. ſol.
d. cort. citr. ana ℥ſ.
Ol. aniſ. gutt. ij.
M. D. S. Tranck.

℞. *Emplaſt. contra rupt.* ℥iſ.
A. pell. arietin. ℥j.
Raſur. ſuccin. ℈ij.
Tereb. ʒj.

Ol.

Ol. myrt. par.
Malax. simul d.
S. Pflaster.

℞. *Radic. torm.*
bistort.
pentaph.
Valerian.
thaps. barbat. ana ℥j.
Cortic. granat. ʒvj.
Herb. eqviset.
plantag.
herniar.
hyperic. ana Mj.
Sem. nasturt. ℥ß.
Vitriol.
Alum. ana ℥iß.

Conqvass. & coqv. in vitri chalybeat. s.q. Col. d. S. Wasser zur behung vor dem Pflaster zu gebrauchen.

℞. *Ol. myrt.*
mastich.
Axung. cerv. ana ℥ß.
Succ. mucilagin. ex rad. & fol. crassul. major. extr. per vinum chalybeat. ℥ij.
Boli orient.
Pulv. radic. torment.
bistort. ana. ʒj.

Coqv. lento igne ad consumpt. succorum ferè.
Col. leviter exprimendo tum add.
Ol. hypericon. ʒvj.
de vitell. ov. ʒß.
Spic. gutt. xij.
Misc. D. S. Salbe.

℞. *Herb. Sanic.* Mß.
herniar.
hepat. nobil.
polygon.
prunell.
plantag. ana Piij.
pyrol. Pij.
Radic. Symph. major.
bardan. ana ℥ß.
Torment.
pentaph. ana ʒij.
Sem. myrtill. ʒiiß.
perfoliat. ʒiß.
Coqv. in Vini chalyb. & aqv. an. q.s. ad Consumpt. tert.
℞. *Colat.* ℔iß.
edulc. sacch. alb. ad gratiam purifica & d.
S. Tranck uff sechsmal.

℞. *Herb. hepat. nob.*
herniar.
Sem. perfoliat. ana ℈ij.

Croc. Mart. opt. præp. ʒj.
Spec. diarrhod. Abbat.
aromat. rosat. Gabriel.
ana ℈j.
Mastich. ʒß.
Sacchar. alb. ℥ij.
F. pulv. subtilissimus D. S. Pulver.

Nihil inde, qvàm corpusculum qvoddam duriusculum internatum sentiens, licentiam accepit abeundi ex aula.

OBSERVATIO & CURATIO XCI.

DE HERNIA UMBILICALI rustici curanda.

Evacuatum est corpus leniter.

℞. *Syrup. polychr.* ℥iß.
Rosar. solut. ℥ß.
Elect. diaph. ʒiij.
Aqv. me. iß.
menth. ana ℥j.
Ros. ℥ß.
cinamomi ʒj.
M. F. haustus. S. Purgiertränklein.

Emollita est pars affecta cerato seqventi, superinducto splenio cum culcitra.

℞. *Empl. dialth.* ℥j.
mucilag. alth.
Sem. lin. cum vin. fact. ʒiij.
Ol. lilior. alb. ʒß.
Galban.
Ammoniac.
Bdell. in acet. dissolut. ana ʒj.
Radic. lilior. alb.
Pulv. flor. cham. ana ʒiß.
Pingved. anser. ℥j.
Medull. crur. vitul. ℥ß.
Ceræ q. s. pro Cerato.
S. Weichpflaster.

Mollita parte affecta per aliqvot dies, appositum fuit simili modo Cerotum Constrictivum & conglutinans.

℞. *Lythar.*
Lapid. hæmat.
Sangvin. drac.
Acat. &,
Mastich. ana ʒß.
Ammoniac.

Mumiæ,

Mumiæ,
Galbani,
Thuris ana ℈ij.
Opij ℈j.
Picis nigræ,
Græcæ ana ʒj.
Radic. Consolid. major.
minor. ana ʒiß.
Rosar. rubr.
Myrrh.
Aloes,
Bol. armen. ana ℈ij.
Hypocyst.
Gall. immatur.
Balaust. ana ʒiß.
Aristol. rotund.
Visc. quercin. ana ℈v.
Ceræ alb.
rubr.
Sev. hirc. ana ʒij.
Tereb. ʒß.
Sang. hirc. ʒj.
Emplastr. d. pell. ariet. ʒiij.
Ol. cydon. ʒß.

Gummi & qvæ ejus generis dissolvantur in aceto. Reliqva pulverisſ. postea terebinth. cera, mastix, sevum hirc. cum ol. Cydon. coqv. vase novo bene clauso; deinde gummata & Empl. addantur. Coqv. ad Cerati ferè consist. Ubi & reliqva trita adjiciantur. F. Ceratum s. a. S. Pflaster.

Singulo mane capere jussus est de seq. Elect. ʒiiß.

℞. *Conserv. rosʃ. antiq.* ʒiij.
Cortic. citr. condit. ʒj.
Symph. utr. pulv. ʒiiiß.
Trochisc. d. spod.
bolo armen. ana ʒj.
Croc. Martis opt. præp. ʒiij.
Mastich. ʒiß.
Syrup. myrt. vel
Cydon. ana q. s.
F. Electuar. S. Stärck Latwerga.

In hernia pro qvodam puerulo Rustico duorum annorū.

℞. *Empl. d. pell. ariet.* ʒiß.
Hypoc.
Aloes,
Bol. armen. ana ℈j.
Pulver. rad. symph. ℈ij.
Picis naval ʒj.
Malax. Empl. cum
Ol. Cydon. s. q. & additis reliquis pulver.

F. Empl. cum cera splenio supponendum.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO XCII.

DE MESENTERII ET epatis obstructione.

Studiosus qvidam laborabat magna Mesenterii tum obstructione tum humorum semiputridorum in illo saburra; Epatis imbecillitate ferè extrema, ut & Ventriculi: hinc nulla aderat appetentia, sed hæc prostrata planè, omnium membrorum lassitudo circa pectus sæpè angustia. Extenuatio corporis.

℞. *Spirit. Vitrioli* ʒiß.
Tartar. ℈iiß.
Sal. ℈iß.
Misc. ad Vitr.
S. Spiritus.

℞. *Syrup. d. qvinq; radic.* ℥iß.
cichor. ℥ij.
Crt. citr. ℥ß.
Oxymel. s. ℥ij.
Misc. ad fictile. S. Safft.

℞. *Extract. Rhab.* gr. viij.
diagrid. gr. iij.
mechoacann. gr. viij.
Cremor. Tart. gr. j.
Ol. anis. gutt. j.
F. pil. Nro. vj. S. Pillen.

℞. *Spirit. Tart.* ʒß.
Salis absinth. gr. x.
Aqv. card. bened.
scabios.
absinth. ana ℥j.
Rotul. man. Christi perl. ʒiß.
Aqv. cinamomi ℥ß.
Syrup. d. Cort. citr. ℥ß. ʒij.
C. C. ust. præp. gr. ℈ß.
Magister. Corall. gr. ij.
F. haustus. Sign. Schweiß-Tranck.

USUS.

Pro præparanda in Mesenterio materiâ semiputrida eaqve evacuanda facit primum & secundum medicamentum; Si mane & vesperi horis duabus aut tribus ante cibum calefiat haustulus cerevisiæ, & in hoc dissolvatur primum cochlear unum ex Syrupis, qvorum nota Safft, deinde instillen-

ſtillentur ex Spiritibus guttulæ v. aut vj. Et capiatur per biduũ.

Poſtea pilulæ manè uſurpentur. Et ſeqventi die ſudoriferus haſtus ſudore in lecto expectato.

OBSERVATIO & CURATIO XCIII.

DE STRANGURIA EX acrimonia Urinæ & tumore ſcroti ob contuſionem.

Qvidam Ruſticus laborabat ſtranguriâ ex acrimonia Urinæ & tumore ſcroti ob contuſionem proveniente. Qvibus hiſce medicamentis ritè uſurpatis Dei gratiâ breviſſimè convaluit.

℞. *Sebeſt.* Nro. v.
Fituum Nro. iij.
Paſſul. ℥ij.
Hord. p. ij.
Radic. Aſparag.
Glycyrrh. raſur.
Endiv. ana ℥j.
Sem. malv. ʒß.
Coq. in ſ. q. aq. ad reman. ℥viß.
Colat. add.
Syrup. Violar. ℥v.
d. Limon. ℥iij.
d. cichor. ſ.
d. Endiv. ſ. ana ℥j.
Miſc. F. Hauſtus duo D. S. Schmertzſtillender Tranck.

℞. *Syrup. roſ. ſol.* ℥x.
Elect. diaprun. ſolut. ℥iß.
Mann. el. ʒß.
Decoct. paſſul. ℥iiiß.
M. F. Hauſtus.
D. S. Purgier Tränckleín.

℞. *Sem. qvat. frigid. major.*
papav. alb. ana ℥j.
Amygd. dulc. ℥ß.
Excort. contund. in mort. ac ſuperfuſa aqv. ſimpl. ℥x.
Endiv. ℥ij.
F. Emulſio qvæ edulcor. cum ſacch. alb. q. ſ.
Da conven. S. kühlende Milch.

℞. *Empl. diachyl. ſ.* ℥vj.
d. mel. lot. ʒß.
Pingued. gall. ʒij.
Ol. chamomill. q. ſ.
Liq. ad ign. & additis pulv.
Flor. cham. ʒß.
Vitell. ovi dimid.
Croci ℈ß.
Ceræ paux.
F. Empl. S. Pflaſter.

℞. *Agaric.* ʒij.
Fol. sen. s. s. ʒj.
Rhabarb. el. ʒj.
Radic. mechoacan. ʒiß.
Herb. Capill. veneris,
Sem. fænic.
anis. ana ʒiß.
Cinamomi el.
Nuc. moschat.
Galang. ana ℈ij.
Santal. citr. ʒß.
Sacchar. alb. ℥j.

Incisa & contusa sacculo includ. ex sindone rubra.

S. Beutel.

OBSERVATIO & CURATIO XCIV.

DE ICTERITIA.

Filia media natu, *Wolfgangi* Eisenbeils Maria, 16. annorum, Icteritiâ corripiebatur, totâ facie flavescente, à qva paucorum dierum spatio liberabatur, usu seqventis Noduli à me ordinati.

℞. *Radic. Curcu.*
Chelid.
Cichor.
Fænic. ana ʒv.
Cymar. Absint.
Cuscut. ana ℈j.
Fol. Sen. ℥j.
Rhab. ʒij.
Sem. Aqvileg. ʒiß.
Tartar. alb. ʒv.

Ex incisis paretur Nodulus. Hunc indidit Vino Rhenano, & de eo qvotidiè hora prima ante prandium haustulum epotavit, continuando per 6. dies.

OBSERVATIO & CURATIO XCV.

DE DOLORE HÆMORrhoidum ingenti.

Cum aliqvando Rusticus qvidam ingenti hæmorrhoidum cœcarum dolore afficeretur, adeò ut vix sedere, nedum ambulare posset, dolorq; indies

indies magis increſceret, initio ad illum mitigandum, ut & intumeſcentiam & duritiem inſignem dictarum Venarum hæmorrhoidalium emolliendam ac diſcutiendam: per biduum continuè ferè hoc fotu cum ſpongia molli ad anum moderatè calida applicata, uſus fuit.

℞. *Radic. Alth.* ℥j.
Herb. Verbaſc. Mij.
Flor. Chamom.
malv. ana Miſ.

Inciſa craſſo modo coqv. in aqv. cinamomi. A qvo fotu immediatè ſuperponi tumori jubebā hæmorrhoidum parvum linteolum duplicatum molle, qvod illitum erat ſeqventi Linimento anodyno.

℞. *Mucilag.*
Sem. fænug.
lini extract. cum
Aqv malv. ana ℥ſ.
Vitell ovi j.
Farin Sem. Lin.
Chamom. ana ℨj.
Croci gran. vj.
Ol. Verbaſc parum.
Miſc. pro Linimento.

Hiſce ut dictum uſus ſpatio qvinqve dierum à dolore & tumore hæmorrhoidum liberatus eſt.

OBSERVATIO & CURATIO XCVI.

DE ALBO FLUORE uterino.

Mulier qvædam qvinqvagenaria N. N. in pago Dietersdorff/ per ſex menſes paſſa fluxum menſtruum album, conjunctum cum acrimonia qvadam, nec non debilitate totius corporis ac appetentia proſtrata, ad me Paſtorem illius loci, cognatum ſuum conſilii ergo miſit. Cui ego decrevi præſcribere hanc decoctionem uterum abſtergentem ab omnibus corruptis humoribus.

℞. *Radic. Bryon.*
Ireos.
Fœnic. ana ℥j.
Herb. Artemiſ.
Ebul.
Sambuc.
Hyſſop.
Abſinth. ana Mj.
Baccar. Juniper. ℥j.
Sem. Aniſ.
Fœnic. ana ℥ij.
Fol. Sen. ℥j.
Agaric. ℥ij.
Tartar. alb. ℥j.
Cinamomi ℥j.
Caryoph. arom.
Spic. Indic. ana ℥ſ.

Indantur omnia minutatim inciſa, ollæ novæ Vitreatæ, affuſaqve ſ. q. Vini Rhenani coqve ad lentum ignem, cavendo, ne in coctione aliqvid Vaporum exhalet, qvod incommodum vitabis, ſi juncturæ ollæ ſupernè luto bene muniantur, poſtea exprim. & col: Doſis cyathus parvus ſingulis matutinis, circa Veſperam verò horam nimirum qvartam, parùm de ſeqventi pulvere devoret.

℞. *Fœcul. Rad. Bryon.* ℈ij.
Rad. Cyp.
Succin. alb. ana ℥j.
Fol. ſicc. Artem.
meliſſ.
Cinamomi ana ℈iiſ.
Sal. Abſinth. ℈ij.
Juniper. ℥ſ.
Miſc. F. pulvis. S. Pulver.

OBSERVATIO & CURATIO XCVII.

DE DOLORIBUS IN dorſo.

Vir qvidam Sexagenarius Marcus Hueter / per aliqvot dies doloribus variis iisq; interpolatis cruciabatur, cui petenti à me conſilium præcepi, ut qvotidie bis, mane nimirum cum ſurgeret, & veſperi qvando cubitum iret, dorſum ſeqventi Aqva Vitæ benè fricaret.

℞. *Aqu. Vitæ* ℥vj.
qvibus infund.

Flor.

Flor. Rosmar.
Salviæ,
Lavend.
Majoran. ana P j.
Cardamom. ʒj.
Castor. ℈j.

Stent ita in Vitro probè occluso in digestione, qvotidiè benè Vitrum aliqvoties movendo & agitando. Hujus Aqva Vitæ

℞. ʒij.
Aqv. Salv. destill. ʒß.
Ol. dest. spicæ ℈j.

Misc. S. Wasser den Rück darmit zu bestreichen.

Manus imbuantur hoc liqvore illisqve fiat frictio supra dorsum, repetatur per plures dies.

Cùm hoc remedium per biduum saltem expertus esset, ilicò rectius habuit, doloribus paulatim remittentibus & tandem in totum cessantibus.

OBSERVATIO & CURAT. XCVIII.

DE DOLORE HÆMORrhoidum.

Vir qvidam 30. annorum, insigni hæmorrhoidum dolore afficiebatur, intumuerunt autem valdè venæ illæ Hæmorrhoidales, & extra anum protuberant. Alvo unà adstrictâ existente, qvàm qvoties deponere nitebatur, toties ex nisu illo intestinum rectum & Venæ hæmorrhoidales magis foràs protrudebantur cum exqvisito dolore. Hunc ut arte mea juvarem jussi, ut ad emollienda excrementa hic Clyster injiceretur.

℞. *Cremor. avenæ* (Grützsuppen) ℥x.
(Vel ejus loco
Mucilag. Sem.
Alth.
Lini,
Fœnugr.)
Ficuum contritor. Nro. iij.
Mell. Rosat. ℥ij.
Ol. Verbasc. ℥j.

Misc. F. Clyst.

Hic Clyster expertissimus est in hac affectione; educit enim non solùm blandè fœces induratas, sed & dolorem placat mirificè ac mitigat, qvemadmodum & seqv. puls, qvæ meritò loco secreti haberi debet, ad hæmorrhoidum dolorem sedandum, & tumorem illum Venarum minuendum & resolvendum.

℞. *Ficuum in mortario ad pultis consistentiam contusorum* Nro. 4. vel 5.
Mell. rosat. ℥ij. vel ℥iß.
Misc. F. Puls.

Hæc puls illita parvo linteo & superposita Nodis protuberantibus hæmorrhoidum unâ & alterâ Vice, mirificè eas sanat.

OBSERVATIO & *CURATIO XCIX.*

DE METU PARALYSIS.

Pastor qvidam Heldrungensis N. N. mense Novembris laborare cæpit qvodam torpore sinistri lateris: ex lingvæ impotentia subsecuta, ita ut vix proloqvi, & si conaretur, magno cum conamine & molestia, tædioqve posset: Cephalæa aderat: Cerebrum frigidum erat & humidum, urina etiam alba & crassa, qvodammodo periculum de Paralysi.

℞. *Radic. mechoac.* ℥iij.
Fol. sen. s. s. ℥ij.
Agaric. ℥ß.
Cort. rad. helleb. nigr. ℥j.
Flor. stœchad.
Anth.
beton. ana Pij.
Sem. anis.
coriand. præp. ana ℥ß.
Cinamomi el. ℥j.
Rad. Ir. florent.
Pæon. ana ℥ß.
Gran. Parad. ℈j.
Herb. melis. Mß.
Incid. & contund. pro Nodulo ad mens. iß. Vini Rhenani.

℞. *Sy-*

℞. *Syrup. d. cinamomo* ℥iß.
stæchad. ℥ß.
Troch. gall. moschat.
Mag. perlar. *Radic. pæon.*
Ir. flor. ana gran. vj.
Ol. anis. gutt. ij.
M. D. S. Säfftlein.
Mane capiat cochlear unum.

℞. *Radic. Ir. flor.* ʒß.
Pæon.
Visc. quercin ana ℈j.
Cinamomi elect.
Succin. alb. præp.
Magist. Corall.
C. C. ust. præp. ana ℈ij.
Smaragd. præp.
Margar. præp. ana ℈ß.
Ungul. alc. gran. vj.
Sem. Coriandr. præp. gr. vij.
Rot. man. Christi perlat.
Sacchar. penid. ana ℥iij.
F. Pulv. subt. asperg.
Ol. anis. gutt. ij.
cinamomi gutt. j.
D. in in scatul. S. Pülverlein.
Capiat post usum Syrup. mane & vesperi.

℞. *Flor. herb. paral.*
lilior. convallium,
Pæon. ana ℈j.
Radic. Pæon. ʒß.
Irid. flor. ʒj.
Succin. alb. ʒiß.
Cort. citr. sicc. ʒij.
Gumm. Sandar.
Bdell.
Styr. calamit.
Myrrh.
Thuris ana ℈j.
Flor. Stæchad.
thym. Cret. ana ℈ij.
Rosar. rubr.
Sem. Coriand. præp. ana ʒß.
Ex incisis & contusis. F. pulv. ut decet pro Cucupha.

℞. *Ol. nuc. mosch. express.* ʒij.
succin. gutt. vj.
major.
anis. ana gutt. vj.
caryoph.
cinamomi ana gutt. iiij.
Mosch.
Ambr.
Zibeth. ana gr. ij.
M. F. Linim.
D. S. Stärck Balsam.

Masticatorium.

℞. *Mastich.* ʒij.
Radic.

Radic. Pyrethr.
Nuc. moschat.
Macis,
Cubebar.
Sem. anis. ana ℈ß.
Majoran. gr. vj.
Trochisc. gall.
moschat. gran. iij.
Cum cera & melle inspissato F. Masticatoria ad pondus gran. xxv.

Pulvis pepticus.

℞. *Panis sacchar.*
aromat.
Carn. cydon. ana ʒß.
Nuc. moschat.
Sem. Coriand. præp.
Corall. rub. præp. ana ʒj.
Rosar. rubr. pulv. ʒß.
Confect. Sem. anis. ʒij.
Sacchar. ros. tab. ʒß.
F. pulv. D. in scat. S. Pulver nach dem Essen.
Et sic Dei gratiâ convaluit.

OBSERVATIO & *CURATIO C.*

DE VENTRICULI TOtiusq; alvi immensis torminibus ac vomitionibus.

Venator qvidam Aulæ Stolbergensis, nomine Thomas Tempelhoff/magnis per multos annos Ventriculi totiusq; alvi torminibus vexatus, tersionibus ac mordicationibus premebatur immensis, hinc 21. Martii anno 1624. me vocabat. De vomitionibus conqverebatur & reliqvis jam dictis symptomatibus. Mordicantem subesse materiam ex podagra ad interiores partes redundantem judicavi, qvod non ut antea ad articulos pedis ea ipsa decurrere sit animadversa, pauco scilicet procreato dolore; nec solita recurrerit periodo. Exhibui mite purgans ex gran. viij.

Extract. mechoac.
Diagrid. gr. vij.
Essent. alo. gran. iiij.
Cum ol. anis. gutt. ij.

Dejecit sexties fætidissimam materiam & illuviem: sub qva

qva vidit Corpusculum instar, ut ipse retulit, suppositorii, coloris crocei: Carneam molem præ se tulit, & ut referebat Uxor, pedibus erat præditum. Me judice vermis aut simile animalculi fuit; qvod Ventriculum corrosit; maximè cùm ipse affirmârit ex vomitu aliqvot & guttas sangvinis simul profluxisse.

Ad roborationem Ventriculi.

℞. *Comar. Absinth.*
menth. ana M i ſ.
Meliſſ. M j.
Roſar. rubr.
Roriſmar. ana M ſ.
Sem. Aniſ.
Coriand. præparat.
fænic.
cumini ana ℥ j.
Cinamomi ℥ ſ.
Galang.
Caryoph.
Nuc. moſchat.
Calam. arom.
Lign. aloës ana ℈ ij.
Baccar. laur. ℥ i ſ.
Junip.
Cortic. citr. ana ℥ j.
Flor. Chamom. P iij.
Corall. rubr. ℥ ſ.

Concid. & contund. min. sacculo ex sindone include pauco gossipio excepta, qvi acu intersuatur. F. Species pro scuto stomachali.

2. Ungventum.

℞. *Ol. maſtich.* ℥ ſ.
Abſinth. ℥ j.
nuc. moſchat. expreſſ.
ana ℥ ii ſ.

Misc. ad ignem cum lento igne additâ paucâ cera; Et instillatis

Ol. Fænic.
Aniſ. ana gutt. viij.
Caryoph. gutt. v.

M. F. Linim.

3. Ad roborationem Capitis & Ventriculi.

℞. *Spec. diambr. aromat.*
roſat. Gabr.
diarrhod. Abbat.
diamoſch. d. ana ℈ j.
Nuc. Ind. condit.

Oo *moſch.*

mosch. condit. ana ℨß.
Myrobalon.
chebulor. conditor. ℈ij.
Conserv. anth.
beton.
Ros. ana ℨvj.
Syrup. d. Cort. Citr.
q. s.
& d. Cinamom. ℨß.
F. Mist. instill.
Ol. fænic.
anis. ana gutt. iij.
cinamomi gutt. ij.
Detur ad Vitrum.
S. Kräfftige MagenStärckunge.

MISCELLANEA QVÆDAM VARIORVM

Medicamentorum, qvibus ego familiariter in Praxi mea, præter cætera utor.

ELECTUARIUM IN Peste.

℞. *Rad. Tormentil.*
Dictamni
Vincetoxic.
Pimpinell.
Valerian. ana ℨj.
Rad. Imperator.
Angelicæ ana ℨij.
Zedoar. ℨß.
Enulæ,
Petasit.
Mors. Diaboli an. ℈iiij.
Sem. Angelicæ,
Acetos.
Cardobened.
Citri,
Levistici ana ℨj.
Gran. juniper.

bacc.

bacc. lauri ana ʒiſ.
Fol. rutæ,
cardobened.
ſcordij ana ʒj.
Croci,
Piperis,
Macis ana ʒſ.
C. C. ſine ign. præp.
Eboris præpar. ana ʒj.
Boli Armen. præp. ʒſ.
Camphoræ ℈j.
Fiat pulvis, cui adde
Nucl. nucum juglandium,
Ficuum ana ℥ſ.
Sacch. ℥ij.
Mellis ℥xij.
F. Electuarium, cujus doſis ʒſ. ad ʒj. vel ʒvj.

PULVIS PESTILENtialis.

℞. *Radic. Torment.*
Pimpinell.
Dictamn.
Bol. Armeni,
Terr. ſigillat.
Ariſtoloch. long.
Cinamomi elect. ana ʒſ.
Sem. acetoſ.
Santal. citrin. ana ʒiſ.
Sem. Angelic.
Card. bened.
Citri,
Raſur. Eboris ana ℈j.
Myrrh. elect. ʒij.
Rhabarb. elect. ʒiij.
Lign. aloes ʒſ.
Os de Cord. Cervi ℈j.
Croci ʒſ.
Margarit.
Corall.
Qvinq. lap. prætioſ. gr. vj.
F. Pulv. Doſ. ʒj.

ALIUS PULVIS IN Peſte.

℞. *Boli præparat. ʒſ.*
Corall. ʒiij.
Succin. ʒiſ.
Eboris,
C. C. uſt. ana ʒſ.
Radic. Torm. ʒiſ.
Dictamn.
Pimpinell.
Angelic.
Succiſ. ana ʒj.
Ariſtol.
Imperat.
Zedoar.
Cortic. Limon. ana ʒiſ.
Garyoph. ʒſ.

Cinamomi ℥ij.
Sem. acetos. ℥iſ.
Card. bened.
Ocymi,
Angelic.
Citr. ana ℥ſ.
Croci ℈j.
Fol. Rosar.
Verben.
Scord.
Rut.
Card. bened. ana ℥ſ.
Spec. diamarg. frigid. ℥j.
Camphor. ℥ſ.
F. Pulv. Dosis ℥j.

AQVA THERIACALIS, vel Pestilentialis.

℞. *Fol. Scord.*
Card. bened. ana Miſ.
Acetos.
Borrag.
Calend. ana Mſ.
Radic. torment.
Bistort.
Angelic.
Zedoar.
Petasit. ana ℥ſ.
Pimpin.
Dictamn. alb.
Valerian.
Gent.
Hirund.
Imperat. ana ℥ij.
Sem. Citr. ℥ſ.
Nap. ℥ij.
Angelic.
Card. bened.
Petros. ana ℥j.
Rutæ ℥ſ.
Baccar. laur. Nro. viij.
Juniper. ℥v.
Cepar. recent. excort. ℥vj.
Conserv. Anthos ℥j.
Acetosell. ℥iiſ.
Scord. ℥iſ.
Meliss. ℥j.
Cortic. Citr. sic. ℥vj.

Incidantur & contundantur opt. Infund. in loco calido per triduum in Vini Rhenani generosissimi Mensuris. Tum defunde vinum & exprime materiam optime contunde superfuso iterum vino digere adhuc per triduum: tum destilla lento igne. In destillata aqv. rursus dissolv. & digere per biduum.

Theriac. Andromach.
Vet. opt. ℥iſ.

Mi-

Mithridat. opt. ℥j.
Camphor. in Aqv. Vit. optim. ʒiſ.
diſſolut. ℈iiij.
Electuar. d. Ovo ʒiſ.
Diaſcord. Frac. ʒij.
Spec. diamarg. frigid.
Liberant. ana ʒj.
Spirit. Vitriol. ʒiiſ.
Ol. ſulph. acetoſ. ʒſ.
Succ. Limon. ℥iij.
Citr. ℥ij.
Deſtill. l. a. in B. Serv. pro Officina. S. Aqv. Peſtilentialis vel Peſtilentzen Waſſer.

AQVA BEZOARDICA duplex.

℞. *Succ. expreſſ. acetoſ.* ℔j.
Citr.
Limon. ana ℥iiiiſ.
Aurant. acet. lib. ſ.
Acetoſ. ceraſor. ℥viiſ.
Angelic. ex radic. & herb.
Card. bened.
Rut.
Pimpinell. major.
Biſtort.
Pentaph.
Scord.
Enul. ana ℥iiiſ.
Acet. flor. tunic. ℥iij.
Rutae.
flor. ſambuc. ana ℥ij.
Miſc. & infund.
Bol. armen. ver. ʒſ.
Terr. Sileſ. ſigill. ʒj.
Myrrh. elect. ʒij.
Tartar. Calcin. ʒſ.
Rad. Angelic.
Dictamn.
Torment.
Valerian.
Petaſ. ana ʒiij.
Raſur. C. C. uſti. ʒſ.
Spec. Liberant.
diamarg. frig. ana ʒiij.
C. C. uſt. trit. ʒv.
Theriac. Androm. ʒvj.
Mithridat. opt. ʒſ.
Diaſcord. Fracaſtor. ʒj.
Contundenda contund. probe & miſc. ac digerantur per 14. dies in vaſe idoneo lento balnei calore: poſtea deſtilla. Deſtillatum divide in partes duas.
℞. *Partem unam & add.*
Solut. Corall. ℈iiij.
Confect. Alkekerm. ℈j.

Extract. santal. rubr. q. s. pro coloratione S. pro Officina.

S. Aqva Pestilentialis rubra.

℞. Alteram partem & add.
Solut. margarit. ℈j.
C. C. ʒj.
Bezoard. ℈ß.
Misc. S. pro Officina.

S. Aqva Bezoardica alba.

ALIA AQVA PESTILENtialis.

℞. Radic. Olsnit. ʒj.
Zedoar.
Galang. ana ʒij.
Angelic. ʒj.
Garyoph. ʒj.
Dictamn. alb. ʒß.
Flor. herb. scord. Mj.
Anthos,
Calendul. ana Mj.
Granor. Juniper. ʒj.
Theriac. Andromach. ℥iij.
Mithridat. ℥j.
Camphor. ʒvj.
Spirit. Vin. optim. lib. ij.
Destill. in baln. Mariæ.
F. Aqv. pestilentialis, adde Extract. Croci ʒj.

ANTIDOTUS PRÆSERvativa & curativa.

℞. Radic. Torment.
Levist.
Angelic. ana ʒß.
Gentian.
Zedoar.
Dictamn. alb.
Aristol. rotund.
Valerian.
Pimpinell. ana ℈j.
Sem. Sinap. alb. ʒij.
Nuc. vom. ʒiß.
Myrrh. rubr. ℈j.
Bol. armen. præpar. è succ. limon.
Terr. sigillat. ana ℈ij.
Cinamom. el. ʒj.
Camphor. ℈ß.
Spec. d. gemm. Utriusq;
Diamosch. dulc.
Diamarg. frigid. an. ℈j.
Diambr.
Diatr. sant. ana ℈ß.
Flor. Tart. ʒiiß.
Theriac. Andromach.
Mithridat. ℥ij.
Elect. d. Ovo ʒvj.
Pulverisand. pulv. & in mortario marmor. cum Syrup. acetos. Citr. F. Elect. Solidum addendo aliqvot gutt. Ol. Cinamomi, Citri.

S. ut supra.

CON-

CONCLUSIO.

ET hæc ſunt, qvæ hactenus conſcribere & divulgare volui, non dubitans, qvin multis placuerint, & qvibusdam etiam diſplicuerint, à me bono animo ſunt pervulgata, ſed qvid tùm poſtea, omnibus placere eſt & erit impoſſibile, qvippe cum nec ipſe Jupiter, ſive ſit ſerenus, ſive ſemper pluat, omnibus placuerit. Fruere itaqve his, amice Lector, & utere ad multorum ægrotorum ſalutem. Qvod ſi feceris, juxtaqve hoſce meos labores approbatum iveris, impoſterum calcar addes non modo reliqvas Centurias, verùm etiam plura alia, & qvidem longè præſtantiora nobilioraqve ex penu Hermetico & Hippocratico deprompta ac eruta, liberaliter tecum communicandi. Tu nunc, ô Bone Lector, fave, ama, faventem, amantem.

F I N I S.

PHILIPPI GRÜLINGII
OBSERVATIONUM
ET
CURATIONUM
MEDICINALIUM,
CENTURIA QVARTA.

LIPSIÆ,
Sumptibus GEORGII HEINRICI FROMMANNNI,
Bibliop. Anno 1668.

VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILIBUS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS ET DOCTISSIMIS,
DOMINIS
CONSVLIBVS ET QVATUOR VIRIS,
TOTIQVE ORDINI SENATORIO INCLYTÆ REIPUBL.
LIPSIENSIS,
DOMINIS PATRONIS ET FAUTORIBUS PLURIMUM COLENDIS.
S. P. D.

REctè & commodè dictum est, VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI ET DOCTISSIMI, qvi pluribus intentus ineptiorem & inutiliorem esse ad singula rite peragenda. Inde πολυπράγμονες qvidam dum omnia tractare & omnib9 sese negotiis immiscere, & (ut dici solet) ubiqve esse volunt, instituto semper diversus fuit meus sensus. Cùm ante qvadraginta annos Praxin Medicam inciperem, ab eo tempore, neglectis omnibus aliis negotiis, in hoc totus fui, ut nihil, qvod apud ægrotos ad recuperandam valetudinem faceret, intermitterem. Hinc ferè singulas Curationes, qvæ mihi in Praxi mea obveniunt, diligenter notavi, de qvibus hactenus tres Centuriæ in lucem prodiêre, & Centutiam qvartam ad prælum jam nunc adornari. Cogitanti autem mihi qvem huic meo labori Patronum, uti vocant, qværerem, qvi hoc meum

meum ſcriptum contra Zoilorum rabidos inſultus auctoritate ſuâ defendere ac tueri valeat, VOS inprimis VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI ET DOCTISSIMI, præ reliqvis eligere volui obſeqventem cauſam. Qvod optimè norim, VOS, ceu literis, omniq; liberali doctrina à teneris egregiè inſtructos, Studia honeſtarum Artium earumq; Cultoras impigros ac induſtrios & amare unicè & æſtimare pretiosè, contraq; illos, qvi de Viris eruditis, aut eorum præclaris conatibus & laboribus, minus honorificè ſentiunt, cane pejus & angve averſari, ſummopereq; deteſtari.

Qvæſo igitur, VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI ET DOCTISSIMI, qvâ Literatos complecti ſoletis, humanitate & favore, ut eo qvoq; me complecti, benevoloq; Vultu hunc meum laborem, in gratiam Medicinæ Studioſorum ſuſceptum tramiſſum accipere, atq; hoc modo decla-

ratum meum erga VOS honoris affectum ſtu-
diumqve boni conſulere velitis. Hæc ſi à
VESTRA MAGNIFICENTIA ET NOBILI-
TATE obtinuero, certo ſibi perſvadeat velim,
me ad promptiſſima animi obſeqvia nullo non
tempore obnixum & obligatum fore. Qvod ſu-
pereſt DEUM TER OPTIMUM MAXI-
MUM ardentiſſimis invoco & ſollicito precib9,
ut VOS Spiritus ſui gratiâ regat & protegat, &
ac totius Veſtræ Florentiſſimæ Curiæ ſalutem, u-
tilitatem, ſtabilimentum ac incrementum diu
vivos florentes & incolumes conſervet. Bene
& feliciter valete, meqve, qvod reverenter peto,
commendatum VOBIS habete.

Dabantur 1. die Januarij, 1664.

V. M. N. & AMPLIT.

obſervantiſſimus & deditiſſimus

Philippus Grülingius Auliater.

CAR-

CARMINA GRATULATORIA.

I.

NOta cluent, Collega, tibi pellentia morbos
Pharmaca, selectis quæ sociata modis;
Nam bene conqviris, quæ dextra Coa ministrat,
Atqve salutiferè Pergamus alma parat,
Qvas Theophrastus & Anazarbæus Jason,
Et qvas post celsum dat Paracelsus opes;
Qvicqvid & ingeniis veterum solertia secli
Addi & inventis adjicis ipse novis.
Nec bona tot premis invidiâ, sed tradis in usum
Communem, studii ceu monumenta tui.
Vive, vale, qvo, mella legens apis optima Phœbi,
Floribus è medicis, promere plura qveas!

Valentinus Gothus, Not. Publ.
Consul Stoibeugensis.

II.

GAllia se Medicis, se Hispania jactet,
Et celebret Medicos Itala terra suos.
Non est inferior laude hac Germania, clara
Et doctis Medicis, & celebris Chymicis.
Qvos inter qvi Grulingum præcellere forsan
Ambigis, has Curas perlege: certus eris.

Ludolphus Müllerus, Past.
Bergensis.

Qvæso

III.

QVæso Mechaoniæ caput, ô Grülinge cohortis;
Cur Tibi det toties Mors sua terga refer?
Sed retices: propriæ nemo sibi buccina laudis,
Illius ergò tuo nomine Cantor ero.
In te eit Genius præcordia docta Galeni,
Inqve tholis cerebri sessitat ipse tui.
Hinc Hygiea suam Te Pæona tollit in aram,
Ut sis ægrotis publica cura viris,
Et benè cœpistis quæ sunt collecta labore,
Chalcographos curans commemorare typis.
Tuq; Machaoniam callens feliciter artem,
Des posthac plures nobilis arte, libros
Tu vero Coiq; Senis, ductuq; Galeui
Ingenii plures porrige divitias.
Sic inter Medicos celebris tibi præmia famæ
Crescent, post obitum quæ usque superstes erit:

Johann Michaël Haccius,
Scholæ Stolberg. Rector.

IV.

EST aliquid sævos dextra prostrasse Leones,
Et valida tauros perdomuisse manu.
Sed morbos domuisse; ipsiq; resistere Morti;
Et fati celeres sistere posse gradus;
Hoc opus hic labor est; nempe istæc gloria paucis
Contigit; aut si cui? contigit ista Patri.

Philippus Gerhardus Grülingius,
Medicinæ Sthdiosus.

INDEX.

INDEX CVRATIONUM.

D. O. M. A.

OBSERVATIONUM ET CURATIONUM DOGMATICO-HERMETICARUM CENTURIA IV.

OBSERVATIO & CURATIO I.

DE MEDICAMENTIS PRÆservativis contra Pestem.

ANNO 1626. circa Autumnum, cùm Pestis in Comitatu Honsteinensi grassaretur, ad me Nobilis ille Martinus à Tostungen, Hæreditarius in Groß Wechsungen, mittit Scribam suum maximopere petentem, ut pro ædibus sui Domini alexipharmaca quædam contra Pestem præscriberem: cujus petitio sequentibus satisfeci.

℞. *Theriacæ,*
Mithridat.
Diascordij Fracastorij ana ℥ß.
Rad. torment.
dict. albi ana ʒij.
Fol. Cardbened.
Scordij ana ℈ij.
Boli Armen. Orient.
Terr. sigill. Turcic. an. ʒiß.
C. C. per vaporem calc.

 Sem.

Sem. acetos.
Citri,
Cardbened. ana ℨj.
Camphoræ ℨſ.
Syrup. acetos. Citri q. s.
Fiat Electuarium.
S. Latwerge vor den H. Vater und Sohn.

℞. *Amulet. nostræ descriptionis* No. iiij.
S. Küchlein.

℞. *Capsul. è ligno juniper.* No. iiij.
S. Knöpfflein.

℞. *Ol. succin.*
juniperin.
scorp.
rutæ,
Citri,
anthos. ana gutt. x.
Misce. S. Oel zun Knöpfflein.

℞. *Gossyp.* ℨſ.
S. Baumwolle zu den Knöpfflein.

℞. *Rotul. specier. liberant. sine aloe & myrrha* ℔. ſ.

Sign. Præservativ-Küchlein vor das Adeliche Frawenzimmer.

℞. *Tormentill.*
Vinc. toxic.
Rad. Scorzoner. ana ℨſ.
Boli Armen. veri,
Terr. sigill. Strig.
C. C. philos. præp. ana ℨij.
Cort. Citri,
Rad. dict. albi,
Herb. Cardbened.
Scordij,
Rutæ,
Sem. Citri,
Cardbened.
Rutæ,
Angel.
Levistici ana ℨiiſ.
Fiat pulvis, cui adde mellis cocti & despumati q. s. ut fiat Electuarium non admodùm molle.
Sign. in convenienti vasculo Latwerge vor das Gesinde.

℞. *Rosar. rubr.* ℨj.
Styrac. calam. ℨſ.
Benzoi ℨij.
Ligni aloës,

Cort.

Cort. Citri ana ℥iij.
Stæchades Arab. ℥j.
Hiſce mediocriter contuſis adde ſcobis tenuiſſ.
Ligni Rhodij,
Junip. ana ℥ſ.
Miſce. Detur in ſcatula munda. S. Rauchpulver vor Sein Adel. Geſtr.

℞. *Bacc. Junip.* Miiij.
Rutæ,
Abſinthij,
Rad. helenij,
Cort. betular. circa caudicem ana Miij.
Fol. querc. ℥j.
Myrrhæ rubr. an. ℥iiſ.
Exiccat. pulveriſentur, & in papyro ſignentur, Rauchpulver vor das Geſinde.

OBSERVATIO & CURATIO II.
DE MEDICAMENTIS *præſervativis in Peſte.*

CAncellarius quidam in Aula N. cùm audiret, quòd domus cujusdam textoris, qui è regione ædium Cancellarii habitabat, infecta eſſet, in eaq; tres liberi cum matre graviter decumberent, & hinc Dn. Cancellarius (fortaſſe non immemor verſus illius: *Res tua nunc agitur paries cum proximus ardet,*) timeret, ne idem ſibi contingeret, mittit ad me filium ſuum, etiam atq; etiam petentem, uti in Officina, uti tunc temporis ſolebam, medicamenta præſervativa contra Peſtem præſcriberem, quod ſequenti modo factum.

℞. *Spec. liberant. ſine aloë & myrrha* ℥vj.
Extr. tormentill. ℥ſ.
Angelic.
Zedoar. ana gr. xv.
Ol. Citri,
rutæ ana gutt. vj.
Sacch. in aqua ſcordij diſſolut. ℔j.
Fiant ſ. a. Rotulæ. S. in ſcatula munda Küchlein vor den Hn. Cantzlar und ſeine Söhne.
℞. *Capſ. tornat. è ligno juniper. Num.* iij. S. Knöpfflein.

℞. *Gran. juniper.* ℥j.
Fol. rutæ ℥ſ.
ſcordij ʒij.
Inciſis adde
Rad. angelic. ʒiiſ.
Zedoar. ʒj.
ariſtoloch rot.
valerian. ana ʒij.
Pulveriſentur groſſo modo & affundantur aceti Vini fortis lib. iiij.
S. Eſſig zu den Schwämlein in den Knöpfen.

℞. *Arſen. Chryſtall.*
rubri ana ʒiiſ.
Lapidis magnet. ʒj.
Sandal. rubri mod. pro colore, cum muſcilagin.
gummi traganth.
Aqva. roſar. extract.
Fiant Amuleta Nro. iiij.

℞. *Spodij præpar.* ʒj.
Corall. rubr. præpar.
Margarit. præp.
Os. d. corde cervi ana ℈ij.
Terræ ſigillat. ʒſ.
Fragm. qvinq. Lapid. pretioſor. præp. a. ℈j.
Ol. angelic. gutt. iij.
F. pulvis ſubtiliſſ. detur convenienter & ſignentur Pulver vor die Frau Cantzlerin. (qvæ tunc temporis erat gravida.)

℞. *Bacc. juniper.*
Sem. acetoſ.
citri,
Ben. alb.
rubr.
Croci Oriental. integri,
Santal. omnium,
Spic. Indicæ,
Corall. rubr. præp. ana ʒſ.
Flor. borrag.
bugloſſ.
roriſmarin.
roſar. ana p. j.
Spec. lætif. Galeni,
cord. temper.
liberant. ana ℈ij.
F. ſ. a. ſacculus inſtar cordis, ſyndone duplici rubra & interpaſſetur. S. Hertzküßlein vor die Frau Cantzlerin.

℞. *Bacc. juniper lib.* ſ.
Thuris ʒij.
Styrac. calam.
Benzoes ana ʒiſ.
Santali citrin. ʒſ.
Ligni aloes ʒij.

Fol.

Fol. lauri ℥ſ.
Flor. roſar. ℥iſ.
lavand. ℥ij.
Scobis lign. juniperin. Mſ.
Fiat pulvis groſſo modo pro fumo.

OBSERVATIO & CURATIO III.

DE MEDICAMENTIS prophylacticis in Peſte.

DOminus Magiſter Chemnitius Jurium Practicus, & Conſul Stolbergenſis, cùm audiret, qvòd in vicinis ædibus Peſtis graſſaretur, eadem medicamenta à me per literas petiit, cujus petitioni ſeqventibus prophylacticis ſatisfeci.

℞. Nucem avellanæ excavatam, immitte in illam cavitatem, ut moris eſt, argenti vivi qvantum ſufficit, foramen tunc obſigna diligenter cerâ Hiſpanica.

Sign. Amuletum ex hydrargyro, quando prius nux avellana incluſa fuit ſacculo, ex ſyndone rubra duplici.

℞. *Bacc. juniper.* Mj.
Rutæ,
Abſinthij,
Rad. helenij,
Cort. betular. circa caudicem
ſabinæ,
C. hirci caſtrati ana Mj.
Fol. querc. ℥ſ.
myrrhæ rubræ. ℥vj.
Exicca, pulveriſentur craſſo modo. S. Pulver zum reuchern.

℞. *Ol. Rutæ,*
angelicæ ana ℈j.
citri ℈ſ.
Moſchi,
Ambræ ana gr. iij.
Ol. nuc. moſch. expreſſ. q. ſ.
Fiat Balſamum. S. Anſtreich-Balſam.

℞. *Cort. citri condit.* ℥ij.
Conſerv. acetoſ. ℥iſ.
Extr. elenij ℈ij.
C. C. ſine igne præp.
Pulver. cordial. temperat.

Spec. liberant. sine aloe & myrrhâ.
Boli Armeni veri,
Terræ sigillat. ana ℈ij.
Syrup. d. succo scordij q. s.
Spirit. sulphuris ℈j.

Misce pro Electuario præservativo.

OBSERVATIO & CURATIO IV.

DE MEDICAMENTIS præservativis contra Pestem.

Cùm Anno 1626. Pestis in patriam meā graviter sæviret, pro Soceri ædibus ordinabam seqventia,

℞. *Flor. sulph. ter sublimati, ut moris est,*
Extr. Theriacæ ʒj.
Camphor. dissol. in S. V.
Croci Oriental. ana. gr. xv.
Sacchari q. s. in aqva scordij dissol.

Fiant rotulæ.

℞. *Theriacæ* ʒs.
succi limon. vel citri ʒv.
Acet. rosar.
scordij ana ʒij.
Confect. alkerm. ʒs.
Camphoræ ℈j.
Croci ℈s.
Moschi gran. v.

Misce pro linimento cordiali & naribus illinendo.

PRO SOCRU MEA.

℞. *Conserv. citri* ʒj.
Cinamomi opt. incisi ʒis.
succini præp.
Sem. citri ana ʒj.
C. C. per vapor. calcinat. ℈iis.
Pulv. cordial. ℈ij.
Rad. tormentill.
enulæ ana ʒij.
Magist. corall. ʒs.
Terr. sigill. ℈ij.
Sal. cinamomi ℈j.
Oss. d. cord. cervi ℈ij.
Sacchar. fini dissol. in aqva Cardbened. q. s.

Fiant morsuli.

℞. *Bacc. iuniper.* Mij.
Thuris ʒj.
Styr. calamit.

Ben.

Benzoes ana ℥iſ.
Santali citrini ℨſ.
Ligni aloës ℨij.
Fol. lauri ℥vj.
Flor. lavand. ℈ij.
calend. ℈iiſ.
roſar. ℥iſ.
Scobis ligni juniperini Miſ.

Fiant pulvis groſſo modo pro fumo.

OBSERVATIO & CURATIO V.

DE MEDICAMENTIS præſervativis in Peſte.

Eodem tempore pro meis uſibus ordinavi ſeqventia Præſervativa contra Peſtem.

℞. Conſerv. roſar. ℥iſ.
acetoſ. ℥ij.
Extr. bacc. juniper. ℨij.
Terr. ſigill.
Boli armeni ana ℨſ.
C. C. præp. ℈ij.
Sem. citri,
acetoſ.
cardbened.
rutæ ana ℨj
Spec. liberant. ſine aloë & myrrha ℈iſ.
Magiſter. Corall. ℈ij.
Sal. cardbened. ℨſ.
Lapid. beZoard. gr. x.
Moſchi gran. iiij.
Spir. vitriol. gutt. xx.
F. Electuarium.

℞. Ligni aloes ℨſ.
Benzoes ℥iij.
Spec. liberant. ſine aloe & myrrha ℨiſ.
Pulver. angelicæ ℈j.
Moſchi gran. v.
Sacch. Candi ℥iij.
F. l. a. cum aqva roſar. trochiſci. S. Mundküchlein.

℞. Ol. rutæ.
angel. ana ℈j.
citri deſtillat.
rutæ,
ſuccini ana ℈ſ.
Extr. tormentill. gr. v.
Moſchi,
Ambræ ana gr. v.
Nuc. olei moſch. q. ſ.
Fiat Balſamum.

PRO

PRO COSTA MEA.

℞. *Conserv. citri* ℥ß.
Cinamomi opt. incis. ʒiß.
Succini præparat.
Sem. Citri,
Cardbened. ana ʒß.
Pulv. cordial. ʒij.
Spec. diamarg. frig. ʒj.
Rad. enulæ,
Tormentill. ana ℈ij.
Magist. Corall. ʒß.
Terræ sigill. ℈ ij.
Salis Cinamomi ℈j.
Off. d. Corde Cervi ℈j.
Sacch. q. s. dissol. in aq. Cinam.
F. Morsuli.

Pro familia mea.

℞. *Rad. Imperat.*
Angelicæ ana ʒiß.
Torment.
Vincetox.
Dictamni,
Valerian.
Zedoar. ana ʒj.
Sem. angel.
Cardbened.
acetos.
Citri ana ℈ ij.
Fol. rutæ,
Cardbened.
Scordij.
Bacc. juniper.
Bacc. laur. an ʒiß.

Fiat pulvis. Postea è melle despumato q. s. Fiat Electuar.

OBSERVATIO & CURATIO VI.

DE MEDICAMENTIS præservativis contra Pestem.

Cùm Consul qvidam ob insperatum & tristem nuncium horrorem pateretur, & inde timeret, ne Pestilenti febre, qvæ tunc temporis ubiqve grassabatur, postea corriperetur, mittit ad me literas, in qvibus petebat medicamenta præservativa contra Pestem. Cui ex debito servitio statim seqventia misi.

℞. *Pulver. cardbened.* ℈ij.
Oculor. cancror. præp.
Salis absinthij ℈j.

Lapid.

Lap. Bezoard. gr. vj.
Misce pro pulvere.
S. Schweißpulver.

℞. *Aqu. Cardbened.*
Centaur. min. ana ℥j.
Scordij ʒvj.
Wasser zum Pulver.

℞. *Conserv. acetos.*
Citri ana ℥j.
Extr. bacc. junip. ʒij.
Scordij ℈j.
Rad. Angelic.
Diptamn.
helen.
Zedoar. ana ʒß.
C. C. per vap. calcin. ʒj.
Corall. rubr. præp. ℈ij.
Boli arm. veri ʒß.
Syrup. d. succ. citri,
Cardbened. ana q. s.
Spir. Vitrioli gutt. xxx.
Misce. Fiat Electuarium.
S. Præservativ Latwerge.

℞. *Extr. Angelicæ,*
Zedoar.
Rutæ ana ℈j.
Terr. sigill.
Corall. rubr. præp.
C. C. per vap. calc.
Rasur. eboris,
Succini albi,
Sem. Levist.
acetos.
Rutæ,
Cardbened.
Pulv. cordial. ana ℈j.
Ol. Citri,
Angelic.
Zedoar. ana gutt. ij.
Sacchari q. s. dissoluti in aq. florum Citri. Fiant Rotulæ.

℞. *Rad. angel.*
Zedoar.
Gentian.
Vincetoxic. ana ℥iß.
Cort. Citri ℥iiß.
Bacc. junip. Mj.
Summ. rutæ p. ij.
Herb. Scord. Mß.
Concidantur minutim & superfuso aceto stent per aliquot dies in Sole.
S. PestEssig.

OBSERVATIO & CURATIO VII.

DE PRÆSERVATIVIS MEdicamentis contra Pestem.

Cùm circa principium Autumni Northusæ Febres Pestilentiales in una atqvè altera domo cæpissent grassari, ideò & hinc Diaconus S. Nicolai præservari cupiens, ab hac infectione maligna, à me aliquid prophylactici petivit. Cui sequentia præscripsi:

℞. *Extr. helenij* ʒſ.
Flor. Sulph. ʒij.
Myrrhæ elect. ℈j.
Croci ℈ſ.
Terræ sigill. ʒſ.
Sal. Corall.
Cardbened. ana ℈j.
Ol. Zedoariæ,
Citri,
Rutæ,
arant. ana gutt. j.
Cum ʒiij. *Sacch. soluti in aqua Cardbened.*
Fiant rotulæ s. artem.

℞. *Bals. Citri,*
Rutæ,
Zedoar.
Succini ana ℈j.
Misce pro narium illitu.

OBSERVATIO & CURATIO VIII.

Dominus M. Heulerus primarius Pastor in Imperiali Northusa, vir pius & insignis Theologus, anno 1626, die 16. Septembris post deductum funus, cùm una cum eo domum properarem, inter eundum hiscè me alloquitur verbis: Domine Grülinge, ego in hoc tristissimo tempore, ubi Pestis sæviter in una atqve altera domo incipit gliscere & grassari, Pestis valde solicitus sum de me meisqve, timens nè forsan hoc malo corripiamur. Peto igitur ut pro me Familiaqve mea debita præscribas Prophylactica, vel Præservativa, non modo pro ejusmodi medicamentis in Officina citò solutionem præstabo, verùm etiam

iam hanc animi promptitudinem debita gratia compensabo. Cui seqventia præscripsi.

℞. *Aloës succot.* ℨß.
Agar. trochiscat.
Rhabarbaræ ana ℨiß.
Myrrhæ elect. ℨß.
Croci ℈ß.
Aqv. theriac. camphorat. ℨj.
cardbened. q. s.

Fil. pil. ex qvalibet drachma xij. pro dosi. S. Pillen alle 6. Tage zu gebrauchen.

℞. *Extr. juniper.* ℨj.
scordij,
enulæ ana ℨß.
Ol. dest. Zedoar. ℈ß.
cort. citri gutt. v.
angelic. gutt. iij.
nuc. mosch. expr. ℨiß.

Misce. S. Linimentum pro naribus.

℞. *Cortic. recent. citri in minutas particulas concisarum* ℨiij.

Sign. in Schatula munda Mundstücklein.

℞. *Arsenici cryst all.* ℨij.
rubri ℨj.
Croci ℈j.
cum muscilagine gummi traganth.

F. tria Amuleta, & involvantur syndone rubra. S. Pestküchlein.

In aliis ejusmodi Amuleta seqventi modo mutavi.

℞. *Arsenic. cryst all.* ℨij.
Zedoar. ℨij.
Croci ℈j.
Camphoræ ℨß.
Ex muscil. gumm. Arabici fact. in aqva rosar.

Fiant ut moris est Pastilli.

Vel;

℞. *Arsenici cryst all. rubri an.* ℨj.
Pulv. bufonum in umbra exsiccat. ℨiß.
Rad. dictamni,
tormentil.
Rutæ,
Scordij ana ℨß.
Succini albi ℨiß.
Benzoi ℨj.
Croci,
Camphor. drach. sem.
Zeduar.
Myrrhæ ana ℈ij.

Cum aceto scordij, & gummi traganth.

F. massa. Ex qva f. placentulæ ad formam cordis. Involv. bambac. & includantur alut. rubr.

℞. *Conserv. scordij* ℥ij.
citri,
acetos. ana ℥iß.
Theriacæ,
Mithridatij ana ℈ij.
Spec. liberant. sine aloë & myrrha,
Pulv. sem. angelic.
dictamni,
terr. sigillat. ℈iiß.
Sem. levistici,
cardbened.
rutæ,
angelic. ana ʒß.
Syrup. acetos. citri q. s. adde Spiritus Vitrioli ʒß.
S. Ladwerge wider die Peste.

Pro ipsius Familia.

℞. *Nuc. jugland.* Nro. v.
Ficuum Nro. iij.
Fol. rutæ,
scordij ana ℥ij.
Cort. citri,
Semin. citri ana ℈ij.
Boli Armeni,
Salis absinthij communis ana ʒj.
C. C. per vapor. calcin. ʒß.
Citr. condit. ℥ß.
Conserv. rosar. cum Spiritu Sulphuris,
Theriaca Andr.
Mithridatij ana ʒß.
Cum succ. citr.
Fiat Electuarium.

OBSERVATIO & CURATIO IX.
DE MEDICAMENTIS præservativis in Peste.

Magister N. Reinmannus Superintendens Bleichrodensis, eodem anno & mense pro se suisqve à me accepit Prophylactica seqventia.

℞. *Capsul. lign. juniperin.* Nro. iiij.
S. Knöpfflein zum riechen.

℞. *Ol.*

℞. *Ol. juniper.*
therebinth. ana ℥ij.
succini,
rutæ ana gutt. x.
citri ana vij.
cinamomi gutt. iij.

Misce. S. Oel zun Knöpflein.

℞. *Amulet. nostr. descriptionis* Nro. iiij.
S. Küchlein.

℞. *Acet. bezoard.* ℥v.
S. PestEssig.

℞. *Aqv. theriac. camph.* ℥iiij.
S. Præservativ Wässerlein.

℞. *Gran. junip.* ℥v.
Olibani,
Succini ana ℥j.
Styrac. calamit.
Benzoi ana ℥iß.
Santali Citrin. albi
ana ℥ij.
Ligni aloës ℥iß.
Fol. laur. ℥iij.
Flor. lavand.
rorismar.
rosar. ana ℥vj.
F. pulvis incisus grosso modo pro fumo.

℞. *Ol. rorismar.*
angelic.
rutæ,
succini ana ℈ij.
Moschi,
Ambræ ana gr. iiij.
Ol. nuc. mosch. express. q. s.
Fiat Balsamum.
S. Balsam.

℞. *Flor. ros.*
bugloss.
borrag. ana Mj.
Herb. meliss.
ocymi ana Mß.
Radic. dictam.
Zedoar.
Santali citrini,
albi,
Ligni aloes ana ℥iß.
Spec. cord. temperat.
liberant. sine aloë & myrrha ana ℥ij.
F. species pro sacculis.
S. Hertzküßlein Species.

OBSERVATIO
&
CURATIO X.

DE MEDICAMENTIS PRÆservativis contra Pestem.

Cum Anno 1626. mense Augusto in Patria mea Pestis grassari inciperet, qvæ etiam ante festum bacchanale non cessabat, Illustris & Generosus Comes Dominus *W*olfgang-Georgius, Dominus in Stolb. *W*ernig. & Honstein &c. De Urbe & civium Stolbergensium salute solicitus mihi per literas mandavit, ut medicamenta nonnulla cùm prophylactica tùm curativa contra Pestem Aulæ præscriberem, qvo illa ad votum & usum cujuslibet præsto essent. Qvod & ea, qva par fuit diligentia à me præstitum est. Qvalia illa medicamenta fuerint, cognoscere licet ex Tractatu meo Germanico a. 1659. publicato, ita ut supervacaneum putem, illa hoc loco repetere. Interim tamen autem non gravabor annectere hîc specialia aliqvot alexipharmaca composita pro variis ac diversis Personis, mox à principio Luis illius contagiosæ à me Northusæ ordinata ordine eo, qvi seqvitur.

Pro Ecclesiæ Ministro.

℞. *Extr. Zedoar.* ℈ij.
angelic. ℈j.
Cardbened. ℈ſ.
C. C. usti præp. ℈iiſ.
Magister. perlar. ℈j.
corall. ℈ſ.
Sal. cinamomi ℈j.
cardbened. ℈ſ.
Ol. cort. citri gutt. iiij.
Mosch. gran. iiij.
Sacch. albi dissol. in aqv. borrag. & cardbened. ana q. s.
F. l. a. Rotulæ.

Pro Vidua Camerarii.

℞. *Extr. Zedoariæ* ℈ij.
angelicæ gran. xxiij.
Flor. Sulphuris ter sublimator. ʒſ.

Ma-

Magister. corallor. ℈ij.
perlar. ℈ß.
Sal. cardbenedict. ʒß.
Ol. citri,
cinamomi ana gutt. v.
Sacch. albi dissolut. in aqv. cardbened. q. s.
Fiant Rotulæ.

Pro qvodam reverendo Viro.

℞. *Extr. cardbened.* ℈j.
scordij ℈ß.
Pulv. cardbened.
cordial. temperat. ʒj.
Poli Armeni ℈ij.
Oss. d. Cord. cervi,
Magister. corallor.
perlar. ana ℈j.
Salis cinamomi,
Rasur. cort. citri ana ʒß.
Ol. citri gutt. v.
Sacch. albi dissolut. in aqv. borrag. q. s.
Fiant Rotulæ.

Pro Domino Consule Valentino Gotho.

℞. *C. C. per vapor. calcin.* ʒiij.
Cortic. citri incis. ʒß.
Extr. helenij ʒj.
Magister. corall. ʒj.
perlar. ʒß.
Salis cinamomi ℈j.
Ol. citri gutt. iiij.
Mosch. gran. viij.
Sacch. alb. dissolut. in aqva bugloss. cui adde Spiritus rosar. gutt. vj.
Fiant Morsuli.

Pro Puerpera decem dierum.

℞. *C. C. Philosoph. calc.* ʒiß.
Extr. enulæ ℈j.
Zedoar. ℈ß. gr. v.
Pulv. cordial. temper.
Spec. diamargar. ana ʒß.
Magist. corallor. ℈j.
Macis ℈ß.
Ol. cinamomi gutt. iij.
Lapid. bezoard. gr. vj.
Sacch. albi fini dissolut. in aqv. borrag. q. s.
Fiant s. a. Morsuli.

Pro Nobili.

℞. *Conserv. citri,*
acetosæ ana ʒiß.
flor. elenij ʒvj.
Extr. gran. juniper. ʒß.
Zedoariæ,

enulæ

enulæ ana ℥j.
Flor. sulphur. sublimat. ℥iiß.
Terræ sigillat. ℥ij.
C. C. Philosoph. præp. ℥iß.
Croci optim. ℈j.
Camphoræ ℥j.
Magister. corall.
perlar. ana ℈j.
Sal. juniper.
angel.
cardbened.
absinthij ana ℈j.
Cum syrup. acetos. citri q. s.
Spiritus Vitrioli q. s. ad acorem.
F. Electuarium.

Pro Scriba Curiæ.

℞. *Rad. Enulæ,*
tormentill.
angel. ana ℈ij.
Zedoariæ,
Rasur. cort. citri,
C. C. Philosoph. præp.
Spodij,
Succini albi ana ℈j.
Myrrhæ,
Croci ana ℈ß.
Pulverisentur subtilissimè & irrorentur Spiritu vitrioli optimo.

Pro Lanifice.

℞. *Spirit. theriacal. nostræ descriptionis,*
Extract. tormentill.
enulæ,
gr. juniper.
cardbened.
Zedoar. ana ℈j.
Confect. alkerm. ℥ß.
Magister. corall.
perlar. ana ℈j.
Lactis sulphuris ℈ij.
Salis absinth.
cardbened.
cichor. ana ℈j.
Syrup. acetos. citri ℥ij.
Spir. Vitrioli ℈ß.
Moschi gran. iiij.
F. mixtura. S. Præservativ-Ladwerge.

Pro Fratre Andrea.

℞. *Extr. cardbened.*
scordij ana ℈j.
Zedoar. ℈ß.
C. C. Phil. præp. ℈j.
Boli Armeni veri,
Terræ sigillat. ana ℥ß.
Sal. cardbened.
absinthij,
angelicæ ana ℈j.

Ol.

Ol. Zedoar.
Citri,
Cinamomi ana gutt. ij.
Sacch. albi dissolut. in aqu. cardbened.
Fiant rotulæ.

Pro Fratre Martino.

℞. *Cort. citri condit.*
arant. condit. ana ℥j.
Flor. citri condit. ℥ß.
Pulv. sem. citri excort.
carabened.
rutæ ana ʒj.
C. C. Phil. præp. ʒiß.
Pulv. rad. angel.
torment.
magistrant. ana ℈j.
cum Syrup. acetos. citri. q. s.
Fiat Electuarium.

Pro Rustico.

℞. *Theriacæ* ʒiij.
Conserv. citri ℥iiiß.
Rad. dictamni,
Zedoar.
angelicæ,
gentian. ana ʒß.
Extr. juniper.
Sem. angelicæ,
levistici ana ʒß.
Camphoræ ʒß.

Balsami Sulphuris ℈j.
Spir. Vitrioli gutt. xx.
Syrup. d. cortic. citri q. s.
F. Electuarium.

Pro Pastore Bilaviensi.

℞. *Terr. sigill.* ʒij.
C. C. Phil. præp. ʒiß.
Flor. Sulphuris ʒiß.
Extr. Zedoar. ʒß.
Sal. cardbened.
absinthij,
corall. ℈iiß.
Ol. citri,
rutæ,
cinamomi ana gutt. v.
Spec. cordial. temperat. ʒj.
Spir. theriac. camph. ʒiß.
Syrup. acetos. citri q. s.
F. Electuuriam.

Pro Senatore.

℞. *Cort. citri condit.* ℥iiiß.
C. C. Phil. præp. ʒiß.
Pulv. Zedoariæ ʒj.
tormentill.
magistrant.
præmorsæ ana ʒj.
Rad. elem. condit. ℥ij.
pimpinell. ℥j.
Cinamomi optimi,
Nuc. mosch. ana ʒß.

Sem. citri,
arant. excort. ana ʒiſ.
Syrup. d. ſucco borrag. q. ſ.
Fiat Electuarium.

OBSERVATIO & CURATIO XI.

DE MEDICAMENTIS Curativis in Peſte.

PEſtis, qvæ & Peſtilentia, Lues contagioſa, contagium Peſtiferum, Peſtilitas (Lucretius & Paracelſus) dicitur: Græcè ὁ λοιμὸς, eſt morbus Epidemius contagioſus ac venenatus, occulta veneni ſua qvalitate è diametro vitæ humanæ contrariâ, Cor affligens, ejusqve τὸ ἔμφυτον θερμὸν ſpiritusq; diſſipans, ac poſtremò omnis generis ſymptomata ſæpe inducens.

Hanc qvi curare feliciter ſatagit, ſeqventem modum, prout ego opinor, ut obſervet, neceſſe eſt.

1. Solvatur alvus, (niſi ſit naturaliter aperta) vel ſuppoſitorio, Clyſtere, vel alio medicamento leniter purgante. Poſtea exhibeatur Sudoriferum conveniens.

Hoc ebibito Patiens ad qvadrantem horæ hypocauſtum perambulet: Hinc ſudet ad horas duas, vel ſi vires ferant, tres.

Inter ſudandum Cor confortetur Aqva Capon. Cortic. citri condit. Conſerv. citri, Syr. acet. citri, rotul. manus Chriſti perlar. rob. rib. vel berb. vel qvovis alio.

Finito ſudore mutentur ſtragula & induſiæ novis, (& qvidem calidis) & cibetur æger bonis cibis.

Notandum, qvod ſi accidat, ut rejiciatur ſudoriferum, ſtatim aliud offeratur. Vinum & ſomnus qvoq; primis duobus vicibus vitentur. Deinde poſt elapſas horas octo, vel decem iterum Sudoriferum detur, (ſoluta tamen adhuc ſemel alvo, ſi ſteterit.) Non tamen interea neglectis illis, qvę dicta & no-

& notata circa primam ſudoris promotionem. Iterum elapſis horis octo vel decem ſumatur aliud ſudoriferum, & ſi neceſſitas poſtulet, qvartò detur ſudoriferum, ſemper tamen obſervatis prioribus notis & obſervationibus. Hoc peracto Patiens ſe excreando commoveat, & qvo in loco ſentiat dolorem, ibi promoveantur Carbunculi & Bubones medicamentis attrahentibus & emollientibus, in qva re Chyrurgi conſulendi.

Externè utimur qvoq; ſuſpenſis collo Amuletis, ungventis, balſamis, acetis, pro pulſibus, corde & naribus. Item pulveribus pro fumo & aliis. Symptomata pro re nata methodicè curanda.

OBSERVATIO & *CURATIO XII.*

DE PESTE.

Jacobus Gemmerer / Civis Stolbergenſis Peſte laborans, per uxorem petiit, die 12. Sept. anno 1626. auxilium, cui præſcripſi ſeqventia, qvibus medicamentis nutu Dei intra 14. dies integrè convaluit.

℞. *Suppoſit.* Nro. iij.
ad ſolvendam alvum, qvæ obſtructa erat.
S. Stulzäpflein.

℞. *Aceti bezoardici Unzeri* ℥iß.
Detur convenienter.
S. Bezoar Eſſig.

℞. *Elixir. Proprietatis* ʒj.
Aqv. acetoſ.
ſcordij,
cardbened. ana ℥vj.
Miſce. S. Schwitzwäſſerlein.

℞. *Mithridat.* ʒj.
Conſerv. citri ʒij.
Spec. lib. ſine aloe & myrrha gran. ix.
Miſce. S. dritte Schwitzunge.

℞. *C. C. Philoſ. præp. pulv.* ʒj.
S. Pulver etwas ins tägliche trincken zu ſchütten.

 ℞. *Sy-*

℞. *Syrup. acetos. citri,*
d. borrag.
Syrup. berb.
ribium ana ℥iß.
Misce. S. Stärck Safft zum Schweisse.

OBSERVATIO & CURATIO XIII.

DE PESTE.

JAcobus Kirchhoff, alias Bock dictus, Pistor & vir qvinqvaginta annorum, Pestilenti febre infestatur, Vexabatur simul Siti ingenti, Vomitu & capitis dolore. Hic seqventibus præter omnium spem, auxiliante Deo, seqventibus curatus est.

℞. *Mithridatij,*
Elect. de ovo ana ℈iiiß.
Conserv. citri ℥ß.
Ol. angelic. gutt. ij.
Misce & divide in duas partes æqvales. S. zwey doses zum Schweisse.

℞. *Aqv. Theriacalis camphor. m. d.* ℥ß.
Aqv. Cardbened.
acetos. ana ℥j.
Misce. S. Schwitzwässerlein.

℞. *Aqv. borrag.*
bugloss.
acetosell.
cardbened. ana ℥iiß.
Syrup. acetos. citri,
berb.
ribium ana ℥iß.
Essent. citri ℈j.
Spir. Vitrioli gutt. xx.
Misce. S. Kühl Tranck.

℞. *Fermenti* ℥iiij.
Pulv. menthæ Mß.
Mastichis ℥ij.
Tere & cum oleo mastichin.
Fiat Emplastrum ventriculo imponendum.

℞. *Aqv. Violar.*
carvi,
lactuc.
rosar.
anethi ana ℥j.
Verben. ℥ij.
Nul. persic.

amygd.

amygd. amar. ana ℥vj.
Sem. anethi,
papav. albi ana ℥iiß.
Fiat Emulsum pro Fronte.

Columbam qvoqve viventem per medium dissectam, plantis pedum opponi curavi; qvod valde profuit.

℞. *Conserv. rosar. cum Spiritu Vitrioli ana* ℥iij.
citri,
borrag.
violar. ana ℥ß.
Rob ribium,
berber. ana ℥j.
Spec. diamarg. frig. ʒß.
Margarit. præp. ℈j.
Ol. citri, cinamomi gutt. ij.
Syrup. acetos. citri q. s.
F. Electuarium.
S. Kräfftige Stärck Latwerge.

OBSERVATIO & CURATIO XIV.

DE PESTE.

Jurisconsultus clarissimus Maligna Febre corripitur cum multis Symptomatibus, qvos seqventibus, adjuvante Deo, convaluit.

℞. *Pulv. mei descriptionis contra Pestem* ℈iiij.
Aqv. oxalydis,
cardbened.
scordij ana ℥vj.
Misce. S. Träncklein zum Schweisse.

℞. *Lapid. bezoard.* gran. xij.
Oss. d. cord. cervi, ℈j.
Smaragdi præp.
hyacynth. præp. gr. vj.
Spec. liberant. sine aloe & myrrha ℈j.
Dividatur pulverisando in duas æqvales partes, & detur qvælibet in aqva acetos. & Cardbened.

℞. *Conserv. rosar. cum Spirit. Vitrioli* ℥j.
borragin.
citri,
bugloss.
garyophyl. ana ʒß.
Syrup. acet. citri,
rib. ana q. s.
Misce. S. Stärck Zucker.

Cum crebri vomitus oborirentur, contra illos usus sum seqventibus.

℞. *Fermenti* ℥iiij.
Fol. menthæ Mſ.
Maſtichis ʒij.
Tere & cum Oleo maſtichino,
Fiat Emplaſtrum ventriculo imponendum.

℞. *Aqv. Cardbened.*
ſcordij,
acetoſ.
card. Mariæ ana ℥iij.
Syrup. granator.
acetoſ. citri,
Rob ribium ana ʒiſ.
Miſce. S. Kühl Julep.

OBSERVATIO & CURATIO XV.

DE FEBRE MALIGNA.

Filius Conſulis Georgii Soldneri, medius natu annorum circiter viginti, inſperato totius corporis horrore corripitur, qvi horror duravit trihorium; hunc ſubſecutus eſt æſtus ingens, cum dolore capitis, vigiliis, nauſea, & crebris Vomitionibus. Hæc cùm indicarent eſſentiam Febris malignę, ſtatim ad appropriata deſcendi & ſeqventia præſcripſi.

℞. *Antimon. Diaphoretici* gr. x.
C. C. per vaporem calcinat.
Ebur, eodem modo calcinat.
ana gr. vj.
Oculor. cancror. calcin. gr. ix.
Miſce. F. pulv.

Sumſit qvidem hunc pulverem, ſed ſtatim per vomitum rejecit, hinc datur ipſi, ſecunda vice, verùm eodem effectu, tertiò iterum datur, ſed nec tunc ſecum retinuit. Unde ego deſperans, prædixi illum vix qvatriduum ſupervicturum. Interim tamen ne deeſſem meo officio ad reprimendum vomitum, dolorem capitis ſedandum, cæteraq; Symptomata avertenda præſcripſi.

℞. *Conſerv. roſar. vet.* ℥ij.
Boli Armeni,

Terr.

Terr. sigill. ana ℈ij.
Corall. rubr. præpar.
C. C. usti ana ℈iiſ.
Cum syrup. cydon. q. ſ.
Spir. Vitrioli gutt. x.
Miſce pro condito.

Ad majorem constrictionem Stomacho imponi juſſi ſeqvens Cataplaſma.

Fermenti acerrimi ℥iiij.
Pulv. garyoph.
maſtich.
menthæ ſic. ana ℈ij.
Ol. deſtill. menthæ gutt. viij.
Miſce. F. Emplaſtrum. ventriculo calidè imponendum. Et ſic ceſſarunt vomitus.

℞. *Ol mandrag.*
papav. ana ℥ſ.
Ungv. alabaſtr.
popul. ana ℥vj.
Opij Thebaici ℈j.
Ol. nuc. moſch. expr. gr. xviij.
Miſce. S. Schlaff Sälblein.

℞. *Aqv. lactuc.*
chamom.
anethi,
roſar. ana ℥ij.
Nucl. perſicor. ℥vj.
Sem. papav. ℥iſ.
anethi ℥ij.
Bacc. junip. ℥iij.
Fiat Emulſum pro fronte.

OBSERVATIO & CURATIO XVI.

DE PESTE.

Anno 1626. circa medium Autumni multi in Noſocomio patriæ meæ Peſte corripiebantur, pro qvibus juſſu & mandato Magiſtratus præſcripſi ſeqventia, qvorum auxilio, Deo benedicente, plurimi convaluere.

℞. *Conſerv. cardbened.*
acetoſ. ana ℥iſ.
flor. enulæ ℥j.
Extr. gran. juniper. ℥ſ.
Zedoariæ,
enulæ ana ℥j.
Flor. ſulphuris ter ſublimat. cum aloe, myrrha &c. ℥iiſ.
Terr. ſigill.

C. C.

C. C. Philosoph. præp. ℥iij.
Croci ʒß.
Theriacæ ʒß.
Camphor. ʒiß.
Sal. juniper.
angel.
absinth.
rutæ,
cardbened. ana ℈iß.
Cum Syrup. de scordio & acetos. citri ana q. s.
Spir. Vitrioli ʒj.
Misce. S. Latwerge wider die Pest.

℞. *Aqv. cardbened.*
scorzoner.
bugloss.
acetos.
borragin.
Violar. ana ℥vj.
acet. rosar. ℥iij.
Corall. rubr. præp.
C. C. præpar. ana ʒij.
Rob rib.
berb. ana q. s.
Spir. Vitr. ʒß.
Misce. S. Aqva confortativa post sudorem sumenda.
Dosis ℥ij. vel ℥iiß.
Conditum corroborans.

Aliud.
℞. *Conserv. rosar. cum Spir. Vitrioli*
acetos. ana ℥iij.
Rob ribium ℥iß.
Pulv. citri condit.
C. C. præp. ʒj.
Corall. rub. præp. ana ʒj.
Spec. liber. sine aloe & myrrha ana ℈iiij.
Cum Syrup. acetos. citri & Spir. Vitrioli ana q. s.
F. Conditum.

OBSERVATIO & *CURATIO XVII.*

DE PESTE.

UXor cujusdam Rustici, mulier fortasse triginta annorum, qvo tempore valde grassabantur apud Northusanos contagia Pestis corripiatur Febre Pestilentialia, qvod ex eo patebat, qvòd capite vehementer doleret, somnum nullum

lum videret, afficereturq; lassitudine totius corporis, cum æstu omnium membrorũ vehementissimo. Ad curam igitur ego vocatus ilico sudorem alicui seqventibus.

℞. *Mithridatÿ* ℥iiſ.
Syrup. è succo citri ℥ſ.
Misce pro duabus dosibus.

Qvælibet dosis feliciter operata est, eliciendo semper sudorem largum.

℞. *Aqv. Cardbened.* ℥v.
scordÿ ℥ij.
bugloss.
borrag.
acetos. ana ℥j.
Magist. corallor. ℈j.
Perlar. ℈ſ.

Misce, addendo gutt. xx. Spirit. Vitrioli.

Ex hoc dolor capitis, qvi ipsum præ cæteris valde affligebat ex parte mitiabatur, Simul applicato, seu illigato raphano conciso minutim & contuso cum aceto vini & sale communi soleis utriusqve pedis.

Tandem cùm nullus amplius vitæ periculum adesset, pro corporis evacuatione seqvens pharmacum accepit.

℞. *Pulv. rhabarb.* ℈iiſ.
Spec. liberant. sine aloe & myrrha ℈ſ.
Ol. citri,
Cinamomi ana gutt. j.
Misce. S. Laxier Pulver.

Et sic beneficio potentissimi Dei evasit, & ex hoc periculosissimo morbo eluctata est.

OBSERVATIO & CURATIO XVIII.

DE PESTE.

Uxor cujusdam Chymistæ fere eodem anno & die corripitur febre Pestilenti & maligna, cujus signa erant delirium, dolor capitis, respirationis difficultas, cordis angustia, æstus vehementissimus cum lethargo. Prætererant tres

 dies,

dies anteqvam Maritus ad se me vocaret, maximopere rogans consilium & auxilium. Ego re bene considerata prædico periculum mortis, ob multitudinem symptomatũ, & qvòd non statim ab initio adhibita essent legitima remedia. Præscribo tamen præscribenda.

℞. *Flor. antimon. fixorum & diaphoreticorum* gr. xxiiij.
Salis brunellæ gran. vj.
centaur. minor. gr. iij.
Spec. elect. de gemmis gr. iiij.
Misce pro duabus dosibus.
S. Hertz und Schwitz Pulver.

℞. *Olei nucis moschatæ* ℥iiſ.
Theriacæ expreß. ℥ij.
Ol. rutæ,
angelic.
citri,
cinamomi ana gutt. v.
Ambræ,
Moschi ana gr. iij.
Spec. liberant. ℈ſ.
Misce. S. Hertz und Puls-Balsam.

℞. *Aqv. cardbened.* ℥iiiſ.
cich.
acetos. ana ℥ij.
scordij ℥iſ.
Syrup. d. acetos. citri,
berber. ana ℥vj.
Magister. corall. ℥ſ.
perlar. ℈j.
Spir. C. C. gutt. vj.
Vitrioli gutt. xx.
Misce.

℞. *bacc. juniper.*
laur. ana ℥vj.
radic. zedoar.
angel. ana ℥ij.
Herb. majoran.
Fol. lauri ana Mſ.
Thym.
Flor. anthos. ana p. j.
Sem. nigell. ℥ij.
Incidantur minutim & coqvantur acet. q. s.
Colaturam calide applicari jussi fronti.
His etiamsi aliqva ex parte usa fuisset, attamen post biduum prædictioni meæ fidem faciens, ex hoc vitæ ergastulo in cœlum migravit.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO XIX.

DE PESTE.

Dominus Martinus Huneburgk homo complexione phlegmaticus, repentè corripitur lassitudine totius corporis, cum dolore capitis, vomitionibus crebris, intollerabili siti, cordis anxietate, & anhelitus difficultate. Hic cum talia symptomata animadverteret, proprio ausu dextri brachii venam secari curat, sangvine educto ad ℥vij. putans se ab hoc periculo vitæ liberaturum. Qvarto die sitis & æstus magis intenduntur cum vigiliis. Hinc meo consilio utitur, qvod erat seqvens.

℞. *Aqv. scordij,*
cardbened.
acetos.
taraxac.
violar. ana ℥iij.
Syrup. violar.
acetos. citri,
berber. ana ℥j.
Salis prunellæ ʒß.
F. Julapium.

Sed anteqvam has aqvas usurparet, sumsit debito modo seqventes sudoriferi medicinas.

℞. *Antimon. Diaphoretici,*
C. C. sine igne præp. ana ℈j.
Salis absinthij,
cent. minor.
Lapid. bezoard. ana gr. vij
Troch. de viperis gr. iiij.
Misce pro duabus dosibus.

℞. *Aqv. scordij,*
cardbened. ana ℥ij.
Misce. S. Wasser zu dem Pulver.

Qvibus largè sudavit.

Qvinto die ad ipsum vocor: Adveniens diligenter inqviro de statu morbi, ad qvod respondit decumbens, se aliqvot dies ferè confectum esse à calore valde adurente, qvi jam nũc sensibiliter remisisset, dolore tamẽ capitis ac vigiliis

 immo-

immodicis se adhuc affligi, & præ istis symptomatibus se vix movere posse lingvam aut digitum. Ego subventurus ulterius huic imbecillitati mox hunc julebum qvalitatis refrigeratoriæ & alexipharmacæ simul participem illi potandum offero.

℞. *Aqv. scordij,*
acetos.
cardbened.
borrag.
bugloss. ana ℥ij.
Magister. perlar.
corallor. ana ʒj.
Lap. bezoard. orient. gr. vij.
Misce pro julebio.

Octavo die cum iterum vocatus eum inviserem, & delirantem & absurda loqventem invenirem cum magno anhelitus strepitu, ob catarrhos è capite ad fauces delabentes. Unde ego facto prognostico eum ultra xxiiij. horas vix superstitem futurum, discessi. Seqventi die circa tertiam pomeridianam animam suam (uti prædixeram) Deo reddidit.

OBSERVATIO & CURATIO XX.

DE PESTE.

Eodem anno & mense Martini Huneburg Frater, Vir circiter 40. annorum, Febre Pestilenti corripitur, cujus mali signa diagnostica erant, subitanea lassitudo omnium membrorum, cui adjunctus erat vomitus cum capitis dolore, vigiliis continuis, prostratoqve appetitu. Hic cùm laborasset Febre decem dies, tandem ego vocor, rogatus, ut sibi salutari qvodam medicamento subvenire vellem, (& ante omnia ad extingvendum calorem febrilem, qvo ita affligebatur, ut metus esset ne in mentis alienationem incideret) aliqvid præscriberem. Qvod seqventibus præstiti.

℞. *Aqv. cardbened.*
Violar.
Acetos.

Bor-

Borrag. ana ℥iij.
Endiviæ ℥ij.
Scordij ℥j.
Syrup. acetoſ. citri,
herb. ana ℥j.
Pulv. cord. n. deſ. ʒj.
Lapidis prunellæ ʒiſ.
Spir. Vitrioli gutt. xx.
Miſce S. Kühl und Stärck-Julep.

Seqventi die ſumſit bina vice hoc ſudoriferum.

℞. *Acet. bezoard. Unzeri* ℥ij.
ſcord. ℥ſ.
Aqv. cardbened. ℥iſ.
Spec. lib. ſine aloe & myrrha ana ℈ſ.
Miſce, & da in duabus vaſculis.

Inde copioſiſſimè ſudavit per ſeſqvihoram prima & ſecunda vice. Sed cùm capitis dolor ipſi præ cęteris moleſtus eſſet, ſvaſi, ut plantis pedum raphanum contuſum & commixtum ſale & aceto panni linco applicaret, itemq; fronti adhiberet ſeqvens.

℞. *Baccar. junip.* ʒj.
Nucl perſic. Nro. xx.
Papav. alb. ʒj.
Thuris ℈iiſ.
Contuſa cum aqva ſambuci, fiat puls.

Pro virium confortatione.

℞. *Conſer. roſar. cum*
Spiritu Vitrioli ℥iſ.
citri,
borrag.
violar. ana ℥ſ.
Flor. citri cond. ℥iij.
Spec. diamarg. frig. ʒſ.
Marg. præp. ℈j.
Syrup. acet. citri, q. ſ.
pro Electuario.

Mitigata jam erant omnia fere Symptomata, reſtante tantum in fine ſola alvi aſtrictione, qvæ remedium poſtulabat, obtuli itaq; ei hanc potionem lenitivam.

℞. *Decoct. fol. ſen.* ℥ij.
Syrup. Violar. ſolut. ℥ſ.
Reſin. ſcammon.
Spirit. aniſ. ſolut. gr. ij.
Miſc. D. S. Laxativ.

Exhauſit circa qvintam Veſpertinam, & excrevit multa Viſcida ac dura.

 Atq;

Atq; sic ex hac satis periculosa febre, post mensem unum ægrotus hic, benignitate supremi Numinis, perfectè convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO XXI.

DE PESTE.

Uxor Valentini *Wittichii* aliàs Balbier dicti, circa idem tempus, corripitur Febre maligna; qvam seqventi modo curandam aggredior, qvo tantum perfeci, ut intra septimanam supremo adjuvante Deo, perfectè convaluit.

℞. *Elect. diascord, n. d.* ℥iß.
Dividatur in tres partes æqvales, singulis inscribendo Schwitzunge.

℞. *Aqv. Cardbened.* ℥iiij.
S. Wasser zur Schwitzunge.
Cum sitis immodica ægrum urgeret.

℞. *Aqv. borrag.*
cardbened. ana ℔. ß.
Salis nitri cryſtall. ℨß. vel ℨj.
Syrup. acet. citri ℥iß.
Misce.

In consternatione omnium virium.

℞. *Manus Christi perlat.* ℥iij.
S. Stärck und Krafftküchlein.

In vigiliis & delirio.

℞. *Sem. canab.*
papav. ana ℨß.
Nuc. persicor. Nro. xx.
jugland. Nro. v.
F. Cataplasma cum aqva samb. & Verben.

Vel;

℞. *Ungvent. alabastrin.* ℥iß.
popul. ℥j.
Camphuræ gr. x.
M. F. Ungventum.

OBSERVATIO & CURATIO XXII.

DE

DE PESTE.

Uxor civis Northusani corripitur febre maligna, nata annos 35. vel circiter, cum vomitibus biliosis & pituitosis. Erat qvintus dies cum ad eam vocatus venirem. Invenio eam adeo lassam ac debilem, & enormis vomitibus confectã, ut de ipsius vita desperarem. Præscribo igitur ad robur concitandum ventriculo & cordi.

℞. *Aqv. Acetos.*
cardbened.
meliss.
borrag.
bugloss.
Cinamomi ana ℥ij.
Spiritus melissæ ʒvj.
Magister. corall. ℈ij.
perlar. ℈j.
Extr. cinamomi,
croci ana ℈ß.
Pulv. cord. n. d. ʒß.
Syrup. acetos. citri,
d. cinamom. ana q. s.
F. Mixtura.

Ventriculum inungi jussi ungvento seqventi.

℞. *Ol. menthæ,*
cydon.
mastich.
myrrh. ana ʒvj.
destill. garyoph.
absinth. ana gutt. iiij.

Ingruente vespera sumsit sudoriferum seqvens.

℞. *Elect. d. Ovo* ʒß.
Boli Armeni præp. ℈j
Pulv. angelic. ℈ß.
Spec. liberant. sine aloe & myrrha gr. xviij.
Hyacynth præp.
Saphyr. præp. ana gr. ij.
Aqv. angelic. ℥j.
Misce. S. Schweiß Tranck.
Qvo confertim sudavit.

Postero die aliud sudoriferum dedi.

℞. *Aqv. cardbened.* ℥iiß.
Theriac. camphor. ʒß.
Misce.

Iterum sudavit largissimè, ut universum corpus aqva qvasi perfusum videretur. Unde toto eo die meliusculè cæpit habere: Verum cum sub noctem tentaretur dolore Capitis præscripsi.

℞. Nut.

℞. *Nuc. persic.*
amygd. amar. ana ℥vj.
Sem. papav. albi,
cannabis, ana ℥iß.
F. Emulsum cum aqva
Flor. samb. & beton. ana q. s.

Cum qvereretur de alvo obstructa, soluta illa fuit decocto prunorum cum foliis senæ.

Nono die cum adhuc debilis valde esset pro virium confortatione præscripsi.

℞. *Aqv. florum citri,*
borrag.
bugloss. ana ℥iij.
acetos. cardbened.
Cinammi cum aqv. borrag. dest. ana ℥iß.
Pulv. cordial. ʒß.
C. C. præp. ℈ij.
Magister. Perl. ʒß.
Syrup. acet. citri ℥iß.
Spir. Vitrioli gutt. xx.

Decimo tertio die in crure sinistro apparuit Carbunculus, qvi cum in cute profunde latitaret, jussi, ut cæpam assatam & contusam ac cum theriaca optimè permixtam instar cataplasmatis loco affecto applicarent, & postea qvando è cute exiissent, Chirurgum qvendam ad absolvendam hanc curam vocarent. Qvod cum factum hæc mulier favente Numine divino, de cujus vita omnes desperabant, & qvæ jam alterum pedem in cymba Charontis habebat, ad pristinam corporis sanitatem redacta est.

Deo sit Laus & honor.

OBSERVATIO & CURATIO XXIII.

DE PESTE.

JOhannes Arnoldus Bötticher scribam agens apud Consulē. Georgium Soldnerum, juvenis natus fortasse annos octodecim, corripiebatur æstu vehemētissimo, dolore capitis ingruente, sæve & ferè intollerabili, petechiis paucis notatus cum urina crassa & rubente, necnon insigni

ſigni omnium ciborum nauſea. Qvæ ſigna omnia erant febris Peſtilentialis; Conſultus ego, cum eſſet cacochymicus, & vires nondum collapſæ, præſcribo potiunculam hanc qva diminuere volui inprimis viis Cacochymiam.

℞. *Syrup. laxativ. trium infuſionum* ℥vj.
Extract. catholici noſtri ℈j.
Aqv. cardbened,
veronic. ana ℥vj.
Miſce. S. Laxier Tränckſein.

Sumſit illam manè ſe rejecit paulò poſt per vomitum, alvo bis tantum ſoluta.

Poſtero die dedi ſeqvens.

℞. *Diaphor. inperacutis* ℨj.
Aqv. cardbened. ℥ij.
Miſce.

Benè ſudavit toto corpore.

℞. *Conſerv. pulv. citri,*
borrag.
bugloſſ.
roſar. ana ℨj.
Spec. diamarg. frig. ℨſ.
Magiſt. corall.
perlar. ana ℈j.
Syrup. acetoſ. citri q. ſ. additis gutt.
citri,
arantiar. ana gutt. ij.
Miſce. S. Stärck Latwerge.

Interpoſito unius diei ſpatio iterum ſumſit ſeqvens.

℞. *Elect. diaſcord.* ℨſ.
Ol. angelic.
rutæ ana ij.
Zedoariæ gutt. j.
Miſce. iterum benè ſudavit.

Et cum per qvinq; vel ſex dies parum dormiverat,

℞. *Ungvent. popul.*
Ol. mandrag.
papav. ana ℨſ.
Ol. nuc. moſch. ℨſ.
Opij Thebaici gr. ix.
Croci gr. v.
Ceræ parum.
F. Linimentum.

Sic per naturalem ſomnum, qvi ſubſeqvebatur, & viribus reſtauratis, ex hoc graviſſimo malo eluctatus, juvenis hic priſtinæ ſanitati, Dei benignitate, reſtitutus eſt.

OBSERVATIO & CURATIO XXIV.

DE FEBRE MALIGNA.

CORripitur Febre maligna Filius natu maximus Domini Johannis Alstadii Juris Candidati, nam æstuabat toto corpore, dolebat capite vehementissimè, conqverebatur etiam de vomitibus enormibus, ac de insigni anxietate cordis. Ego consultus primo hoc sudoriferum ei ebibentum trado.

℞. *Spir. vini* ℥ß.
Camphoræ ʒß.
Croci Orient. ℈ß.
Aqv. Cardbened. ℥ij.
Misce. S. Schwitzunge.
Egregiè sudavit.

Pro virium conservatione, qvia admodum debilitabatur ac æstu Febrili mitigando, seqventes aqvas ordinavi.

℞. *Aqv. scordij* ℥iiij.
cardbened.
acetos.
cichor.
borrag. ana ℥ij.
Syrup. acetos. citri,
berber.
ribium, ana ℥j.
Magister. corallor.
perlar. ana ℈j.
Spir. C. C. gutt. x.
Misce.

Qvinto die incidebat in somnum præternaturalem, qvod malum Lethargus dicitur, à qvo vix ac ne vix qvidem excitabatur, & excitatus mox denuo oculos claudebat, & ad somnum redibat. Huic Symptomati succursurus seqventia ordinavi, qvæ egregiè conferebant.

℞. *Bacc. junip.*
lauri ana ℥ß.
Zedoar.
angel. ana ʒij.
Herb. majoran.
Fol. lauri ana p. ij.
thymi,
Flor. anthos ana p. j.
Sem. nigellæ ʒiß.

Inci-

Incidantur minutim, & coqvantur aceto & fronti calidè applicentur.

Et sic hic juvenis perfectè ab hoc periculoso malo liberatus, pristinæ sanitati restitutus est.

OBSERVATIO & CURATIO XXV. DE PESTE.

Cùm Northusæ viverem, anno 1626. circa Autumnum, Uxor cujusdam Pannifici in suburbio, & jam per qvinq; menses gravida, corripiebatur Febre Pestilentiali. Omnia signa enim aderant demonstrantia hanc. Ergo Maritus ejus me adit maximopere petens, ut si uxorem lethaliter decumbentem liberare possem, nulli operæ aut diligentiæ parcerem. Præscribo hoc alexipharmacon exhauriendum una vice.

℞. *Elixir. pestilentialis nostræ descriptionis* ℈j.
Aqv. cardbened.
Veronic.
acetos. ana ℥ij.
Misce S. Schwitzunge.

Qvo sumpto affatim sudavit.

Circa vesperam cum vehementer doloret capite, ad delirare seqvens anacollema applicatum fuit.

℞. *Sem. pap. alb.* ℥ß.
Aqv. plantag.
Verben. ana ℥v.
Aceti ros. ℥iiij.
Camphor. ℈ß.
Misce.

Panni linei intincti hæ aqvę tempori & fronti adhibebantur, nec non raphanus concisus & contusus cum aceto & sale plantis pedum ad majorem revulsionē applicabatur.

Altero die mane aliud sudoriferum sumebat.

℞. *Antim. diaphor.* ℈ß.
Lapid. brunell.
bezoard.
Magister. C. C. ana gr. iij.

 Aqv.

Aqv. cardbened. ℥ij.
Misce. S. Schwitzunge.

Qvo egregiè iterum sudavit, superbibendo unum atq; alterum haustum aqvarum Cardbenedicti. Circa mediam noctem exortus est Carbunculus sub sinistra ala, qvam Curam ego Chirurgo commisi. Atq; sic hæc mulier, qvæ non solum apud me, verùm etiam apud omnes conclamata erat, ex orci faucibus, benignitate Dei, erepta, nullis aliis remediis adhibitis integerrimè sanitati, intra qvatuordecim dies, restituta est. Deo sit Laus.

OBSERVATIO & CURATIO XXVI.

DE FEBRE PESTILENTE.

Filia natu maxima Domini Magistri Andreæ Coci Vice-Superintendentis & Pastoris Aulici hujus loci, subito Febre Pestilente corripitur, cum multis symptomatibus, nimirum cum crebris vomitibus ac lassitudine insigni, omnium virium. Ego actutum præscribo hoc sudoriferum.

℞. *Mixtur. simplic.* ℥j.
Spir. C. C. gutt. iiij.
Tinctur. Violar. ℥iß.
Misce. S. Schwitzunge.

Largiter sudavit, sine jactura virium. Seqventi die hanc mixturam sumsit.

℞. *Elect. de scord.* ʒß.
Spec. liberant. sine aloe & myrrha ℈ß.
Ol. angelicæ gutt. ij.
Syrup. acet. citri ʒß. ℥ij.

Qvibus vomitus repressus videbatur, verùm illum excipiebat malum gravius priori, nempe singultus continuus, qvi seqventi medicamento curatus est.

℞. *Syrup. acetos. citri* ℥j.
de scordio ʒß.
Extract. junip. ℈j.
Zedoar.
rutæ ℈ß.

Salis

Sal. absinth. ℈j.
Spirit. melissæ ʒj.
Ol. angelic. gutt. ij.
Dosis semicochlear.

Hisce paucis remediis & auxiliis, Deo adjuvante, intra paucorum dierum spacio optimè convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO XXVII.

DE FEBRE MALIGNA.

Anno 1662. die 12. Septembris, dum hæc scriberem, accidit, ut ad me veniat Hieronym. Strenzel Civis hujus loci, referendo indicans, qvòd tres liberi sui correpti febre maligna graviter lecto decumberent, unde me maximoperè petiit, ut hisce ægrotis prophylacticis qvibusdam medicamentis succurrerem. Præscripsi itaq; seqventia.

℞. *Antimon. diaphor.* gr. xij.
Nitri præp. gr. v.
Misce. Signetur Schwitz-Pulver vor den Sohn von 16. Jahren.

℞. *Antimonij diaphor.* gr. x.
Nitri præp. gr. iiij.
F. pulvis, qvi signetur Pulver vor den Knaben von zehen Jahren.

℞. *Antimonij diaphor.* gr. viij.
Nitri præp. gr. iij.
F. pulvis, qvi signetur Schwitzunge vor den Knaben von 6. Jahren.

℞. *Aqv. scordij* ʒiiij.
S. Wasser zu den Pulveren.

OBSERVATIO & CURATIO XXVIII.

DE FEBRE PESTILENTIALI.

Mulier qvædam qvadraginta annorum, nutricem agens apud Consulē Georgium Söldnerum, constitutione plethorica corripitur Febre mali-

maligna, qvam ex hisce signis cognoscere licebat. Æstus aderat, qvæ totum corpus percurrebat, omnium virium prostratio, dolor capitis intensissimus, Stomachus fastidiebat omnem cibum, &c. Undecimus erat dies, qvo hac Febre correpta decumberet. Ingravescente igitur indies magis, magisq; malo hoc, idcirco meum consilium & operam imploravit, qvam subseqventibus medicamentis præstiti.

℞. *Aqv. benedict. Rulandi* ℥ß.

Qvam uno haustu sumsit & qvatuor habuit vomitus biliosos.

Debilitabatur qvidem ab ipso pharmaco, verùm sub vesperam tamen statim meliusculè habere visa est, adeo ut ciborum appetitum, qvi aliàs omnino prostratus erat, recuperaverit, meliùs & dormiverit.

Sed qvod hic non omittendum puto, mox ab initio cùm curam ejus aggrederer, & antequam aqvam benedictam sumeret, sudorem ei elicui seqventi sudorifero.

℞. *Electuarij de ovo* ℨß.
Pulv. boli Armeni ℈j.
angelicæ,
Spec. liberant. sine aloe & myrrha ana gr. xviij.
Hyacynth. præp.
Sapph. præp. ana gr. iiij.
Aqv. still. angel.
cardbened. ana ℥j.
Misce. F. potio.

Qva largissimè sudavit. Loco potus qvoq; cum siti magna toto morbi tempore torqveretur, præscripsi ei hoc.

℞. *Aqv. cardbened.*
card. Mariæ,
acetosæ,
borrag.
bugloß. ana ℥iiß.
Aceti vini ℥j.
Syrup. Violar.
d. acetos. citri,
rub. Idæi.
berb. ana ℥j.
Misce, F. Julapium.

Cùm

Cum per aliqvot dies his medicamentis uſa fuiſſet, ſic convaluit, ut ulteriore medicatione opus non haberet.

OBSERVATIO & CURATIO XXIX.

DE FEBRE PESTILENtiali.

Laurentius Michael pannorum venditor (Gewandſchneider) & Civis Northuſanus, anno 1626. cùm peſte corriperetur, & meum conſilium imploraret, Dei auxilio ſeqventibus curatus fuit.

℞. *Aqv. Theriacalis* ℥ſ.
cardbened.
ſcordij ana ℥j.
Miſce. S. Schwitzwäſſerlein.

Poſt decem horas ſeqvens ſumſit.

℞. *Lapid. bezoardici* gr. xiij.
Aceti bezoardici ℥vj.
Mithridatij ʒſ.
Miſce. S. Schwitzunge.

℞. *Aqv. cardbened.*
acetoſellæ,
ſcordij,
rutæ,
citri,
borrag. ana ℥ij.
Miſce. S. Schwitzwaſſer.

℞. *Magiſt. perlar.*
Salis corallor.
C. C. Philopſ. præp. ana ʒſ.
Hyacynth. præp.
Smaragdi præp. ana ℈j.
Species diamarg. frig. ʒſ.
Bezoard. lap. gr. xij.
Miſce. S. Pulver zum Waſſer.

OBSERVATIO & CURATIO XXX.

DE FEBRE PESTILENTI.

Alius Civis Northuſanus eodem tempore in Peſte ardentiſſimi caloris, à me ſeqventia medi-

medicamenta accepit iisdemqve feliciter usus est.

℞. *Aqv. Theriac. camphor.* ℥j.
Aqv. Cardbenedict.
angelic. ana ℥iiſ.
Misce. S. Schwitzwasser auf zweymal.

℞. *Aqv. cardbened.*
scordij ana ℥iij.
acetosell.
sambuc.
borrag.
citri ana ℥iſ.
calendul. ℥vj.
Margar. præp. ℨj.
Misce. S. Perlen-Milch.

Cùm ipsum ægrum invaderet dolor capitis acutissimus præscripsi.

℞. *Sem. cydonior.* ℈iiij.
papav. alb.
cannabis,
gran. juniper. ana ℥iſ.
Oliban. ℨij.
Nucl. persicor. Nro. xx.
F. Lac cum aqva rosar. & sambuci. Jussi qvoq; pedibus imponere raphanum concisum.

Pro pulsibus & corde.

℞. *Ol. nuc. mosch. expreß.* ℨiiſ.
rutæ,
citri,
angelic. ana x.
Mithridatij ℨiſ.
Succi citr. expreß. ℨſ.
Misce. S. Puls und Hertz-Balsam.

OBSERVATIO & CURATIO XXXI.

DE LUE PESTIFERA.

Soror mea Margarita annorum qvinqvaginta, cùm ex insperato nuntio corriperetur Lue pestifera cùm æstu ingentissimo, vigiliis, cordis angustia & difficultate spirandi, & ego vocarer post initum consilium hæc præscripta sunt.

℞. *C. C. Philosoph. præp.* ℨſ.
Salis cardbenedict. ℈j.
Lapid. bezoard. gr. viij.

Spec.

Spec. liberant. ℈ſ.

Schwitz-Pulver in Cardbenedicten Waſſer zu nehmen.

Qvo in lecto epoto ſtragulis benè cooperta largiter ſudavit, qvamdiu ferre potuit.

Et cum anxiè qvereretur de Cordis anguſtia, dedi internè has rotulas, externè ſeqvens Balſamum.

℞. *Rotul. manus Chriſti cum perlis ana* ℥iiiſ.

Detur convenienter in Scatulâ.

℞. *Mithidatij* ʒj.
Ol. ſcorpion. ʒij.
ſpicæ,
therebinth.
gran. juniper. ana ℈ſ.
aceti parum.

F. Mixtura. S. Hertz und Puls Mixtur.

Cum valdè deliraret.

℞. *Aqv. ſolani vel roſar.*
ſempervivi,
anethi ℥iiij.
Aceti roſar. ℥iiſ.
Ol. roſar. ʒij.

Miſc. F. Epithema pro fronte.

Volui qvoqve & mandavi pedibus imponere raphanum conciſum ut moris eſt. Item ut aliqvando tempora illinerentur ungvento Alabaſtrino.

Imo ſi hæc omnia non juviſſent, mandaſſem pulmonem calidum ex vitulo, vel gallinam vel columbam per medium diſſectam, fronti & vertici capitis raſo calidè adhibere.

Hiſce enim Delirium inſigniter ſedari & mitigari, multiplici experimento â Medicis expertum eſt.

OBSERVATIO & CURATIO XXXII.

DE FEBRE MALIGNA.

Conſul Northuſanus, Vir ſexaginta annorum, Henricus Meerbote dictus, cum Febre maligna laboraret cum æſtu vehementiſſimo, conſternatione omnium virium, vigiliis & delirio præſcripſi ſeqventia remedia.

℞. *Elect. diascordij* ℥j.
Dividantur in duas partes, & signetur Schwitzunge auff zweymal zu gebrauchen.

℞. *Aqv. borrag.* ℔. ß.
Sacchari alb. ℥ij.
Salis nitri ℥iß.
Misce. S. Stärck Julep.

℞. *Syrup. Violar.*
borrag. ana ℥iß.
Rob ribium ℥j.
Syrup. è succo citri ℥iß.
Aqv. cardbened. ℥iij.
Misce.

℞. *Conserv. rosar. cum*
Spiritu Vitrioli ℥j.
citri,
violar.
anthos ana ℥vj.
borrag.
bugloß. ana ℥ß.
Rob ribium ana ℥j.
Flor. condit. citri ℥vj.
Spec. diamarg. frig.
cordial. temper. ana ℥ß.
Margar. præp. ℈j.
Syrup. acetos. citri q. s.
F. Electuarium molle.

℞. *Sem. cannabis,*
pap. alb. ℥ß.
Nucl. persicor. Nro. xx.
jugland. Nro. x.
Nuc. mosch. Nro. j.
F. Cataplasma cum aqva verbenæ & sambuci.
S. Umbschlag zum Haupte.

℞. *Ungvent. alabastrin.* ℥j.
popul. ℥iij.
Opij Thebaici,
Camphoræ ana gr. v.
Aceti sambuci ℥j.
M. S. Salbe die tempora darmit zu schmieren.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIII. DE PESTE.

Clarissimi & doctissimi Viri Filius in aula hujus loci, juvenis viginti annos natus, Febre maligna correptus est, cum magno Abscessu sub alis. Huic

Huic præscripsi.

℞. *Mixtur. simplicis* ℥j.
Aqv. Theriacalis ℈j.
cardbened. ℥j.

Misce. S. Schwitzunge.

Qvo in lecto epoto, stragulis benè coopertus affatim sudavit.

Post decem horas iterum accepit ægrotus hoc.

℞. *Aqv. Cardbened.* ℥iß.
scabios. ℥j.

In hoc dissolve

Theriacæ ℥j.
Pulv. bezoardic. ℈j.
Aceti rutacei.

Cum sitis immodica urgeret ægrotum.

℞. *Aqv. borrag.*
bugloss.
acetosel.
cardbened.
scabiosæ ana ℥ij.
citri,
caponis ana ℥j.
Rob rib.
berb.
d. succ. citri ana q. s.

pro grato sapore.

Ob summam virium prostrationem.

℞. *Mithridatij* ℨß.
Elect. de Ovo,
Theriacæ ana ℈j,
Spec. liber.
diamarg. frig. ℨß.
Ol. citri,
angelicæ,
rutæ,
cinamomi,
anthos ana gutt. iij.
Ol. nuc. moschat. expreß. ℨiij.

Misce. S. Hertz und Puls-Balsam.

Cùm superveniret alvi profluvium seqventia adhibita sunt.

℞. *Magister. corallor.* ℨiß.
Spec. liberant.
de hyacyntho,
diamarg. frig. ana ℨß.
Boli Armeni,
Terr. sigill. ana ℨj.
Rad. tormentill. ℈j.
Croci Martis adstrict. ℈ß.

F. pulvis subtilissimus. Dosis erat ℨß. in Syrup. cydon.

Pro Abſceſſu hæc ordinata ſunt.

℞. *Cepar. ſub cineribus coctar. ana* ℥iiij.
Fermenti acris ℥j.
Stercoris columbin. ℥ij.
Axungiæ ſuillæ q. ſ.

Contunde, & fac ſ. a Emplaſtrum.

Poſtqvam hoc apoſtema fere maturatum fuit, Chirurgum ſcalpello illud aperire juſſi, unde multum cruoris & puris effluxit.

Difficultas deglutiendi levabatur ſeqventi Gargariſmate.

℞. *Aqv. roſar.*
plantag.
prunell. ana ℥ij.
borrag.
acetoſell.
endiv. ana ℥j.
Syrup. violar.
hyſſop.
Mell. roſat. colat.
Rob ribium,
berb.
nucum,
diamor. ana ℥ſ.

Miſce, & da in fictili. S. Mund-Waſſer.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIV. DE FEBRE PESTILENTI.

Conſulis Lucæ Keſſelmachers Sohn/ juvenis natus annos ſedecim, ſubito infeſtabatur Peſtilenti Febre, bubone circa ingvina exorto. Spiritum difficulter trahebat, inappetentiâ cibi, ſiti ingenti, nauſea, vomitu, capitis gravitate & aliis ſævis ſymptomatibus vexabatur. Hic per ſeqventia medicamenta præter omnem ſpem Divino auxilio evaſit.

℞. *Aceti bezoardici noſtræ deſcriptionis (vid. Flor. n.)* ℥iiſ.

Da convenienter in vaſculo fictili. Hoc manè in lecto ſumpto tectus largiter ſudavit. Poſt ſudorem elicitum pro confortatione ſumſit interdũ de hoc Electuario.

℞. *Conſerv. roſar. cum Spiritu vitrioli* ℥j.
anthos,

bor-

borrag.
citri,
violar. ana ℥ſ.
Carnis citri condit. minutiſſ. inciſi ℥j.
Pulveris cordial. ℥ß.
Spec. diamarg. frig. ℈ij.
Aqv. cinamomi,
citri,
capon. ana ℥vj.
Manus Chriſti perlar. ℥ß.
Rob. rib.
berb.
Syrup. acetoſ. citri ana q. ſ.
F. Electuarium.

Cum ex his non mitigaretur morbus, ſed videbatur indies ingraveſcere, iterum ſumſit pro eliciendo ſudore ſeqvens.

℞. *Elect. præſerv. & curat. in Peſte noſtræ deſcriptionis* ℥ſ.
Aqv. cardbened. ℥j.
Aceti ſcordij ana ℥iij.
Miſce. Schwitzunge.

Pro bubone curando.

℞. *Diachyli cum gummis,*
Cæpæ aſſat. cum Theriaca,
Caricar. pingv.
Ol. lini,
Ceræ ana q. ſ.
F. Emplaſtrum molliuſculum.

Hæc pro ſiti & ingenti Epatis calore.

℞. *Decoct. hordei (cum ſemine lactucæ & papaveris)* ℥vj.
Aqv. cichor.
acetoſ.
borrag.
papav. errat. ana ℥iſ.
Syrup. acetoſ. citri,
de agreſta,
de cichor.
de papav. rhæad. an. ℥ſ.
Julep. roſar.
Violar.
Oxyſac. ana ℥vj.

Cùm ſuper hæc crebri vomitus oborirētur contra illos uſus ſum ſeqventi remedio.

Fermenti acerrimi ℥iiij.
Folior. menthæ Mſ.
Maſtichis ℥ij.
Ol. Abſinth. deſtillat. gutt. x.
menthæ gutt. vj.
Tere & cum oleo maſtichino & abſinthij
Fiat Emplaſtrum ventri imponendum. Cum venter obſtructus eſſet.

℞. *Alum.*
Sacch.
Farin. triticei ana q. s.
F. suppositoria duo cum beneficio gummi traganthi & aqvæ malvæ.

OBSERVATIO & CURATIO XXXV.

DE MORTIFERA PESTE.

Bibliopæus Northusanus sæva Peste affligitur cum maximo bubone, & aliis gravibus symptomatibus.

Huic seqventia præscripsi.

℞. *Mithridatij* ʒß.
Elect. de ovo,
Theriacæ ana ℈ij.
Spec. liberant. ℈j.
Conserv. citri ʒj.
Misce, pro duabus Dosibus.
S. Latwerge allemal in Cardbenedicten Wasser zu nehmen.

Qvibus sumptis in lecto valdè sudavit, indeqve melius habuit.

Bubonis curam commisi Chirurgo. Et ne negligerem, qvæ cordi & spiritibus vitalibus, utpote præ cæteris in hac maligna Lue laborantibus, prodessent, præscripsi prætereà seqventia.

℞. *Fol. ocymi,*
melissæ ana Mj.
Radic. angelicæ,
Zedoariæ ana ℈ij.
Flor. borrag.
rosar.
buglos.
anthos. ana p. j.
Cinamomi,
Cortic. citri ana ʒß.
Santali citrini ℈j.
Macis,
Croci ana ℈ß.
Ex contusis & incisis fiat sacculus, qvi vino & aqva citri imbutus, tepide Cordi admoveatur.

Ad sitim evertendam.

℞. *C. C. Philos. præp. ana* ʒiß.
Coqve in aqva acetos. & cardbenedict. ana ℔. j.
Decoctum coletur, cui adde

Succ. limon. depurat. ℥iſ.
Rob ribium,
berber. ana ℥j.

Bibatur pro libitu. Eſt potio ſvavis & jucunda.

In enormibus vomitionibus hæc ſunt ordinata.

℞. *Emplaſt. de cruſta panis,*
Diaphænic. ana ℥iſ.

Cum oleo de cydoniis & maſtiche malaxentur, & Emplaſtri formâ ventriculo applicentur.

Iterum ad collapſas vires reſtaurandos præſcripta fuerunt.

℞. *Aqu. cardbened.*
acetoſ.
ſcabioſæ,
bugloſſæ ana ℥iij.
cinamomi,
roſar. ana ℥j.
Spir. cardbened.
acetoſ. ana ℥iſ.
Syrup. acetoſ. citri ℥iſ.
berb.
ribium, ana ℥ſ.
Extract. croci,
gran. chermes ana ℈ſ.
Confect. alkermes ℥iſ.
Miſce. S. Julep zu Stärckunge aller Glieder.

Atqve ſic melius habens indies deinceps convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVI.

DE URINÆ INCONTInentia.

INcontinentia urinæ plerunqve oritur ex laxitate & mollitia muſculi phincteris. Hoc affectu affligitur Agricolæ uxor agens 25. annos, qvam, poſt invocationem Dei, ſeqventibus ſubveni.

℞. *Trochiſc. d. carab.* ℈ij.
d. bolo ℈j.
Corall. rubr. præp. ʒſ.
Maſtichis gr. xxv.
Nuc. cupreſſ. gr. xxj.
Spodij,
Croci martis adſtrict. ana ℈j.
Veſic. aperi toſt. ℈ſ.
Gummi tragant. ℈j.
Ligni aloës,

Balau-

Balaustiar. gr. viij.
pell. inter. ventric. galli ℈j.
Amygd. amar. ʒj.
Nucl. persicor. ʒiſ.
Rad. glycyrrh. ℈ij.
Gland. excort. ʒſ.
Sacch. ʒiij.
F. pulvis. Exhibeatur ℈j. vel ʒſ. in vino adſtringente dum itur cubitum.

℞. *Herb. myrthin.*
plantag.
absinth. ana Miiſ.
Flor. rosar. Mj.
acaciæ. sive prunell. sylvestr. Mſ.
Gran. myrth. ʒij.
Fol. qvercus Miſ.
Rad. bistort. ʒj.
Incide & contunde.
Paretur balneum, & inſideat manè & veſperi per horam 1. vel fomentetur Regio oſſis ſacri & perinæum ad regionem Veſicæ: poſt fomentationem ungantur eædem partes ſeq. linimento.

℞. *Ol. myrth.*
cydon.
absinth.
mastich. ana ʒſ.
Mucilag. sem. cydon. ʒij.
Pulv. rosar. rubr.
santal. rubr. ana ʒj.
Alum. ℈iſ.
Succi plantag. ʒſ.
Super ignem cum pauxillo Ceræ vel Cerati ſantal.
F. Linimentum molle.

Aliis hæc profuerunt.
℞. *Trochisc. d. Carab.* ʒiſ.
d. bolo ʒj.
Corall. rubr. præp. ℈iiij.
Mastich.
Tragac.
Lign. aloës,
Nuc. cupress. ʒij.
Spodij,
Vesic. apr. tost.
Pell. int. ventr. gall. ana ʒſ.
Spic.
Schænant. ana ℈j.
Croc. mart. ℈ij.
Amygdal. amar. excort.
Nucl. persic. exc. ana ʒj.
Redigantur in pulverem tenuem.
D. in ſcatula. S. Pulver.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO XXXVII.

DE VARIOLIS.

Anno 1662. die 12. Octobris, dum hæc scriberem, & Stolbergæ pueri innumeri modo in variolas, modo in morbillos inciderent, ut vix puer aliqvis eorum in urbe ab iis immunis esset, accidit, ut viri illius reverendi, clarissimi & doctissimi D. Magistri Alberti Gunzelii, Superintendentis hujus loci dignissimi Filiola, sex annorum, iis qvoqve infestaretur, qvæ Dei omnipotentis auxilio seqventibus curata fuit. Qvam curam hîc in gratiam & honorem illius viri, Amici & Promotoris mei maximi, prolixius solito tractare libuit.

℞. *Spir. C. C.* gutt. x.
Aqv. Cardbened.
scarzon. ana ℥j.
Misce. S. Schwitzwässerlein.

℞. *Suppos.* Nro. iij. pro decumbentis puellæ ætate. S. Stärck Pillen.

℞. *Raspatur. C. C.* ʒß.
S. Pulver ins Trincken auff zweymal zu schütten.

℞. *Decoct. ficuum & cicerum rubrorum* ℥iiiiß.
S. Brühe offt zwey Löffel voll einzunehmen.

Qvo decocto variolæ miraculi instar propellebantur foras. Præcepi qvoq; ut corpus involveretur pannis rubris, vel ut in stragulis hos inspiciendos haberent: Nam sic materia venenosa ad cutem protrahitur.

Prohibui vinum præsertim rubrum, expertus enim sum, qvod ii, qvi svasu qvarundam mulierculârum tale vinum tunc temporis potarunt mortui sint, ex motu naturæ inhibito, qvo minus foras protruderentur, sed febre auctâ capitis dolor incresceret, ac delirio subseqvente, mors ita acceleretur. De vino albo est fere idem judicium, nam etiamsi non obstruit, sed magis aperit,

ratione qvalitatis, qvia calefacit, & attamen ejus usu dolor capitis augetur, & febris magis incenditur.

Qvi vero adsveti vino possunt id, post eruptionem, diluere aqva cardbened. scorzoneræ &c. Hæc est, vinum medicinaliter, non cibaliter usurpandum. Volui etiam ut vitaret aërem frigidum, qvia cutem densat, & harum pustularum eruptionem prohibet. Nam eo tempore fuerunt longo tempore aëra humida, nebulosa putrediniqve obnoxia, qvo tempore Pueri magis corripiuntur, qvia sunt ejus qvalitatis, habent nimirum corpora humida. Jussi qvoq; ut maturæ Variolæ aperirentur argenteis vel aureis acieulis, & ne nævos post se relinqvant, abluendæ sunt Aqva florum omnium, vel utendum Ol. Amygdal. dulc. vel Ungvent. Citr. De Symptomatibus avertendis. Vide suo loco.

OBSERVATIO & CURAT. XXXVIII. DE URINÆ SUPPRESSIONE.

Vidua cujusdam aurifabri in suburbio patriæ meæ, ad septem menses prægnans, per sex dies patiebatur urinæ suppressionem. Ergo ejus maritus me convenit petens meum consilium & auxilium. Ego svadeo, ut adhiberet Rad. Altheæ, liliot. albor. herb. branch. ursin. malv. violar. mercurial. & flor. chamom. Qvæ si non juvarent, jussi, ut applicaretur seqvens Emplastrum regioni Vesicæ, qvod subito, ut postea expertus sum, debito modo urinam prolexit.

℞. *Herb. parietar.*
malv. ana Mij.
chæref. Mj.
Flor. chamom.
melilot. ana Pj.

Incisa coqv. modica aqva ad mollitudinem & contusis add.
Ol.

Ol. Scorpion. ℥j.
Butyr. recent. ℥ij.
Ungvent. Dialth. ℥ß.
Misc. pro Cataplasmate.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIX. DE METU VARIOLArum.

Thinopæi cujusdam Filius 14. annorum, patiebatur toto corpore æstum ingentem, capite dolebat, cum punctionibus circa frontem, oculos aures, & collum, vehementer qvoqve sitiebat, toto corpore viribus fractus. Hæc cum mihi indicia darent, instantium variolarum, & eò multo magis, qvod scirem, hunc morbum toto anno pueris & juvenibus fuisse familiarissimum, statim progressus sum ad ea, qvæ naturam juvando, expulsionem, si qvæ forent exanthematum accelerarent, ac facilitarent. Hauriendum itaqve ei offero, hoc qvod seqvitur, sudoriferum.

℞. *Sem. napi* ℥j.
Cardbenedic. ℈j.
Aqv. fumariæ,
Veron. ana ℥j.
cardbened. ℥ß.
F. f. a. Emulsio edulcoretur sacch. alb. ℥iij. Adde
C. C. p. xij.
Spir. samb. ex baccis gutt. xij.
Misce & da convenienter.

Pro faucibus.

℞. *Diamor.*
mellis rosat. ana ℥ß.
Salis prunell. ℥ß.
Aqv. prunell. ℥j.
Misce & fiat Gargarisma.

Cum post paucos dies variolæ retrocedere viderentur, præscripsi.

℞. *Aqv. cardbened.*
Sambuci ana ℥j.
Spir. C. C. gutt. xx.
Misce. S. Schwitzwässerlein.

Qvo non modo egregiè sudavit, verùm etiam plures

qvam antea factum, prodierunt variolæ.

Ad defendendos oculos.

℞. *Aqv. chelidon.* ℥j.
rosar.
fænic. ana ℥ſ.
Vitrioli albi ℈j.
Sacch. candi ℥ſ.
Misce. S. Augen Wasser.

Qvibus medicamentis statim melius habuit, dolore capitis & calore febrili evanescente, sic ut ulterius medicina opus non erat.

OBSERVATIO & CURATIO XL.

DE VARIOLIS.

Fllia cujusdam Pistoris sex annos nata, Variolas patiebatur cum Febri Synocho, dolore capitis ingenti, siti immodica, & vigiliis ferè perpetuis, qvæ ut magis expellerentur, sudoriferum ei hoc decrevi.

℞. *Aqv. fænic.*
sambuci ana ℥ſ. ʒij.
Spir. cardbened. ʒiiſ.
Tartari ʒſ.
Syrup. de scordio ana ʒſ.
Spir. Vitrioli gutt. v.

Misce, & dividatur in duas partes, qvarum una circa septimam matutinam: altera circa qvintam vespertinam sumatur.

Sat copiosum sudorem potio ista extrusit, cum egressione plurimum variolarum. Verùm cum Febris & sitis valde adhuc instarent, idcirco pro hac extingvenda, illoqve obtundenda, de seqventibus aqvis cochleare unum vel bina vel plura sæpius in die illi præberentur, præcepi.

℞. *Aqv. Endiv.*
cichor. ana ℥iſ.
acetos.
borrag. ana ℥ij.
Syrup. d. suc. citri,
limon. ana ℥ſ.
Magist. C. C.
corall.
eboris s. igne calc. ℈j.

Spir. Vitriolati gutt. v.
Miſce. S. Tranck.

Hiſce paucis fortunante Numine Divino tantum effeci, ut poſt octiduum depulſis variolis ſana omnino evaſerit.

OBSERVATIO & CURATIO XLI.

DE VARIOLIS.

Anno 1642. accidit, die 16. Novembris, ut tres illuſtres Juvenes uno die Variolis (qvæ ſæpiſſimè Peſtilentiam antecedunt, & inde à Medicis nuntii Peſtis appellantur) in vicinia infeſtarentur. Primo apparebant maculæ rubræ, qvas ſeqvebantur Variolæ: Major nátu erat 18. medius 16. minor natu 14. annorum. Dominus N. N. in conſilium adhibitus miſit lapidem Bezoardicum Orientalem, de qvo bene trito majori Domino gran. viij. medio gr. vij. minimo gr. vj. in Aqva Veronicæ data ſunt, ſed ſine fructu, nam nullus ſudor ſubſecutus eſt.

Ego accitus ſtatim propinavi prædictis Dominis majori natu gutt. xx. Liqvor. C. C. medio gutt. xviij. minimo xij. in Aqv. Carduibenedicti, & non longè poſt erupit ſudor ſatis largus, & prodiere in magna copia Variolæ.

Qvo facto remiſit Febris.

Altero die repetii Liqvorem C. C. & iterum ſubſecutus eſt ſudor ſatis largus. Porrò ut Vires reſtaurentur præſcripſi hæc.

℞. *Confect. alcherm.* ℥ß.
Terr. ſigill. ana ʒij.
Margar. præp. ʒiß.
C. C. præp. ʒj.
Lapid. Bezoard. orient. ℈j.
Syrup. acetoſ. citr.
Granat. ana ℥ij.
Aqv. acetoſ.
fragor. ana ℔ß.

Miſc. Detur ſubinde hauſtulus.

Pro defensione oculorum hæc sunt ordinata.

℞. *Aqv. rosar. in B. M. destill.*
Lact. mulieb. ana ℥j.
Croci ana ℈j.

M. S. Wässerlein die Augen-Glieder darmit zubestreichen/ und ein Paar Tropffen in die Augen zu tröpffeln.

Cum oculi singulis noctibus coalescerent, & conglutinarentur, præscripsi qvod seqvitur.

℞. *Lactis mulieb.*
caprar. ana ℥j.
Rosar. aqv.
rutæ ana ℥ß.

S. Wässerlein die Augen darmit/ wenn sie zugebacken/ zu eröffnen. Et ut Medicus domesticus, cui totam Curam postea commendavi, haberet, qvibus succurreret Symptomatibus, forte supervenientibus, reliqvi post meũ discessum cum Diæta decenti seqventia.

Pro Pulmone.

℞. *Loch. d. Papav.*
Tussilag. ana ℥ij.
Syrup. violar.
Jujubin. ana ℥j.
Spec. diatrag. ʒij.
frigid. ʒij.
penid.
papav. ana ʒj.

Misc. Detur ad vitrum.

S. BrustSafft.

Ad præservandum Os & Fauces instituantur collutiones & gargarismi, ex decocto & aqvis Prunellæ, Plantaginis, Rosarum, Balaustiorum cum succo Granatorum acidorum, Syrup. myrtino, de ros. siccis, melle rosato, Diamoro, Rob nucum. Præcepi, ne scalperentur Variolæ, atq; inde turpes cicatrices præsertim in facie relinqverentur.

Post sanatas Variolas color foedus præsertim in facie tollendus freqventi abluitione decocto Lupinorum vel Aqv. Sigill. Salomonis & florum fabarum.

Pro foveis explendis commendavi pinguedinem humanam & Asciæ piscis. Diæta est talis.

Pri-

Primum omni curâ & studio æger ab aëre frigido prohibeatur, hyeme præsertim. Non tamen nimio æstu torqvendus est æger, ne calor naturalis fuliginum ferventissimarum copiâ strangulетur, vel deficientibus viribus materia morbi subsistat, ægerqve odore rerum frigidarum oblato reficiendus.

Cibi non sint acres, non salsi, non pingves, non dulces, qvi ebullitionem & acrimoniam humorum augere possint: sed moderate refrigerent & adstringant, ut fervorem sangvinis temperent, maximè inter initia, ac partes internas roborent, & ab injuria exanthematum tueantur. Inprimis autem vitandi fructus *ὡραῖοι* æstivi, qvippe *εὐσηπτοι*, qvi facilè in corpore putrescunt.

Vinum non convenit præsertim dulce, anteqvam erumpunt Variolæ, ejus loco danda Cerevisia tenuis vel Aqva hordei. Post exitum tamen, & ubi symptomata remiserunt, parum vini oligophori conceditur, iis maximè, qvi sunt assveti. Qvod deniqve ad res naturales reliqvas attinet, toto morbi decursu & somnus sit moderatus, ne diutius retento per somnum intus calore æstus ingravescat, caputq; vaporibus magis repleatur: & moderatæ sint Vigiliæ, ne nimium resolutis spiritibus virtus deficiat.

Fugiendæ deniq; vehementes animi perturbationes omnes, ira præsertim ac timor, qvorum hic sangvinem pravum ad interiora retractum circa cor detinet, illa æstu majore sangvinem turbat, & inflammat.

OBSERVATIO & CURATIO XLII.

DE VARIOLIS.

Victoris cujusdam filiola 2. annorum, Sabina dicta, Variolis, qvæ tunc admodum freqven-

frequentes erant, corripiebatur, cum febri, Vigiliis, & Vomitibus. Ad quarum celeriorem expulsionem ego ei dedi 4. grana flor. fixorum Antimon. cum Aqv. Card. ℥ſ. unde valdè sudavit, exeuntibus majori numero pustulis pro siti ac calore mitigando seq. præscripsi.

℞. *Aqv. acetoſ.* ℥iij.
borrag.
cardbened. ana ℥ij.
Syrup. acetoſ. citri,
è succ. berber. ana ℥ſ.
Liqvor. C. Cervin. ℨij.
Corall. præp. ℈ij.
Perlar. præp. ℈j.
Lapid. prunell. ℈j.
Syrup. è succo violar. ℥ſ.

Misc. per intervalla Cochlear parvum hujus mixturæ ori infundebatur.

Qvia autem alvum obstructam habbeat, suppositorium injici curavi.

Cùm vero indies magis magisq; debilitaretur, hasce aqvas confortantes illi præscripsi.

℞. *Aqv. borrag.*
meliſſ.
roſar.
cardbened. ℥ij.
Syrup. acetoſ. citri ℥j.
Liqvor. C. C. ℨij.
Magister. corallor.
perlar. ana ℈j.
Succin. præp. ℨſ.
Aqv. cinamomi. ℨiij.
Spirit. vitrioli gutt. iij.

Misce.

Verùm hisce nihil profectũ fuit, sed superveniente tandem Epilepsiâ extincta est.

OBSERVATIO & CURATIO XLIII.

DE VARIOLIS.

Cujusdam Senatoris filius nomine Johannes, 9. annorum, per qvatriduum decumbebat, ingenti æstu totius corporis, dolore pungitivo capitis dorsi & faucium, siti, vigiliis &

illis, & ἀνορεξία afflictus. Cùm igitur de Variolis suspicans, (pueris enim tunc temporis admodum familiaris erat apud nos hic morbus) statim ad præscribenda ea, quæ illis conducere viderentur, me accinxi.

℞. *Spec. liberant.* ℈ij.
diamarg. frig.
Sapphir. præp. ana ℈ß.
Antimon. diaphor. gr. iiij.
F. Pulv.

Misc. pro duabus dosibus. Detur cum aqva Cardbened. vel acetosæ. Ad Calorem febrilem contemperandum mitigandumqve, utet sitim valde urgentem, & æstum corporis adurentem restingvendum dedi seqvens.

℞. *Aqv. Acetos.* ℥iiij.
pomor. redolent. ℥iß.
Syrup. acetos. citri ana ℥iß.
Magister. corall. ℈j.
Spirit. Vitrioli gutt. iij.
Misc.

Hisce sic usurpatis in sat magna qvantitate prorupere Variolæ, remittente paulatim febre & capitis dolore. In fine tamen supervenit tussis qvædam cum gravitate & distentione pectoris qvam sic lenivi.

℞. *Loch. d. passul.* ℥j.
Syrup. violar. ℥ß.
Spec. diatrag. frigid. ʒß.
Ol. anis. gutt. iij.
Aqv. anis. ʒvj.
Misc. Dosis Cochl. j.

Hisce rite adhibitis, integre convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO XLIV.

DE MORBILLIS.

Uxor Georgii Wechsungen/ Barbitonsoris 35. annorum, afficiebatur Calore totius Corporis præternaturali cum maculis rubris, instar morsuū pulicum in brachiis, dorso, pectore & tibiis copiosè erumpentibus. Qvare cum morbillos

billos esse viderem, statim hoc sudoriferum ei propinavi.

℞. *Aqv. Fænic.* ℥ß.
Spir. Card. b. ℥ij.
Tartar. ʒj.

Misc. F. potiuncula.

Egregiè inde sudavit toto corpore; Seqq. diebus de hoc Nodulo bibit.

℞. *Radic. Fænic.*
cichor. ana ℥j.
Rabarb. Elect. ℥ß.
Sem. Aqvileg. ʒij.
Cinamomi. ℈ij.

Incidantur minutim & paretur Nodulus. Atqve ita hac Curatione à Morbillis liberabatur.

OBSERVATIO & CURATIO XLV.

DE VARIOLARUM PRÆservatione.

Dominus Johannes Horn diaconus Heringensis, pro Filiola sua qvatuor annorum petiit à me medicamenta, qvibus præservaretur puella à morbillis, tunc temporis ubiqve grassantibus: Huic seqventibus satisfeci.

1. Pro evacuatione leni cacochimiæ & vitiosorũ humorum, qvi causa morbillorum.

℞. Rhabarb. ℈ij. grossò modo incidantur, & in nodulo in cerevisia suspendantur, de qvibus qvotidiè, donec satis est, bibatur.

2. Pro correctione humorum malignorum.

℞. *Rotul. d. spec. liberant.* ℥iij.
S. Küchlein zur Præservation alle morgen 3. oder 4.

Pulvis præservativus.

℞. *Spec. liberant.*
diamarg. frig. ana ʒß.
C. C. Philos. præp.
Terr. sigill. ana ℈ß.
Marg. præp.
Corallor. rubr. præparat. ana gran. viij.
Lapid. bezoardici gr. iiij.

Fol.

Fol. auri fini Nro. iiij.
Misc. S. Hertz und præscr- bier Pulver alle Morgen einen guten halben Scrupel zuge- niessen.

OBSERVATIO & CURATIO XLVI, DE VARIOLIS.

Clemen Becherer / illustris- simi Domini Domini N. N. minister, juvenis 20. annorum Variolis infestatur, quæ magna cum difficultate primum erumpebant: Vomitus aderat freqventissimus, dejecta erat omnis appetentia: intumescebat facies & brachia, fauces interius tumescebant, ita ut deglutiendi præriperetur facultas. Huic sic, Deo dante, præfui.

℞. *Sem. Nasturt.* ℈iiij.
Raphani,
Carduibened. ana ℈ij.
Contundantur probè, & infundantur in aqv. Fumariæ ℥iiij. per horas aliqvot.
Colaturæ add.
Spirit. Tartari ℈j.
Tart. alb. vitrioli gutt. x.
Spirit. Sal. gutt. vj.
Flor. samb. ℈j.
Syrup. acetos. citri,
d. limon. ana ℥j.
Dividatur in duas partes. Cùm haberet per triduum oculos clausos ob Variolas, seqventi decocto perfuso aperti sunt oculi.

℞. *Fænugr.*
Sem. lini,
Sem. cydon. ana P j.
malvar. P ij.
In aqva fiat decoctio sufficiens, ex qva oculi laventur, & seqventi die oculi aperti sunt, in qvibus observavi aliqvid nebulæ, ad qvam abigendam inspersi saccharum albissimum, & in pulverem redactum. In aliis, qvi nebulas in Oculis habuerunt, præscripsi seqventem Aqvam.

℞. *Tut. alb. præp.* ℥j.

Vitriol. alb.
Nihil. alb.
Aloës lot. ana ℨß.
Camphor. ℈j.
Aqv. Fœnic.
rosar.
Chelidon.
Pimpin.
Nenuph. ana ℥ij.
Album. ovor. conqv. Nro. j.

Misc. d. & f. l. a. Collyrium.

Ad abigendas nebulas in oculis aliqvando qvoqve instillavi duas guttas Ol. Epatis, Piscis illius qvi Germanicè dicitur Qvappe, qvod semper benè profuit. Ne Variolæ post se relinqverent vestigia præcepi, qvando jam maturuissent omni die ut inungerentur Cicatrices & foveæ Ol. amygdal. dulcium. Qvo remedio nihil est præstantius, nam lenit, sedat dolorem, maturat, & ardori confert, asperitates tollit, & excoriatas variolas mirabiliter sanat, nullumqve odorem habet, neqve pueris, neq; etiam adultis molestum sit.

Aliud Ungvent. qvo vestigia post Variolas in facie & manibus inungenda, & est expertum medicamentum.

℞. *Ol. amygd. dulc. recens expreß.* ℥iß.
lilior. alb. ℥j.
Axung. gallin. ℥ß.
Sarcocoll.
Gumm. tragac.
Arabic.
subtiliß. in pollin. redact. ana ℨiß.
Farin. Cicer.
Oriz. ana ℨiiß.
Litharg. auri ℨij.
Farinæ lupinor. ℨj.
Pulv. rad. bryon. ℨß.
Sacchar. tabarz. ℨj.

Conterendo subtilissimè conterantur in pollinem, & omnia commisceantur in mortario; superinfundendo aqv. ros. aqv. lilior. alb. aqv. flor. fabarum, ana parum, vel q. s. omnia probè misceantur & agitentur in mortario, donec in molliusculum ungventum coëant.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO XLVII.

DE VARIOLIS.

JUvenis Ludimoderatoris filius 20. annorum, cùm à scabie sanatus fuisset, incidit in Variolas, qvas comitabantur Diarrhæa Narium, hæmorrhagia calor præternaturalis, & multa alia symptomata, cui consultus seqventia præscripsi.

℞. *Spirit. Tart.* ℈j.
Sal. absinth.
perlar.
corall. ana gr. iiij.
C. C. phil. præp. gr. v.
Aqv. Cardbened. ℥j.
scabios.
absinth. ana ℥ß.
Rotul. man. Christ. perlar.
Syrup. d. cortic. citr. ana ℥ß.
Misc. S. Schwitzunge pro una vice.

Hoc manè in lecto assumsit, & benè tectus largiter sudavit.

Ad sedandã diarrhæam hanc potiunculam præscripsi,

℞. *Aqv. torment.* ℥ij.
cinamomi diacydon. ℥j.
Syrup. Corall. ℥ß.
Tinctur. papav. errat. ℥ß.
Laudan. opilat. gr. ij.
Misc. S. Tranck.

Cùm è dextra nare sangvis copiosè flueret, superimposui hypochondrio dextro sine scarificatione cucurbitulas.

℞. *Syrup. Corall.* ℥iij.
Detur in Vitro. S. Corallen Safft.

Ad extingvendum Calorem præternaturalem ordinavi seqvens emulsum.

℞. *Amygd. dulc. depil.* ℥j.
Sem. 4. major. frig. ana ℥j.
Aqv. Cardbened.
Scabios.
Rosar. ana ℥ij.
cinamomi ℥ß.
Confect. alkerm. ℥j.
Magister. perlar. ana ℈j.
corallor. rubr. ℈ß.
Man. Christ. perlat. q. s. ad gratum saporem.
Misc. S. Stärck- und Kühl-Milch.

Et sic hic Juvenis in paucis diebus hisce adhibitis decentibus remediis sanus & liber omnino evasit.

OBSERVATIO & CURATIO XLVIII.

DE VARIOLIS.

NObilis puer 12. annorum, febre continua cum variis paroxismis, per aliqvot dies, affligebatur, & tandem in Variolas incidit.

Huic statim, cum alvus non libera esset, præscripsi Mannæ Calabrinæ ℥ß. qvâ sumptâ mox alvus soluta est. Hoc facto dedi seqvens sudoriferum, ex qvo eâ nocte postea Variolæ copiosè erupere.

℞. *Flor. Antimonij fixor.* & *Diaphor. ana* gr. vj.
Smaragd.
Hyacynrth. præp. ana gr. iiij.

Subigantur in mortario lapideo cum gutt. iij. *Spiritus Vitrioli.*
Add. Pulv. Epil. ℈ß.
Ambr. gran. j.
Lapid. bezoard. gr. iij.
Prunell. gr. vj.
Misc. S. Hertz und Schwitz-Pulver.

Post qvinq; dies evanescentibus Variolis sudoriferum seqvens ei ordinavi.

℞. *Flor. Antimon. fixor.* & *Diaphoret.* gr. xxiiij.
Lapid. prunell. gr. vj.
Sal. centaur. min. gr. iij.
Dividatur in duas æqvales partes.

Cum admodum debilis esset post sudorem, & conqvereretur de excorticatione faucium, præscripsi.

℞. *Syrup. d. cinamomo,*
acetos. citri ana ℥iß.
borrag. ℥ß.
Miv. Cydon. s. ʒvj.
Aqv. citr. ℥ß.
acetos. ʒvj.
Misc. S. Safft offt etwas davon zu lecken.

℞. *Aqv.*

℞. *Aqv. prunell.*
plantag. ana ℥iſ.
Eqviſet.
roſar.
papav. errat. ana ℥j.
Syrup. violar.
Rob. nuc.
Diamor. ana ℥ſ.
Salis prnnell. ℥j.
Miſc. S. Halß Safft offt den Mund darmit außzuſpülen.

Hiſce omnibus, juxta modum præſcripti noſtri, diligenter uſurpatis, priſtinæ incolumitati tandem illa poſtliminio reſtituta fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XLIX.

DE FEBRE TERTIANA.

Piſtor qvidam, circa annum ætatis 50. Corpore ſatis robuſtus atq; plethoricus, in febrim tertianam incidit cum ingenti æſtu & Capitis dolore. Ad hunc eum poſt tertium vocarer paroxyſmum intelligeremqve per biduum alvum non depoſuiſſe, illam emollire ſtudui injecto hoc enemate.

℞. *Rad. Alth.*
Lil. alb. ana ℥v.
Tarax. ℥ſ.
Fol. malv.
violar.
Cichor.
Endiv. ana Mj.
Flor. Nymph.
Violar.
malv. ana Pj.
Sem. Lini,
Fænugr. ana ℥iiſ.
4. frigid. major. ana ℥j.
Coq. in ſ. q. aq. comm. pro ℔j.
add.
El. Lenit. ℥j.
Sal. comm. ℥j.
M. F. Enema.

Poſtea inciſa illi fuit Vena mediana in dextro brachio educto, pro Virium robore, ſangvine craſſo ac melancholico.

Et qvia inſigniter æſtuabat Capiteqve dolebat, idcirco ſeqventia ordinata illi ſunt medicamenta.

℞. *Sem-*

℞. *Sem. papav. alb.* ℥iſ.
lactuc. ℥ſ.
citr. ℈j.
Amygd. dulc. excort. ℥iſ.
Pinear. ℥iſ.
Sem. 4. major. frigid. ana ℥j.
Aqv. roſar.
plantag.
cardbened.
acetoſ. ana ℥iiij.
F. Emulſ. add.
Aqv. cinamomi. ℥ſ.
Syrup. acetoſ. citri ℥j.
M. & d. conv.
S. Mandelmich.

Nono die morbi hora una ante paroxyſmum hoc illi dedi ſudoriferum.

℞. *Aqv cardbened.* ℥ſ.
Spirit. Cardbened. ℥ij.
Spirit. Tartar. ℥ſ.
Vitrioli gutt. iij.
Miſc. pro potiuncula.

Ad dolorem vero Capitis minuendum.

℞. *Aqv plantag.*
perſicor. ana ℥iiij.
Acet. Roſac. ℥ij.
Ol. Roſar. ℥j.
Lapid. prunell. ℥iſ.
Miſc. pro Oxyrrhodino.

Lintea eo intincta & leviter expreſſa, fronti & temporibus freqventer applicentur.

Purgans ego nullum dedi, cum in principio morbi, bis, neſcio cujus Conſilio, ſatis purgatus fuiſſet.

Verùm cum de nimiis Vigiliis qverela eſſet, nec dormire poſſet, juſſi ut hoc linimento ſemel atqve iterum tempora ſub noctem inungeret.

℞. *Ungvent. popul.* ℥ſ.
Ol. mandrag.
Violar.
papav. ana ℥iij.
Opij Thebaic. ℈j.
Ol. Nuc. moſchat. expreſſ. ℈ij.
Croc. gran. vij.
Cer. q. ſ.
Miſc. pro Ungvent.

Atqve ſic tandem poſt 2. ſeptimanas, à Febri liberatus integrè convaluit.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO L.

DE TERTIANA DUPLICI.

RUsticus qvidam 40. annorum in Pago Rodißhayn / cui nomen Philip Gärtner / febri tertiana duplici affligebatur cum ingenti corporis æstu, dolore Capitis, siti ac appetitu dejecto. Hic qvendam, qvi me consuleret, ad me misit. Cui ego primum hanc decoctionem ordinabam.

℞. *Radic. polypod.*
Centaur.
Fœnic.
Cichor. ana ℥ß.
Herb. cardbened.
absinth.
centaur.
Veron. ana Mj.
Tartar. alb. ℥j.

Incisa singula incoq. Cerevisiæ communi, habitâ tamen cautione, ne qvid exhalationum evaporet, & sic enim melior Vis periret. Postea decoctum per linteum coletur & reservetur usui. Dosis ℥iiij. qvotidie mane per 6. dies continuando.

Exhibito hoc decocto purgavi eum seq. Cathartico.

℞. *Rhabarb.* ʒß.
Tart. Vitriolat. ℈j.
Cremor. Tart. gr. xv.
Spic. Indic. gr. viij.
Digerantur in aqv.
borrag. ana ℥iß.
Fumar. ℥j.

Stent per noctem postea fiat expressio.

Colaturæ add.
Syrup. rosat. solut. ℥ß.
Extr. Panchymag. gr. ix.
Diagrid. gr. iij.
in aqv. cinamomi dissolut.
F. Haustus.

Qvibus auxiliis num à febre liberatus fuerit, nec ne, sanè nescio, siqvidem de illo imposterum nihil amplius cognovi. Puto tamen eum convaluisse, cùm & plures alios hisce sanatos noverim.

OBSERVATIO & CURATIO LI.

DE FEBRI TERTIANA *simplici.*

JUvenis qvidam 17. annorum, agens in hoſpitio publico per 20. ſeptimanas febre tertiana ſimplici intermittente vexatus fuerat. Nihil autem remedii adhuc uſurpaverat, cùm meum Conſilium peteret. Præſcribo ei primò ſeq. decoctum.

℞. *Radic. centaur. maj.* ℥j.
Herb. cardbened. Mij.
Centaur.
abſinth. ana Mj.

Coqv. in Cereviſia communi Col. & clarificetur, de hoc decocto qvotidiè bis bibebat. Abſumpto illo tandem purgatus fuit. Rotula una Antimonii præparati. Vid. meum Florilegium de Emeticis.

Et ſic ultra tres Paroxyſmos amplius non habuit.

OBSERVATIO & CURATIO LII.

DE FEBRI TERTIANA.

FEbri Tertiana intermittente tentabatur Filia cujusdam Rhedarii octennis. Et jam nonus dies erat qvo ego conſulebar. Purgavi illam primò exhibita ʒſ. gr. v. Rhab. pulv. cum ℥ſ. Aq. Cardbened. Poſtea dedi ſeqvens ſudoriferum.

℞. *Aqv. cardbened.* ℥ij.
acetoſ. ℥j.
Spirit. Tartari gutt. x.
Sulphur. gutt. v.
Sal. abſinth. ℈j.
cardbened. ana ℈ſ.
C. C. uſt. præp. gr. vij.
Syrup. acetoſ. citr. ℥j.
F. potiuncula diaphoretica.

Qvo copiosè in lecto ſudavit cum maximo juvamine. Ratione verò æſtus mitigandi, ac ſitis extingvendæ, ordinavi ei hoc Julapium, de qvo pro libitu parum bibebat.

℞. *Aqv. rosar.* ℥iij.
plantag.
borrag.
cichor.
endiv.
violar.
acetos.
lactuc. ana ℥iß.
Syrup. violar.
acetos.
Rob ribium.
berb.
Diamor. ana ʒß.
Sal. prunell. ℈j.
Misc. & d. conv.
S. Julep.

Hisce post octiduum reducta est ad pristinam sanitatem.

OBSERVATIO & CURATIO LIII.

DE VENENO ASSUMPTO.

Paupercula mulier in suburbio Urbis Northusæ, cùm non haberet, qvo se & liberos sustentaret, & inde cogeretur victum ostiatim qværere, ex impatientia & desperatione se inficere voluit. Sumpsit igitur particulam dimidiæ castaneæ pulverisatam Auripigmenti, qvâ sumptâ, varia sunt secuta Symptomata, nimirum Syncope, Ventris torsiones, Convulsiones, ut & mordicationes & dolores Ventriculi, cui accitus ordinavi seqventia.

℞. *Decoct. rad. raph.*
sem. atripl. ana ℥iß.
Syrup. acetos. simpl. ℥ß.
F. Potus, qvi capiatur unâ vice.

Hoc facto dedi.

℞. *Theriac.* ℈v.
Syrup. citr. ℥ij.
M. S. Schwitzunge.

Postea ad vires restaurandas præscripsi has rotulas.

℞. *Rotul. d. spec. diamarg. frigid. ana* ℥iij.
S. Starck Küchlein.

Ad mordicationes & dolores Ventriculi tollendos sumpsit Lac tepidum. Qvibus ritè

ritè adhibitis; DEI beneficio, ad pristinum sanitatis statum reducta est.

OBSERVATIO & CURATIO LIV.

DE IMBECILLITATE ventriculi orificij superioris.

REverendus & doctiss. Dominus Mag. Cyriacus Brengell / Pastor divi Petri in Inclyta Northusa, ad me venit conqverens de imbecilliori Ventriculi superiori orificio, maximeq; petens, ut medicamentis salutaribus huic malo obviam venire vellem. Ego itaqve, Numine invocato, Curam sic auspicor.

℞. *Spec. diacydon. s. spec.*
Sem. Coriandr. præp.
Anis.
Fænic.
Nuc. moschat.
Cinamomi elect. ana ℥j.
Carn. cydon. sicc. ℥vj.
Rosar. rubr.
Corall. rubr. præp. ana ℈j.
Lign. aloës,
Ventric. gall. præp. ana ℈ſ.
Pan. biscoct. sacchar.
Rotul. man. Christ. perl. ℥vj.
F. pulv. subtilis.
S. Pulver nach essens.

Qvi benè profuit; Et ita ulteriori medicatione opus non habuit.

OBSERVATIO & CURATIO LV.

DE TERTIANA SIMPLICI.

PIstor qvidam, circa annum ætatis 50. sub initium Aprilis corripitur Febre Tertiana simplici toto Corpore, instante paroxysmo, valdè æstuabat, cum ingenti sudoris profluvio, siti tamen (qvod mirandum) exigua aut ferè nulla. Cùm igitur meo Consilio

utere-

uteretur, jam binos perpessus paroxysmos, mandavi, cum præsertim aliqva Plethora adesset, ut Venam sibi secari curaret, qvod & fecit. Postero die insultum febris mitiorem expertus est. A tertio itaqve paroxysmo habito in die qvietis hanc potionem purgantem ei decrevi.

℞. *Radic. centaur.* ℥ſ.
Cichor. ℥iij.
Flor. centaur.
Cichor. ana Pj.
Herb. cardbened. Mſ.
Fol. Sen. mundat. ℥ſ.
Sem. Anis. ʒiſ.

Infundantur per horas 12. in Aqv. Cardbened. q. ſ. Postea factâ ebullit. exprimi fortiter & colentur.

Colat. hujus ℞. ℥iij.
Syrup. d. Cichor. c. Rhab. ℥ſ.
Extr. panchymag.
Magist. Tart. vitriol. ana ℈ſ.
Spirit. Vitrioli gutt. iiij.
Misc. pro Potione purgante.

Qvam cum manè circa horam 8. sumsisset, alvus sexies illi inde soluta fuit, ejectis multis serosis ac liqvidis excrementis. Postero die hora una ante paroxysmum ejusqve invasionem, qvi ut plurimum circa nonam vel decimam antemeridianam ingruebat, exhauriebat hoc sudoriferum.

℞. *Aqv. veron.*
acetos. ana ℥ſ.
Spirit. Theriac.
camphor. ℈iiſ.
Cardbened.
absinth. ana ℈ſ.
Mercur. Diaphor.
Solar. ana gr. iij.
F. Potio pro una vice.

Verùm cum inde, ut Uxor ejus mihi referebat, parum sudoris effluxisset, idcirco seqv. die, qvo immunis erat à febrili invasione, aliam potiunculã diaphoreticam illi destinavi.

℞. *Aqv. acetos.*
Scord. ana ℥iſ.
Sal. cardbened.
absinth. ana ℈j.
chamom. ℈ſ.
Syrup. d. cardbened. ana ℥iſ.
F. Mixtura. S.

Potio sudorifera hujus ope; tantum toto Corpore sudoris emanavit, ut vix lintea illi extergendo sufficerent, qvod & patiēs ipse & Uxor valdè admirabantur. Tandem cessante Febre, & solummodo appetitus prostratione permanente, ad hanc qvoq; amoliendam jussi, ut alternis diebus manè Spirit. Vitriol. opt. rectificat. gutt. 9. vel 10. ex brodio Gallinæ vel carnis bovinæ jusculo caperet, qvod cum bis vel ter fecisset, rediit appetitus, & imposterum ad omnia benè se habente, sic brevi tempore ad sanitatem reductus est.

OBSERVATIO & *CURATIO LVI.*

DE TERTIANA INTERmittente.

Domini Stephani Schmidts, Senatoris filius 18. circiter annorum 19. die Julii anno 1646. sub mediam noctem prægresso horrore, febre tertianâ simplici corripiebatur. Ego post alterum paroxysmum, qvi circa 10. matutinam rediit, ad eum vocatus, Venæ sectionem instituere volui, cum plethorâ abundaret. Verum cùm non admitteret phlebotomiam, utpote qvam nunqvam adhuc expertus fuisset, die tertii paroxysmi, cujus accessus fiebat circa 11. horam meridianam, manè hora 8. hoc pharmacum ei exhauriendum obtuli.

℞. *Rad. centaur. major.* ℨij.
cichor. ℨiß.
Rhab. ℨj.
Infund. per horas 8. in Aqv. Cantaur. post fortiter exprimi.

℞. *Colat. hujus* ℥j. ℨij.
add.
Syrup. Rosat. solut. ℥ß.
Extr. mechoac. comp. gr. viij.
Spirit. Vitriol. gutt. iij.
F. Potiuncula.

Cujus ope sexies alvum deposuit. Postridiè cum immunis

nis erat à febre, manè in lecto hoc diaphoreticum capiebat.

℞. *Antimon. Diaphor.* gr. xiiij.
Aqv. Cardbened.
Centaur. ana ℥j.
F. Mixtura.

Qvartus Paroxyſmus invaſit poſt matutinam. Qvintus circa 4. veſpertinam, à qvo die intermiſſionis hoc laxativum ſumſit.

℞. *Conſer. fl. perſic.* ℥ſ.
Pulv. Rhab. ℈ij.
Spirit. vitrioli gutt. iij.
F. bolus ſuperbibendo ℥j.
Aqv. Cardbened.

Sexies inde movebatur alvus. Qvia autem, præſertim cum acceſſio fieret paroxyſmi, toto corpore valdè æſtuabat ac ſitiebat, idcirco propinatum ei fuit hoc Julapium, qvod guſtus eſt ſvaviſſimi.

℞. *Aqv. centaur.*
Cardbened.
cichor. ana ℥v.
In qvibus ebulliant ſemel atqve iterum

Conſerv. roſar. rubr.
fl. cichor.
Tunic.
violar. ana ℥ſ.
Decoct. ſenſim refrig. & Col. add.
Syrup. acetoſ. citr.
d. ceraſ. cum caryoph. hort. ana ℥iſ.
Spirit. aperit. Perinot. q. ſ. ad gratam aciditatem.
Miſc. F. Julapium.

Sextus paroxyſmus circa 12. noctis rediit, durans usqve ad 5. matutinam; à ſeptimo paroxyſmo manè ſudorem ciebat ſeq.

℞. *Pulv. ſem. cardbened.*
card. Mariæ ana ℈ſ.
Antimon. diaph. gr. vij.
Sal. cardbened.
Sacch. cand. ℥j.
F. Pulvis. S. Schwitz Pulver auff einmal.

Hiſce præſidiis, cùm tot Paroxyſmos ſuſtinuiſſet, à febre hac integrè liberatus fuit.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO LVII.

DE TERTIANA INTERmittente.

QVi mihi erat à pedibus & famulitio, Georgius Meye/18. annorum Adoleſcens, menſe Julio corripitur febre tertiana intermittente, cum inſigni horrore totius corporis circa 3. pomeridianam. Huic ilico dedi Vomitivo loco. Gill. Theoph. gr. ℥j. cum Aqv. Fœnic. ℥vj. Qvo medicamento poſt horam 7. Veſpertinam, ternos habuit Vomitus pituitoſos cum alleviatione. Altero paroxyſmo ingruente obtuli ei.

Antimon. Diaphor. gr. xv.
Nitr. præp. gr. iiij.
Cum Aqv. Cardbened. ℥j.

Qvo egregiè ſudavit. Poſt tertium paroxyſmum propinavi ei ſeq. Decoctum.

℞. *Radic. Cichor.*
Centaur.
Fœnic. ana ℥ſ.
Herb. Agrim.
Cichor.
Abſinth. ana Mj.
Flor. cichor.
Centaur. ana Piſ.
Fol. Sen. ℥v.
Sem. aniſ. ℥iſ.
Coq. omnia in ſ. q. Aqv. pro ℔j.

Doſis erat ℥ij. bis in die nim. circa 8. matutinam & 4. veſpertinam. Singulis diebus ad minimum ter vel qvater inde evacuabatur. Cùm itáq; per 6. dies continuos hoc decocto uſus fuiſſet, Febris admodum remiſſa facta fuit, unde pro complemento Curæ adhuc ſemel prædictum ſudoriferum ſumpſiſſet, ab omni Febri, qvæ per tres ſeptimanas duravit, liberatus eſt.

OBSERVATIO & CURATIO LVIII.

DE TERTIANA INTERmittente.

Daniel

DAniel Sultzer / incidebat circa medium mensis Junii in tertianam intermittentem, qvæ hora 12. meridiana, ipsum invasit. Vocabar ad eum, cum secundum paroxysmum, qvi circa 8. matutinam rediit, experiretur. Præscribo ei seq. laxativum, die intermissionis sumendum.

℞. *Radic. cichor.*
polypod.
Helen. ana ℥j.
Ceterach.
Epithym. ana ℥ß.
Rhabarb. ʒj.
Agar. ʒß.
Cinamomi ʒj.
Infund. per noctem in
Aqv. cichor.
Centaur. ana q. s.
Manè factâ levi ebullit. exprim. Hujus ℞. ℥iß.
Syrup. d. cichor. c. Rh. ℥ß.
Extr. Rhab. ʒß.
Sal. Tart. ℈j.
Spirit. veneris gutt. v.
Misc. F. potiuncula.

Novies inde evacuatus fuit, excretis multis corruptis & fætentibus succis. Postridiè à sumptione hujus Pharmaci, paroxysmus tertius qvartâ horâ noctis rediit. Svasi tum qvidem Venæ sectionem. Verùm ille hanc admittere nolebat. Qvartus paroxysmus accessit circa horam 1. noctis. Finito illo dedi ipsi ʒj. pulv. nostr. laxativi ex jusculo gallinæ, qvo sexies ei alvus subducebatur. Tandem commendo ipsi usum qvotidianum seq. pulveris Antifebritici.

℞. *Rad. Centaur. major.* ʒiß.
Fæcul. Rad. aron. ʒj.
Fl. Centaur. min. ʒß.
Fl. Sulphuris ʒß. gr. v.
Magist. Tart. vitr. ℈ij.
Sal. absinth. ℈iiß.
Sacchar. rosat. tabulat. ℥ß.
Misc. F. pulv. subtilissimus.

Cùm semel hoc pulvere manè, jejuno stomacho cum pauxillo Aqv. Cardbened. usus fuisset, immunis planè ab omni febre factus fuit: Nec mirum, habet enim hic pulvis singularem Vim & Virtutem

pellendi febres, cum ingrediantur ejus complexionem talia, qvæ & obstructiones, qvales plerumqve in ejusmodi febribus adsunt, insigniter aperiunt, & putredini humorum seu corruptelæ potenter resistunt.

OBSERVATIO & CURATIO LIX.

DE FEBRE INTERmittente.

Henricus Meyer/Adolescens viginti annorum, corripiebatur circa initium Veris tertiana febre simplici, qvæ sine dubio ortum duxerat ex prægressa Scabie, qvâ totum corpus affectum habebat. Hac cum nulla purgatione corporis adhibita, lotione aqvæ gelidæ intus reperouteretur febrim excitavit, à qva tamen paulo post iterum, Deo juvante, meâ operâ liberatus fuit, seqventi Nodulo laxativo usurpato.

℞. *Radic. cent. major.* ℥v.
polypod.
cichor.
Helen. ana ℥iij.
Herb. fumar.
Cochlear.
Veron. ana Mj.
Summ. Lupul.
Comar. absinth.
Flor. Centaur. ana Pj.
Epithym. ℥ß.
Chrystall. tart. ℥iij.
Fol. Sen. al. ℥vj.
Rhabar. opt. ℥iiß.
Cinamomi ℥j.

Incidantur minutim & ligentur in Nodulo, qvi filo alligato impendatur sero caprino, & de eo haustus exiguus mox ante prandium bibatur, continuando ejusmodi potum per 8. dies.

Ab usu Noduli hujus cum sudoriferum etiam sumsisset, à febre liber evasit.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO LX.

DE TERTIANA INTERmittente.

CIrca idem tempus ferè, simili tertiana febre corripiebatur Martinus Reidemeister / Camerarius hujus loci, Vir qvinqvaginta aliqvot annorum. Ad qvem post primum paroxysmum vocatus, die intermissionis præscripsi ei seqv. potiunculam exhauriendam.

℞. *Radic. centaur. maj.* ʒiß.
cichor.
polypod. ana ʒß.
agrimon.
Flor. cichor. ana P j.
Fol. Sen. ʒij.
Rhabarb. ℈iß.
Cinamomi ʒß.
Infundantur per noctem in
Aqv. cichor.
Veron. ana q. s.

Manè post ebull. exprim. & col. Colat. ℥iß. add.

Syrup. d. cichor. cum rhab. ʒß.
Extr. panchymag. ʒß.
Sal. cichor. ℈ß.
Spirit. vitrioli gutt. v.
Misc. F. Potiuncula.

Sexies inde evacuatus fuit.

Post tertium paroxysmum cum corpore plethorico esset, secui ei Venam eductis ℥viij. sangvinis biliosi & melancholici. Altero die à sectione Venæ redibat paroxysmus hor. 3. matutina, durans usq; ad decimam antemeridianam. Idcirco seq. die qvietis aliam potiunculam manè sumsit.

℞. *Aqv. centaur.*
cardbened. ana ℥ß.
Syrup. Laxativ. ʒß.
Extr. panchymag. ℈j.
Magister. tart. vitriol. ℈ß.
Spirit. vitrioli gutt. iiij.
F. potio.

Septies alvum movit. Seq. die qvo exspectabatur paroxysmus sextus, qvi tamen non rediit, sumsit horis matutinis sudoriferum hoc.

℞. *Bezoard. miner.* ℈ß.

 Lapid.

Lapid. prunell.
Sal. cardbened. ana gr. iij.
Aqv. cardbened. ℥iß.
Misc.

Tandem singulo manè per qvatriduum sumsit gutt. v. Spirit. Vitrioli ex brodio gallinæ. Et sic non amplius qvàm 5. paroxysmos sustinens integrè à febre liberatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXI.

DE TERTIANA INTERmittente.

Uxor Jacobi Schwalben/ civis Stolbergensis, circa initium Autumni incidebat in febrem tertianam intermittentem, ad qvam ego post alterum Paroxysmum accitus pro sentina Corporis expurganda, seq. potionem obtuli.

℞. *Aqv. veron.*
capill. veneris ana ℥v.
Extract. cathol. n. d. ℈ij.
Syrup. d. cichor. c. rh. ℥ß.
Sal. cichor. ℈j.
Spirit. Vitrioli gutt. iiij.
M. pro potiuncula.

Cùm purgata esset & nonnihil debilitaretur, hoc Epithema pro pulsu arteriarum & Cordis ei præscripsi.

℞. *Aqv. buglos.*
meliss.
violar.
rosar. ana ℥iß.
cinamomi ℥ß.
Magist. Corall. gr. xv.
Extr. Croc. gr. vj.
Misc. pro Epithemate.

Præscriptum quoq; ei est, ipsa ita Volente, Ungventum hoc pro contemperando calore Renum ac Epatis.

℞. *Ungvent. Sant.*
Rosat. ana ℥iß.
Ol. violar.
Nymph. ana ℥j.
Ceræ parum. F. Ungvent.

Postea svasi ei, ut bis in die biberet ℥iiij. de hoc decocto.

℞. *Rad. Fænic.* ℥iß.
Cichor.
Petros. ana ℥j.

Inci-

Incidantur minutim & incoqv. Brodio gallinæ, & hoc Brodium usui reservetur.

Cùm aliqvoties de eo bibisset, febris tandem eam reliqvit. Ne vero recidivam pateretur, jussi ut adhuc semel purgationem corporis admitteret, cui cum annuisset seqv. ei decerno.

℞. *Aqv. beton.*
anis. ana ℥ß.
cinnamomi ℥ij.
Syrup. Laxativ. ℥iij.
Extr. Cathol. n. d. ℨß.
Rhabarb.
Sal. absinth. gr. xv.
Spirit. Vitrioli. gutt. v.
Misc. F. potiuncula.

Et hisce ad sanitatem priorem rediit.

OBSERVATIO & CURATIO LXII.

DE TERTIANA INTERmittente.

Andreas Kramer/ Juvenis 28. circiter annorũ tertiana intermittente laborabat, cum Capitis ac Ventriculi insigni debilitate, ac totius Corporis lassitudine: Tertius jam prægressus erat paroxysmus, cùm ad eum accitus essem. Die itaqve intermissionis epotavit hanc potiunculam,

℞. *Aqv. Veron.*
Centaur. ana ℥vj.
Syrup. Laxativ. ℥ß.
Extr. Cathol. nostr. des. ℈ij.
gr. v.
Sal. absinth. ℈j.
Spirit. Vitrioli gr. v.
Misc.

Postea sumsit hoc sudoriferũ

℞. *Antim. diaph.* ℈ß. gr. iij.
Succin. alb. præp. gr. iij.
Ebor. per. vapor. calcin. gr. ij.
Aqv. cardbened.
Scord. ana ℥vj.
Misc.

Postridiè rediit paroxysmus circa nonam antemeridianam, qvi antea post qvintam matutinam invaserat cum 3

Verùm vix per sesqvihoram duravit, multo enim mitior à prægressa evacuatione tum per alvum tum per sudorem jam erat factus. Idcirco aliam purgantem potionem ei præscripsi.

℞. *Syrup. d. cichor. c. rhab.* ℥ß.
Extract. Diacrut. ℈iiß.
Sal. tartar. ℈j.
Aqv. Cardbened. ℥j.
Spirit. Vitriol. gutt. iiij.
Misc.

Qvinqvies inde evacuabatur cum egregio juvamine. Die qvo exspectabat paroxysmum, manè capiebat seqv. Hydroticum.

℞. *Aqv. centaur.* ℥j.
Spirit. cardbened. ℥ß.
Sal. absinth. ℨß.
Spirit. vitriol. gutt. vj.
F. potiuncula.

Qvo sumto, post horam unam levem horrorem Corporis sensit, qvem subseqvebatur levis qvidam Calor vix per semihoram perdurans. Et ab eo die non amplius rediit Febris, & ita ille convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO LXIII.

DE FEBRI TERTIANA *simplici.*

Vidua Dn. M. Coci, Pastoris Primarii Stolbergensis, matrona 63. ætatis annum superans, corripiebatur febri tertiana simplici intermittente. Cùm bis invasionem ejus passa esset proprio consilio parum Rhabp. ulverisati ad Corporis evacuationem sumsit. Cùm vero jam intenderetur febris, Calorq; ipsi admodum molestus esset ad extingvendum & refrigerii aliqvid corpori afferendum, à me remedium petiit. Ego ei has aqvas præscribo.

℞. *Aqv. borrag.*
bugloss.
violar.
Rosar. ana ℥ij.
Endiv.
Ceras. nigr. ana ℥j.

Syrup.

Syrup. acetoſ. citri ana ℥ij.
Rob rib. ℥vj.
Magiſt. corall. ʒj.
perlar. ʒß.
Lapid. prunell. ℈ij.
Miſc. pro Julapio.

Æſtus Corporis cum per biduum de his aqvis bibiſſet, multum remiſit, verum anorexia qvædam & nauſea omnium eſculentorum adhuc ipſam valdè infeſtabat, qvibus tollendis, juſſi ut ſeq. linimento foris Ventriculum inungeret.

℞. *Ol. maſtich.* ʒj.
cydonior. ʒß.
abſinth. ʒvj.
nuc. moſch. expreſs. ʒiij.
Ol. menth. deſt. ℈j.
caryoph. gutt. iiij.
Corall. rubr. præp. ana ʒj.
Ceræ q. ſ.
F. Linim.

Qvo Ventriculus indies magis magisq; confirmabatur, adeo ut non amplius cibum faſtidiret; ſed cum Voluptate cum aſſumeret; febre etiam poſt paucos dies in totum ceſſante.

OBSERVATIO & CURATIO LXIV.

DE TERTIANA INTERmittente.

SArtoris cujusdam Elriceníis filius 18. annorum, initio Veris incidit in febrim tertianam ſimplicem. Ad hujus curam ego vocatus, primo ad evacuandam Corporis regionem primam à ſentina pravorum ſuccorum, offero ei ſeq.

℞. *Fol. ſen.* ʒij.
Agaric. troch. ʒiß.
Rhabarb. ʒß.
Sem. aniſ.
fœnic. ana ℈j.
Macis gran. xj.
Infund. in ſ. q. decoct. flor. & fruct.
Manè factâ leni evacuatione & expreſſione: Colat. add.
Mann. Calabr. ℥ß.
Cremor. tart. ℈j.
Aqv. cinamomi ʒiij.
F. hauſtulus ad fictile.

Hoc

Hoc sumpto, alvus eo die inde qvater soluta est.

Seqventi die cum Capite valdè doleret, hoc Enema pro revulsione applicari jubeo.

℞. *Radic. Alth.*
Lilior. alb. ana ℥ß.
Herb. veron.
Violar.
Lact. ana Mj.
Flor. chamom.
Melilot. ana Pj.
Sem. Lini,
Fœnugr. ana ℥iij.
4. frigid. ana ℥ß.
Coq. in s. aq. pro ℥viij.
Colaturæ add.
El. d. psyll. ℥ß.
Caß. pro Clyster. ℥vj.
Ol. Chamom.
violar. ana ℥ß.
Sacchar. rubr. ℥ij.
Sal. gem. ℈j.
M. F. Clyster.

Circa horam 3. pomeridianam injectus fuit, sub seqvent. ternis evacuationibus cum magna alleviatione adeo, ut postero die, sedato Capitis dolore, melius habuerit, & majori cum appetitu cibum sumserit. Interim dum duraret calor Corporis, de seqventi Julapio bibebat.

℞. *Aq. flor. citr.* ℥ij.
Cardbened.
borrag.
acetos. ana ℥j.
endiv.
rosar. ana ℥vj.
Magist. Corall. ℈ij.
perlar. ℈j.
Syrup. acetos. citr. ℥iß.
d. succ. berber. ℥ß.
Misc. pro Julapio.

Mitiores imposterum fiebant paroxysmi, & vix ultra tres horas durabant. A qvinto paroxysmo in die qvietis hoc phamacon capiebat.

℞. *Pulv. Galap.* gr. xij.
Diagrid. Sulphurat. gr. iij.
Syrup. Rosat. solut. ℥j.
Aqv. borrag. ℥j.
cinamomi ℥ij.
Misc. d. S. Purgier Tränck-lein.

Decies hoc alvum solvebat citra tamen ullam vehementiam aut virum jacturam.

A sex-

A ſexto Paroxyſmo conqverebatur de gravitate & punctione ſiniſtri lateris, orta ex lienis & ejusdem Venarum obſtructione. Ad qvam expediendam cum præſertim febris jam erratica fieret, & interdum bis, interdum ter Calor Corpus affligeret in die, mox tamen remitteret. Nodulum hunc ei ordinavi.

℞. *Radic. ſcord.* ℥ſ.
polypod.
cichor. ana ℥iij.
Herb. Cuſcut.
Agrimon. ana Mj.
Ceterach,
Flor. geniſt.
cichor.
centaur. ana Pj.
Epithym. ℈ij.
Chryſtall. tart. ℥ij.
Fol. Sen. ℥ſ.
Rhabarb. ℥iiſ.
Sem. aniſ.
Aqvileg. ana ℥ſ.

Incidantur minutim & includantur Nodulo ſerico, qvem cerevſiſiæ communi nidebat, & qvotidiè ſemel de co bibebat. Qvo nodulo, qvi multum ei profuit, finem Curationi impoſui.

OBSERVATIO & CURATIO LXV.

DE TERTIANA INTERmittente.

STudioſus qvidam Franckenhuſanus annos 30. natus, menſe Aprili corripiebatur febri tertiana intermittente graviſſima, qvæ etiam per 17. Septimanas duravit. Symptomata hujus febris erant, laſſitudo totius corporis, Vigiliæ, dolor Capitis, ac ſitis ingens, appetitusqve dejectus, & maculæ nonnullæ rubræ in pectore & dorſo efflorescentes, acuminatæ inſtar Variolarum, Tinnitum item aurium, punctiones utriusq; lateris, aderat. Ad ejusmodi ſymptomata conſopienda, anteqvam ad ipſum in dictam Urbem vocarer, per

ſuum famulum aliqvid à me petiit remedii, præſertim contra dolorem capitis atrociſſimum. Ego hoc frontale actutum in officina paratum ei transmitto.

℞. *Amygd. amar.*
Nucl. Perſic. ana ℥j.
Aqv. Solani,
Fl. Sambuc. ana q. ſ.
Miſc. F. Emulſio in mortario lapideo, in qvam intincti panni linei tepidè fronti applicentur.

Pro Virium confortatione unà qvoqve ei hoc transmiſi.

℞. *Pulp. citr. condit.* ℥iiij.
Sal. corall.
C. C. uſt. præp. ana ʒſ.
Miſc.

Qvarto die ab invaſione morbi, 28. die Aprilis anno 1625. ad eum vocor. Adveniens itaqve & Corpus ejus cacochymicum valdè purgatione opus habere, animadvertens hoc ſolutivum in ſeqv. diem uſurpandum ei ordinavi

℞. *Rhabarb.* ʒſ.
Tartar. Vitriol. ℈j.
Cremor. Tart. gr. xvi.
Spic. Indic. gr. viij.
Digerantur in
Aqv. borrag. ℥iſ.
cichor. ℥j.
Stent per noctem, poſtea fiat expreſſio.
Colaturæ add.
Syrup. roſat. ſolut. ʒſ.
Extr. panchym. Croll. gr. viij.
Diagrid. gr. iij.
Aqv. cynamomi ʒſ.
F. Hauſtus.

Capiebat manè poſt ſextam. Verum mox eundem vomitu rejiciebat, ob paroxyſmi nimium inſultum, qvi à 8. matutina duravit usqve ad 9. veſpertinam.

Qvia autem affligebatur ſiti, præſertim noctu, ita ut ſubinde potitare cogeretur, nec tamen ſitis extingveretur, idcirco Julapium ſeu refrigerans & humectans ei ordinavi, de qvo, cum interdiu, tum noctu pro libitu ſumebat.

℞. *Aqv. endiv.*

cichor.

cichor.
ceras. acidor.
acetos. ana ℥iij.
violar.
borrag. ana ℥iß.

In qvibus ebulliant unica vel altera ebullitione.

Conserv. fl. violar.
cichor.
bugloss. ana ℥ß.

Decoct. sensim refrigeretur, postea coletur & clarificetur,

Colaturæ add.
Extract. cichor. ʒj.
Magist. corall. ʒj.
Solut. perlar. ʒß.
Lapid. prunell. ʒj.
Syrup. acetos. citr.
d. succ. berb. ana ℥ij.
Spirit. vitriol. q. s. ad gratum acorem.

Misc. pro Julapium.

Die 30. Aprilis ejusdem anni hoc laxativum in die qvietis sumsit.

℞. *Pulv. sen. Wierij* ℈iiß.
Spec. diat. c. Rhab. ℈ß. gr. vij.
Diagrid. gran. iiij.
Spec. diarrhod. Abbat. gr. xij.
Ol. anisi,
fænic. ana gutt. j.

F. pulv. S. Laxier Pulver.

Qvinqvies movit alvum, Capitis dolor superiori frontali parum mitigabatur: Idcirco fortius oxyrrhodinon præscripsi, reprimens vapores à calore febrili in caput sublevatos.

℞. *Aqv. Plantag.*
Solan. una ℥iij.
Sambuc. ℥ij.
Acet. Rosac. ℥iß.
Ol. Rosat. ʒj.
Misc.

1. Die Maji, qvo liber erat à paroxysmo circa 6. vespertinam hoc sudoriferum admisit.

℞. *Bezoard. Solar.* gr. vij.
Ebor. per vapor. calc.
C. C. per vapor. calc. ana gran. vj.
Margar. præp. gr. iiij.
Misc. S. Schwitz Pülverlein.

Egregiè inde sudavit.

2. Die Maji Paroxyſmus anticipans, rediit circa dimidiam ſeptimanam veſpertinam, durans per totam noctem inſeqventem usqve ad 6. matutinam, cum prægreſſo vomitu bilioſo & alvi fluxione. Die itaqve ſeq 5. ſcilicet Maji dedi ei hoc purgans.

℞. *Aqv. cichor.*
Fumar. ana ℥ſ.
Extr. Rhabarb. ℥ſ.
mechaac. ſimpl. gr. v.
Syrup. d. cichor. c. Rh.
diaſer. Andem ana ʒiij.
Sal. Tart. ℈ſ.
Spirit. Vitrioli gutt. v.
Miſc. F. Potiuncula.

Aliqvoties inde evacuatus fuit absqve virium debilitate. Circa 9. veſpertinam rediit febris, cum paroxyſmo tamen mitiori, ſeqv. die aliud purgans ſumſit.

℞. *Spec. diaturb. cum rhab.* ℈j.
Diagrid. gr. iij.
Gumm. d. Peru gr. ij.
Ol. citr. gutt. j.
Syrup. violar. laxat. ʒvj.
Miſc. S. Purgier Safft.

Duodecies alvum laxavit hoc medicamentum citra virium tamen jacturam. 8. Die Maji exhauſit hoc ſudoriferum.

℞. *Spirit. tart.* ʒj.
Aqv. Cardbened. ℥iſ.
Miſc.

Poſt ſudorem, cum valdè debilitaretur, idcirco pro virium reſtauratione ac Corde confortando, has aqvas ei ordinavi.

℞. *Aqv. cardbened.*
borrag.
bugloſſ. ana ℥iiſ.
Syrup. acetoſ. citr. ana ℥j.
d. ſucc. berber. ana ʒvj.
Sal. perlar. ℈ij.
corall. ℈j.
Spirit. Vitrioli, gutt. vj.
C. C. præp. ʒſ.
Miſc.

Præbeatur Cochleare unum, repetitis vicibus.

25. Maji, cum nec dum febris ceſſaret, ex meo conſilio ſumſit, Morſellos Laxativos noſtræ deſcriptionis ʒv.

Qvinas

Qvinas ſedes inde habuit. Seqventi die 26. Maji Paroxyſmus febrilis iterum eum invaſit, verùm ultra qvinqve horas non duravit. 29. Die Maji pro eradicativa q. evacuatione ei obtuli.

℞. *Magiſt. gum. d. Peru* gr. vij.
Ol. citr. gutt. j.
cinamomi gutt. ij.
Conſerv. Roſar. ℨiſ.
Miſc.

Sexies ab hoc medicamento alvus ſoluta fuit,& unus vomitus ſubſecutus, excretis plurimis liqvidis&aqvoſis humoribus, iisq; valdè fœtentibus.

Poſteris diebus ſemper mitiores extiterunt Paroxyſmi. 12. die Junii circa regionem Stomachi cœpit ſentire inſignem dolorem, comitantibus hunc unà crebris Vomitionibus cibalibus, qvos cùm ex Stomachi inſigni debilitate oriri judicarem, idcirco Cerotum hoc ſeu ſcutum Stomachi ſuper ventriculo geſtandum ei ordinavi.

℞. *Ladan. puriſſ.* ℥j.
Maſtich. el. ℨiij.
Flor. Chamom. P j.
Roſar. rubr.
Herb. abſinth.
menth. ana ℨiſ.
Xyloaloës,
Caryoph. ana ℨſ.
Corall. rubr. præp. ℨj.
Cinamomi ℈j.
Ol. abſinth.
maſtich.
chamom. ana ℨſ.
Ol. deſt. Caryoph.
macis ana gutt. iij.
Ceræ q. ſ.

Ladanum ſolvatur in Aqv. menth. cera liqvefiat cū oleis. Poſtea addantur pulveres. M. F. Cerotum, Maſſa extendatur ſuper alutam, ſindone tegatur, & interpungatur acu. Prandii tamen&cœnæ horis removeatur à ventriculo. Hoc Ceroto ſedatus fuit dolor ventriculi. Verùm cùm ob diuturnitatē febris Vires valdè proſtratas haberet patiens, idcirco finem impoſiturus curæ huic, conditum hoc ei pro reparandis Viribus, Corporeq; humectando adhuc præſcripſi.

℞. *Rob. rib.* ℥j.
Cortic. citr. condit.
Pulp. citr. condit. ana ℥vj.
Flor. citr. condit.
Conserv. fl. tunic.
violar.
Rosar. ana ℥ß.
Magist. corall. ℈ij.
Sal. perlar. ʒß.
Cinamomi ℈j.
C. C. ust. præp. ʒß.
Syrup. acetos. citr. &
Spirit. Vitriol. ana q. s. ad moderatum acorem.
Misc. F. Conditum.

Atq; hisce auxiliis, multo labore, nec sine nutu DEI, æger hic ab hac gravissima febre tandem sanitati restitutus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXVI. DE FEBRE INTERmittente.

Studiosus adolescens 24. annorum circiter, jam per 14. dies laborârat febri simplici tertiana, anteqvam consultandi causa me accederet. Interrogatus de hora invasionis paroxysmi febrilis, respondit: Primùm paroxysmum hora 4. pomeridiana ingruisse, alterum eum adortum esse hora 6. pomeridiana. Tertium hora 9. antemeridiana. Qvartum hora 6. matutina. Qvintum hor. 2. ante lucana, Sextum 12. hora noctis, Septimum hor. 3. pomeridiana. Seqventi itaq; die posteriore hujus paroxysmi me accedens, rogavit, ut si qvam opem ei adferre valerem, hanc minimè petenti denegarem. Pollicitus sum studium & curam meam. Et primo qvidem imperata debita ac congrua Victus ratione digestivam hanc potionem ei trado.

℞. *Aqv. cardbened.*
Bugloß. ana ℥ij.
Endiv.
Cichor.
Centaur. ana ℥iß.
Syrup. cich. cum rhab. ℥ij.
acetos. simpl. ʒvj.

Ma-

Magist. corall. ℈ß.
Spirit. vitrioli gutt. vij.
Misc. F. Potio.

Dosis erat, haustulus parvus in die.

Postea die illo, qvo iterum de paroxysmo metueret, ad laxandam alvum & minorandam materiam manè 4. horis ante cibum, hunc Syrupum laxativum ei dedi.

℞. *Extr. mechaac. simpl.* gr. ix.
Rhabarb. gr. iiij.
Scamm. Sulphurat.
Resin. Galap.
Magist. d. gumm. Peru ana gr. j.
Syrup. d. borrag.
succ. citr. ana ℥ß.
Ol. Citr. gutt. ij.
Misc. S. Purgier Safft.

Serosa & pituitosa cum nonnulla bilis portione excrevit, absq; virium evidenti debilitate. Postridiè rediit Paroxysmus hora 11. pomeridiana, vix per bihorium durans, calore febrili admodum remisso. Die itaqve qvietis has pilulas ex meo Consilio devoravit.

℞. *Extr. cathol. nostr. descript.* gr. vj.
Diagrid. Sulph. gr. iij.
Gumm. d. Peru.
Resin. Scamm. ana gr. ii.
Ol. anis.
fænic. ana gutt. j.
M. F. Pilul. cum *arcan. tart. q. s.* Nro. viij. *asperg. pulv. glycyrrh.*
S. Purgier Pillen.

Qvarum ope sexies alvus soluta fuit, eductis liqvidis, biliosis & ichorosis malè olentibus cum magno juvamine, sic ut imposterum ab omni insultu febrili liber factus fuerit.

OBSERVATIO & *CURATIO LXVII.*

DE FEBRE INTERmittente.

Andreas Scholtzius, S. S. Theolog. Studiosus, & Pædagogus filiorum Dn. Præfecti Heldrungensis, febre tertiana inter-

intermittente, à qva tamen mea opera (favente Deo) octidui ſpatio iterum liberabatur perfectiſſimè ſeqventi methodo Curationis inſtituta. Poſt ſecundum enim paroxyſmum ad eum vocatus ilico, qvo die liber erat à febris inſultu, circa horam 7. antemeridianam Venam dextri brachii illi ſecari juſſi, eductis ℥vij. ſangvinis craſſi admodum nigricantis ac aduſti. Seqventi die levem tantum horrorem cum ſubſeqventi exiguo calore paſſus eſt. Poſtridiè, hoc purgans eidem obtuli.

℞. *Radic. cichor.*
polypod.
Centaur. ana ʒiß.
Herb. cuſcut.
Flor. cichor.
centaur. minor. ana Pj.
Fol. Sen. Al. ʒiiß.
Rhab. ℈iiß.
Sem. aniſ. ʒj.
Infundantur per noctem in ſ. q. Aqv. centaur. minor. Manè factâ leni ebullitione exprim. fortit. & colentur colat. hujus.

℞. ʒiß. *add.*
Syrup. roſat. Laxativ. ʒß.
Extract. mechaac. compoſ. gran. viij.
Sal. Tart. Vitriolat. gr. xv.
Spirit. Vitrioli gutt. v.
Miſc. pro potiuncula.

Septies inde purgabatur, ſed citra Virium dejectionem, eductis multis bilioſis ac ſeroſis exerementis.

Cum ſeqventi die iterum Febris expectabatur illa non rediit, qvemadmodum & impoſterum qvoqve nullum amplius veſtigium apparuit. Tandem ei præberi juſſi hanc potiunculam Diaphoreticam.

℞. *Aqv. cardbened.* ℥j.
ſcord.
fumar. ana ʒß.
Spirit. C. C.
Tartar.
Aqv. Theriac. camph. an. ℈j.
M. S. Schwitzwäſſerlein.

Sumſit manè in lecto, & benè inde ſudavit.

Sed qvod omiſeram, alternis diebus meo Conſilio ſemper utebatur Spirit. Vitrioli recti-

rectificat. cum Aq. Cardben. manè jejuno stomacho.

Atqve istis paucis remediis, paucorum, ut dixi, dierum spatio, integræ sanitati restitutus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXVIII.

DE FEBRE TERTIANA *intermittente simplici, quæ postea in duplicem transiit.*

QVidam Senator Heringensis, annos natus 38. constitutione corporis phlegmatica ac melancholica, incidit in febrem tertianam intermittentem simplicem. Usus fuit initio ex proprio consilio multis medicamentis ad febrem hanc abigendam, Venamqve & dextri brachii sibi incidendam curavit. Verùm cum incassum & absq; omni fructu, medicationem istam à se institutam fuisse videret, tandem me in consilium vocavit cum nimirum qvatuor jam septimanæ elapsæ essent. Ego in hunc modum curam institui.

℞. *Radic. Cichor.*
Centaur.
Fænic. ana ℥ iiß.
Herb. Agrimon.
Cuscut.
Ceterach. ana Mj.
Sem. anis. ℈ ij.
Fol. Sen. ℥ iij.
Rhabarb. ℥ j.

Infundantur per noct. in s. q. Aqv. cuscut. Manè facta lebullit. & express. colentur. Colatur hujus ℞. ℥ ij. add.
Mann. Calabrin, ℥ ß.
Sal. Chrystall. tart. gr. xv.
Spirit. vitrioli gutt. v.
Misc. pro potiuncula.

Sumsit hora matutina & sexies excrevit.

Ad profligandam sitim, qva nimium infestabatur, ordinavi hoc Julapium.

℞. *Radic. Storzon.* ℥ ß.
cichor. ℥ iß.

 Rasur.

Rasur. Ebor. ℈iiij.
Flor. rosar. rubr. minutiss. incisar. P.ß.
Coq. in s. q. aqv. s.
Colatur. ℥xviij.
add.
Syrup. ceras. nigr.
Rub. Idæi,
berber. ana ℥j.
Julap. rosat. ℥vj.
Aqv. cinamom. diaborrag. ℥ß.
Spirit. Vitrioli Mart. q. s. ad grat. acidit.

Misc. S. Kühl und Stärck-Julep.

Qvinto die ab initio meæ curæ, cum alvum constipatam haberet, obtuli ei hunc pulverem laxantem cum brodio prunorum dulcium.

℞. *Pulv. sen. Wierij* ℈ij.
Spec. diaturb. cum Rhab. ℈ß.
Diagrid. gr. iiij.
Gumm. gutt. gr. j.
Spirit. vitrioli gutt. ij.
Sacch. cand. ℈ß.

Misc. pro Pulvere. Seqventi die, qvo paroxysmus expectabatur, jussi ut hoc manè uteretur sudorifero.

℞ *Extr. Theriac.*
Sal. Chamom.
absinth.
Pulv. Diaphor. nostr. ana ℈ß.
Merc. Diaphor. solar. gr. ij.
Magist. perlar.
corall. ana gr. v.
Sacchar. rosar.
Syrup. acetos. citr. ana ℥ß.

Misc. Egregiè inde sudavit toto corpore per bihorium. Pręterea ordinavi ei hunc pulverem cruditates ac materias tartareas in ventriculo & intestinis absumentem.

℞. *Fol. cul. Radic.*
Aron. ℥iß.
Magist. tart. vitriolat.
Sal. absinth. ana ℈ij.
Ammon. ℥ß.
Sacchar. ℥ij.

Misc. Hujus usus sit cum Aqv. Cardbened. & Centaur. unà mixtis.

Qvibus rite usurpatis omnibus, vix elapsis qvatuordecim diebus liber à Febri evasit.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO LXIX.

DE QVARTANA INTERmittente.

CUjusdam Cancellarii uxor, natus annos sexaginta duos, per septem menses afficiebatur Febre Qvartana intermittente. Ad hanc depellendam & juvandam variis variorum auxiliis usus fuerat, sed in cassum omnia. Tandem nullis remediis proficientibus supervenit tumor lienis cum gravibus sinistri hypochondrii punctionibus ac respiratione impedita, unde de graviori malo metuens, me postremo in Consilium vocavit. Ego explorato illo tumore, diligenterqve omnibus consideratis, prædixi scirrhum & tandem Hydropem inde subsecuturum, in actutum malo huic præsenti gladio Medico fortiter obviam iretur. Cum itaqve illa meæ sese committeret curæ, hoc decoctum aperiens ordinavi.

℞. *Rad. polypod.* ℥j.
Fœnic.
Asparag. ana ℥ſ.
Cort. rad. Cappar.
Tamarisc.
Fraxin. ana ℥ij.
Herb. Fum. Mſ.
Eupat.
Scolopend. ana Mj.
Ceterach.
Epithym. ana Pj.
Flor. centaur.
genist.
Anth.
Summ. lupul. ana Mſ.
Fol. Sen. mundat. ℥iſ.
Rhabarb. ℥ſ.
Cort. Hellebor. nigr. ʒij.
Sem. anis. ʒij.
Cinamomi acut. ʒiſ.

Incidantur minutim omnia, & hisce venter galli veteris exenteratus infarciatur, coqvanturqve superaffusa ſ. q. Aqvæ usqve ad mollitiem Carnis. Postea inter duos orbes fortiter exprimantur omnia, colentur

lentur per pannum lineum mundum & reserventur. De hac decoctione qvotidiè duabus horis ante prandium cyathum parvum calidè ebibebat, idq; per octiduum, admiscendo semper cuilibet potioni, de subscribendis salibus ℈j.

℞. *Magist. Tart. vitriol.*
Sal. Tart. Chryst. ana ʒj.
Sal. Fraxin. ℈ij.
Misc.

Sed & latus sinistrum, seu regionem Lienis inungebat qvotidiè hoc Ungvento.

℞. *Medull. crur. vitul.*
Pingved. anat. ana ʒj.
Ol. Cappar.
Rutac.
Lilior. ana ʒß.
Gumm. Ammon. in acet. dest. dissol. ana ʒiij.
Ol. dest. ammon. ℈j.
Pulv. Cort. cappar.
Ceterach. ana ʒß.
Mosch. opt. gr. vj.
Misc. F. Ungventum.

Egregiè hæc omnia profuerunt, ex hausto enim superiore decocto paroxysmus, qvi nullâ arte ac ingenio hactenus evinci ac profligari poterat, sed semper rediens, miserè corpus affligebat, jam tandem duabus vicibus ac in totum cessabat. Unde ego pro eradicandis ac exstirpandis, si qva forte in corporis intimis recessibus adhuc latitarent, morbi reliqviis, obtuli ei hanc mixturam.

℞. *Sal. vitriol. Angel. Sal.* ℈ß.
Conserv. rosar. ʒvj.
Oxymell. helleborat. q. s.
F. Mixtura.

Capiebat circa nonam matutinam, superbibendo paulo post parum brodii gallinæ, unde qvater evomuit biliosa ac pituitosa, & ter copiosissimè liqvida multa dejecit citra ullam virium jacturam. Atqve hisce paucis præsidiis à molesta & fastidiosa illa semestri Qvartana, spatio qvatuordecim dierum à me, Deo conatum meum prosperante, tandem illa liberata fuit.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO LXX.

DE QVARTANA INTERmittente.

VIr qvidam Rusticus, nomine Andreas Rothe/ in pago Horle/ qvinqvagenarius, per 9. mẽses laborabat febre qvartana biliosa intermittente, cum tensione & pungitivo qvodam dolore in sinistro hypochondrio sub coctis mendosis, nec non difficultate qvadam respirandi, ac atrophia seu marcore totius corporis. Is cum per aliqvot dies usus fuisset hoc decocto, sibià me præscripto, tandem ab hac febre perfectè liberatus fuit, ut ulterioribus remediis opus non habuerit.

℞. *Tartar. alb.* ℥iß.
Radic. polypod.
cichor. ana ℥j.
Herb. cochlear.
Fumar.
Scolopend. ana Mj.
Capill. veneris,
Agrimon.
Cichor. ana Mß.
Flor. cichor.
centaur.
Genist. ana Pj.
Sem. Aqvileg. ʒij.
Fol. Sen. mund. ℥j.
Cort. radic. Helleb. præp. ʒij.

Incidantur minutim omnia, & incoqvantur in cerevisia communi, vase benè operto & lutato supernè ne qvid exspiret. Dosis Cyathus unus.

OBSERVATIO & CURATIO LXXI.

DE QVARTANA INTERmittente.

ALbertus Waldmann/ Oënopola Stolbergensis, Vir qvinqvaginta annorum, per 13. Septimanas conflictabatur Febre Qvartana Melancholica intermittente, comi-

comitabantur hanc febrim atrophia qvædam Scorbutica, pedum dolor ac lassitudo ulcerosa, difficultas respirandi, dejecta appetentia, ac nausea omnium ciborum, sudor nocturnus fætidus, & sinistri hypochondrii tumor ac tensio. Ego consultus cum non parum suspicarer, qvartanam hanc complicari cum Scorbutica affectione, cujus non obscuræ aderant notæ idcirco seqventem Nodulum recipientem appropriata Scorbutica unaqve lienem obstructum aperientia ei ordinavi.

℞. *Tart. alb.* ℥iß.
Rad. polypod.
Helen. ana ℥vj.
Cort. cappar. ℥ß.
Herb. cochlear.
Beccab. ana Mj.
Scolopendr.
Fumar. ana Mß.
Flor. genist.
Centaur.
Epithym. ana Pj.
Sem. Aqvileg.
Cochlear. ana ℥ij.
Fol. Sen. Alex. ℥j.
Rhab. El. ℥ij.
Rad. Helleb. præp. prius seorsim in aq. calid. coct. ℈iiij.
Sem. anis. ℥ij.

Incidantur minutim & includantur Nodulo serico.

Hunc nodulum imponebat Vino optimo absinthiaco, & de hoc cyathum unum in prandio epotabat, cum continuatione octo dierum. Ab hujus usu nonnihil melius habuit febre facta remissiore, ac symptomatibus magna ex parte mitigatis. Verum cùm ulterius progressurus ipsi præscribere vellem, qvæ ad perfectam & absolutam morbi hujus curationem facerent, ipse autem ad omnia qvæ in pharmacopolio parantur nausearet, idcirco invitus qvasi telam medicationis meæ hic abrumpere coactus fui, naturæ qvod reliqvum erat, curandum relinqvens.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO LXXII.

DE FEBRE QVARTANA *simplici.*

CUjusdam Consulis Bleichenrodensis Filius 16. annorum natus, circa initium Veris incidit in febrem qvartanam simplicem intermittentem. Et jam qvatuor sustinuerat paroxysmos, postqvam ego ad illum vocarer. Ego initio seqvens digestivum atqve aperitivum ei destinavi.

℞. *Syrup. d. 5. Radic.*
Fumar. ana ℥iſ.
Extr. Splenet. n. descr. ʒj.
polypod. ʒſ.
Spirit. Tartar. ʒj.
vitriol. ʒſ.
Aqv. Fumar. ℥iſ.

Misc. Dos. cochlear. 1. qvotidiè nimir. bis. Cùm per triduum id absumsisset, præparatis nunc viis, & incisis crassis ac tenacibus humoribus, ad eorundem expurgationem descendi hoc modo.

℞. *Rad. Fœnic.*
Cichor. ana ʒj.
Herb. Cuscut.
Epithym. ana ʒj.
Summit. Fum. P j.
Fol. Sen. ʒiſ.
Rhabarb. ʒj.
Spic. Indic. ℈ſ.
Infund. per noct. in Aqv. Cardbened. Colat. manè ℞. ℥iſ.
Syrup. rosat. solut. ʒiij.
Extr. Panchymag. gr. xxij.
Cremor. tart. ℈j.
Spirit. vitriol. gutt. ij.
Misc. F. Potiuncula.

Ter fuit inde evacuatus. Eodem die rediit post hora 2. pomerid. febrilis insultus durans usqv ad 5. Vespertinam. Interea cessatum fuit à medicamentis usqve ad illum diem, qvo iterum febris expectabatur, in qvo manè hoc sudoriferum sumsit.

℞. *Aqv. Fumar.* ℥vi.

Spirit.

Spirit. cardbened. ℥ij.
Tart. ℥j.
C. C. ust. præp. ℈j.
Sal. absinth. cryst gr. xv.
Syrup. acetos. citr. ℥iij.
Misc. pro potione sudorifera.

Copiosè per duas horas inde sudavit. Tertio die post aliud purgans illi decrevi.

℞. *Radic. polypod.* ℥iij.
Cortic. rad. cappar.
Tamaris. ana ℈ij.
Fol. cardbened. Mj.
Cuscut. Pj.
Scolopend. ℥ij.
Rhabarb. ℈iiij.
Sem. anis.
Fænic. ana ℥ß.
Cinamomi ℈j.
Infundantur per noctem in Aq. Centaur. manè Colat. ℥iß. add.
Syrup. d. 5. rad. ℥iij.
Extract. panchym. gr. xxvj.
Magist. Tart. Vitriolat. ℈j.
Misc. pro potione. Sumsit qvidem manè istam potionē, sed ilico sumtam vomitione rejecit, ita ut inanis fuerit ejus & præparatio & exhibitio. Rediit eo die febrilis insultus hor. 5. vespertina durans ad 8. usqve. Alter qvi hunc insecutus est incepit à 2. vespertin. & duravit ad mediam decimam usqve. Et cum abhorreret à potionibus Catharticis, dedi ei hunc pulverem.

℞. *Pulv. Arann. præp.* ℥ij.
Cryſtall. Tartar. ℈ij.
Tart. Vitriolat. gr. xv.
Ol. absinth. gutt. ij.
Misc. F. pulvis.

Verùm nec hunc pulverem sumere volebat, abhorrens posthac ab omnibus medicamentis, unde à Curatione destiti.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIII.

DE HYDROPE.

Vetula qvędam septuaginta annorum, in oppido Kelbra Hydrope laborabat. Crura

Crura enim & abdomen ad præcordia usqve illi valdè erant tumida, dolorem habebat fixum cum gravitate qvadam & tensione in dextro hypochondrio, parum qvoqve dormiebat, comedebat, multum tamen potans. Rogatus igitur Consilium dedi, & hanc decoctionem ei præscripsi.

℞. *Rad. Ireos,*
Curcum. ana ℥j.
Bryon. ℥ß.
Herb. Agrim.
Marrub.
Gent. ana Mij.
Herb. absinth.
Flor. centaur.
Ebul. ana Mj.
Soldanell. Pj.
Bacc. Junip. ℥j.
Fol. Sen. ℥j.

Incidantur minutim & coq. cum Vino bono in olla benè supernè lutata, ne qvid expiret, postea qvando refrixerint percolentur & serventur ad usum. Dosis ℥iiij. qvotidiè bis.

Cruribus tumefactis imponebat hunc sacculum calefactum.

℞. *Herb. absinth.* Mij.
Flor. Chamom. Miß.
Sem. Cymin. ℥ß.
Sal. torrefact. Mij.
Incisis omnibus f. sacculus.

Hæc omnia proficua fuerunt, repressa enim gravitas & tensio in dextro hypochondrio, & tumor paulatim discussus, ita, ut post qvatuor septimanarum spacium rectè iterum sese habuerit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIV.

DE HYDROPE.

Lanio Hatzgerodensis annorum 67, per duos menses Hydrope affectus est, crura enim & Venter ad præcordia usqve valdè ei intumerant, cæteris corporis partibus macilentis & excarnibus existentibus, & de dolore, gravitate atq; tensione dextri hypochondrii potissimum qverebatur. Usus

fuerat initio Consilio cujusdam Medici aulici, qvi pulverem qvendam purgantem & Conditum Epaticum illi præscripserat; Verùm cùm inde nullum juvamentum persentiret, tumorq; indies magisq; augesceret, placuit illi & meâ operâ uti, qvam qvidem lubens illi addixi, sic curam instituens.

℞. *Radic. Ireos,*
Curcum. ana ℥vj.
Tartar. alb. ℥iß.
Herb. Gratiol.
Soldanell.
Flor. centaur.
Sambuc. ana Mj.
Persic. Pj.
Sem. Ebul. ℥ij.
anis. ℥iß.
Rhabarb. opt. ℥ß.
Cinamomi ℥j.

Incidantur minutim & ligentur in Nodulo.

De hoc Nodulo, imposito Vino Absinthiti, qvotidiè parùm bibebat, idqve per plures dies. Singulis qvoqve diebus circa horam 4. Vespertinam ʒß. vel circiter de seq. pulvere Epatico cum pauxillo Vini Rhenani capiebat.

℞. *Trochisc. d. Lacc.*
Rhabarb. ana ʒiß.
Fecul. Rad. Bryon. ʒj.
Curcum.
Asar. ana ℈ij.
Soldanell. ʒß.
Sal. absinth.
Magist. Tart. vitriolat. ℈iiiß.
cinamomi ℈ij.
Macis ʒß.
Sacch. Rosat. tabulat. ℥i.

Misc. F. pulvis tenuissimus irroreturqve gutt. xv. Spirit. Salis.

Pedibus & Cruribus tumentibus imponebat sacculos ex Absinth. Calam. Sale torrefactis, milio &c. concinnatos.

Atqve ita spatio qvatuor septimanarum ægeriste, de cujus salute omnes propemodum desperaverant, Dei medicationem hanc fortunantis, benignitate, pristinæ integritati restitutus fuit.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO LXXV.

DE DISPOSITIONE QVAdam hydropica.

Nicolaus Tiehle/Faber Bombardarius Ermeslebiæ degens, ventrem habebat tumidum, ut & pedes, interno calore ac siti affligebatur, appetitu adhuc integro existente. Hic cùm per alios qvos ad me ablegaverat, consilium meum expetiisset, illi seqvens ordinavi decoctum, qvo postea comperi eum plurimum juvatum fuisse, ita ut ad opificium suum redire potuerit.

℞. *Radic. cichor.* ℥j.
Fænic.
Asparag.
Apij,
Petrosel. ana ℥ſ.
Herb. Eupator.
cichor.
Capill. veneris,
Veron. ana Mj.
Flor. Persicor.
Sambuc.
Genist. ana Pj.
Tartar. alb. ℥iſ.
Fol. Sen. ℥j.
Cort. Ellebor. nigr. præp. ℥iß.
Sem. Fænic.
Anis. ana ℥j.
Zingib. ℈ij.

Incisa coqvantur in Vino Absinthite, olla tecta, ne qvid Vaporum pereat. Postea qvotidiè duabus horis ante prandium haustum unum de hoc decocto ebibat. Alternis qvoqve diebus manè jussi eum sumere Spiritus Vitrioli guttas 9. ex jusculo carnis. Item epoto decocto, sudorem prolicuit cum Rob Sambucino dissoluto in Aqva Carduibenedicti. Qvod cum fecisset egregiè inde levatus fuit, adeo ut aliis remediis nō indigeret.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVI.

DE DISPOSITIONE HYdropica.

Domini Georgii Wölneri Consulis Reipl. Stolbergensis, filia natu media, annorum tredecim, antea correpta erat febre tertiana simplici, à qva tamen nunc liberata fuit. Ab hac autem paulò post in dispositionem qvandam Hydropicam illa incidit, cujus origo inde nata, qvod (ut retulere parentes) febre adhuc detenta puella, noctu sæpè surgens, sub specie oris colluitionis, ingentem Aqvæ frigidæ copiam ingurgitaverat; unde paulatim illi cæpit venter intumescere, & non solùm hic, verùm etiam facies ipsa, ac Crura in tumorem attollebantur, manifestum. Accedebat & tussis continua sicca, ac magna anhelitus difficultas, cum gravitate ac tensione dextri Hypochondrii, nec non appetitus prostratione ac siti modica. Puellam itaqve hanc rogatu parentis arte meâ adjuturus, initio præscripsi ei hunc Nodulum aperientem Epatis ac Meseræi obstructionem, ac leviter pituitosam ac aqvosam materiam educentem. Imponebat autem Nodulum hunc mensuræ Vini Absinthitis boni, & de eo qvotidiè horâ unâ ante prandium haustum unum habebat, idqve continuando per integrum octiduum.

℞. *Radic. Fænic.*
Ireos ana ℥ß.
Asparag. ʒij.
Herb. Eupator.
Marrub. ana Mj.
Flor. centaur. minor.
Ebul. ana Pj.
Soldonell. ʒiß.
Sem. aqvileg.
anis. ana ʒij.
Rhabarb. opt. ʒiiß.
Agaric. ʒj.
Spic. Indic.
Zingib. ana ℈j.

Incidantur minutim, & irrorentur prius Spiritus Vitrioli gutt. xv. Postea includantur Nodulo ex Syndone.

Ab usu Noduli istius, interdum

terdum bis, interdum semel in die alvus blandè illi solvebatur. Sed & qvotidiè circa horam qvintam antemeridianam, de hac Mixtura aperitiva Cochleare unum capiebat.

℞. *Syrup. de 5 ℞ Radicib.*
Eupat. ana ℥iiß.
Extr. junip. ʒj.
Ireos Florent. ℈ij.
Magister. Tartar.
Vitriolat. ℈ij.
Sal. absinth.
Lapid. prunell. ana ʒß.
Spiritus Vitrioli ana gutt. xij.
Misc.

Et hisce auxiliis tandem integræ sanitati est restituta.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVII.

DE DISPOSITIONE HYdropica.

Vir qvidam sexagenarius, qui victum triturando sibi comparabat, in Xenodochio Stolbergensi nomine Hanß Rump / ea Hydropis specie, qvæ Ascites dicitur, laborabat cum dolore & gravitate dextri hypochondrii, nausea ciborum, difficili anhelitu, tussi ac siti pauca. Huic præscripsi seqventem decoctionem deoppilantem.

℞. *Radic. Ireos* ℥iß.
Fænic.
Asparag. ana ʒvj.
Herb. absinth.
Capill. vener.
Ebul.
Marrub ana Mj.
Gratiol.
Soldanell.
Flor. Sambuc.
Genist. ana Pj.
Sem. Ebul. ʒiij.
Tartar. alb. ʒj.
Baccar. juniper. Mj.
Esul. præp.
Cortic. Hellebor. nigr. præp. ana ʒij.

Sem. anis. ℥ij.
Zingib. ℥j.

Omnia minutim incidantur, ac póstea Vino incoqvantur, olla supernè luto probè munita, ne qvid Vaporum pereat, postea expressis herbis, decoctum usui reservetur. Dosis ℥iiiß singulo manè.

Absumta hac decoctione, sudorem provocet binis distinctis vicibus seqventi.

℞. *Spirit. Theriac.*
camphor.
Tartar.
Cardbened.
absinth. ana ℥ß.
Sal. absinth.
cardbened. ana ℈ß.

Misc. Divid. in duas partes æqvales, & qvælibet pars detur in Aqv. sambuc. ℥iij. horis matutinis.

Capiebat & qvotidiè ad reserandas obstructiones, & robur afflandum Epati de hoc pulvere.

℞. *Tartar. alb.* ℥ij.
Facul. Rad. Ireos,
Bryon. ana ℥iß.
Pulv. absinth.
Spec. diacurc. ana ℥j.
Trochisc. d. Eupat. ℈ij.
Soldanell. ℥ß.

Pulverisentur omnia & misceantur.

Inde convaluit.

OBSERVATIO & CURAT. LXXVIII.

DE DISPOSITIONE AD hydropem.

Christophorus Urban/ sartoriam exercens artem in pago Roßla/ me accessit, conqvestusqve de abdominis ac pedum intumescentia insigni, difficultate anhelitus ac tussi, meum rogavit consilium. Ego cùm viderem, hæc esse incipientis Hydropiæ affectionis signa, idcirco præscripsi talia qvæ hujus morbi sunt propria: Referebat autem ille se prius scabie totius Corporis laboràsse, à qva ut liberaretur,

nescio

nescio qvid ungventi ab aliis sibi traditi adhibuisse, qvo facto ut paucis qvidem diebus scabiem omnem depulerit; verùm ab ejus depulsione nunc gravius ac periculosius longè malum sibi accersiverit. Cùm igitur nunc meum auxilium imploraret, idcirco tale decoctum aperiens & evacuans simul illi præscripsi.

℞. *Radic. Ireos,*
asparag.
fœnic.
curcum.
cichor. ana ℥j.
Herb. absinth.
centaur. min.
Eupator. ana Mj.
Flor. Sambuc.
Ebul. ana M℞.
Bacc. Junip. Mj.
Cort. Radic. Hell. nigr. ℥℞.
Sem. anis. ℥iij.
Incidantur & coq. c. s. Cerevisiæ communis. Decoctum reservetur.

Et cùm per octiduum de hoc bibisset, tandem serosos & aqveos humores evacuavi, hac potiuncula Emetica.

℞. *Sal. vitriol. alb.* ℈℞. gr. v.
Aqv. aneth.
raphan. ana ℥i℞.
Oxysacch. scyllit. ℥℞.
Misc. F. Potiuncula Emetica.

Unde rectius imposterum habuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIX.

DE TYMPANITIDE.

Puer qvidam 7. annorũ, Ventrem admodum tumidum habebat, & extensum instar tympani, qvi percussus sonum edebat, membris Corporis externis valdè marcescentibus. Facies qvoqve ei valdè intumucerat, ac tussi sicca continua affligebatur. Species hæc erat hydropis, qvam Tympanitidem Græci vocant, à qva auxilian-

xiliante Deo, operâ meâ puerulus iste iterum liberabatur, ac pristino Corporis vigore restituebatur seqventibus remediis.

℞. *Radic. curcum.*
fænic.
Ireos ana ℥ſ.
Herb. Marrub.
Agrimon.
Gratiol. ana Mj.
Capill vener. Mſ.
Flor. genist.
centaur. ana Pj.
Sem. anis. ʒiiſ.
Tartar. alb. ℥ſ.
Agaric.
Rhabarb. ana ʒiſ.
Cinamomi acut. ʒj.

Ex omnibus hisce minutim incisis paretur Nodulus. De hoc indito prius Vino Absinthiti qvotidiè haustum unum tempore prandii bibebat.

Postea altero qvoqve die capiebat manè ex brodio gallinæ gutt. iiij. Spiritus Salis. In cibis verò freqventer ei dabatur parum de semine Cymini pulverisato.

OBSERVATIO & CURATIO LXXX.

DE PEDUM INTUMEscentia ac corporis cachexia.

Rusticus qvidam in pago Hartzungen / triturando victum sibi comparans, conqvestus de inflatione abdominis gravitate dextri lateris, appetentia prostrata, difficili respiratione ac pedum intumescentia, ad me vicinum qvendam suum consilii causa ablegavit. Ego ex enarratis accedentibus de Cachexia totius Corporis, obstructioneq; principalium Viscerum conjectans, initio hoc decoctum cum pauper esset, illi præscripsi.

℞. *Radic. bryon.*
Ireos,
Asparag.
Fænic.
Enul. ana ℥ſ.
Herb. absinth.
Baccar. Junip. ana Mj.

Incisa

Incisa minutim coq. in cerevisia communi. De hoc decocto qvotidiè manè unum cyathum calidè ebibebat idq; per octiduum.

Sed & circa horam 5. vespertinam simul de hoc pulvere ʒß. vel ℈ij. circiter ex aqv. Veron. capiebat.

℞. *Radic. curc.* ʒiß.
Absinth. sicc.
Flor. Persicor.
Sambuc.
Genist. ana ℈ij.
Tartar. alb. communis ʒj.

Pulverisentur subtilissimè & misceantur. Rectius inde hunc ægrotum habuisse, paulò post cognovi à vicinis.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXI.

DE TYMPANITIDE.

Cujusdam Textoris Stolbergensis Uxor, me accessit, filiolũq; suum trimulum una adduxit, Tympanitide laborantem. Venter enim ex flatulenta materia adeo ei induruerat, ut percussus Tympani sonum edebat. Appetitus erat dejectus cum torminibus intestinorum, & membrorum seu artuum insigni *ἀτροφίᾳ*. Rogatus itaqve ut illum curandum susciperem, primò omnium, cum astrictionis esset alvi, seq. Clysterem injici jussi.

℞. *Rad. alth.* ʒß.
Fœnic.
aspar. ana ʒij.
Fol. Malv.
absinth.
Rut. ana Mj.
Flor. Chamom. Piß.
melilot.
aneth. ana Pj.
Baccar. junip. ʒvj.
Sem. Lin.
Fœnugr. ana ʒiiß.

Coqv. in aqv. commun. pro ʒv. In Colat. dissolv.
Diacathol. ʒiß.
Elect. de Bacc. laur. ʒj.
Ol. chamom. ʒj.

Mell. rosat. colat. ℥ſ.
Sacch. rub. ℥j.
Misc. F. Clyster.

Capiebat postea qvotidiè bis de seq. mixtura Cochlear. j.

℞. *Syrup. de Eupat.* ℥v.
Extr. gran. Junip. ʒij.
calam. arom. ʒj.
Aqv. cinamomi ℥j.
Spirit. diacym. ʒj.
Ol. anis. gutt. v.
Misc.

Ad majorem verò dissipationem flatuum, dolorumqve intestina lancinantium lenitionem seqvens Sacculus calefactus Ventri appositus est.

℞. *Fol. rutæ*,
Origan.
absinth.
Flor. chamom. ana Mſ.
Bacc. laur. ʒij.
Semin. Cymin. ʒiſ.
Ex incisis & contusis minutim omnibus F. Sacculus.

Hisce medicamentis ritè usurpatis DEI benignitate, pristinæ sanitati per me restitutus fuit.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXII.

DE TUMORE PEDUM.

Minister qvidam Typographicus, constitutione Corporis satis valida, utrumqve Crurum Tumorem affectum habebat, unà cum Scabie ac pustulis valdè prurientibus, adeò ut difficulter incederet. Huic cum meum rogaret Consilium seq. decoctum ordinavi, sangvinem mundificans, & acrimoniam humorum contemperans.

℞. *Radic. Polyp.*
cichor. ana ℥ij.
Herb. Fumar.
Lupulor.
Cuscut.
Capill. vener. ana Mj.
Flor. Sambuc.
Genist.
cichor. ana Mſ.
Tartar. alb. ℥j.
Fol. Sen. ℥ij.

Agn-

Agaric. ℥ iß.
Sem. anis. ℥ ij.

Incisa coqvantur in cerevisia, ita tamen ne qvid exhalationum pereat. Postea herbæ per linteum fortiter exprimantur & decoctum coletur.

De hoc cyathum parvum qvotidiè manè capiebat, instillando subinde de Spirit. Vitrioli gutt. v. Continuetur per octiduum. Exhausto hoc decocto Sangvinem illi per phlebotomiam è basilica dextri brachii eduxi, unde seqventibus diebus egregiè habuit detumescentibus pedibus & pustulis, Scabieq; arescentibus & decidentibus. Tandem pro Colophone ei insuper hoc dedi Sudoriferum.

℞. *Theriac.* ℨ ß.
Extract. lign. sanct. ℈ ß.
Sal. absinth.
fumar. ana gr. v.
Conserv. borrag. ℨ ß.
Misc. S. Schwitz Zucker auff einmal.

Atqve sic à gravissimis hisce accidentibus tandem favore Numinis, pristinæ Corporis incolumitati restitutus est.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIII.

DE INFLAMMATIONE epatis & mesenterij obstructione.

Cleman Becherer / Minister aulæ nostræ, cùm mitteretur *Wernigerodam* & rediret, retulit ille (fortasse ex nimia potione cerevisiæ albæ (qvod genus potus nostrates vocant Brühan/) qvâ mire delectabatur, qvandam inflammationem Epatis cum obstructione Mesenterii, Tussi ferina (Franci vocant Schaffhusten/) insigni capitis dolore. Præscripsi.

℞. *Decoct. aperit. alt. fact. in Aqv. endiv. & cichor.* ℥ iiiß.
Syrup. de cichor. s.
endiv.
Oxym. s. ana ℥ ß.

Spirit. Vitrioli. gutt. iij.

F. Haustus digestivus. Et qvia respueret purgationem præscripsi,

℞. *Rosar. rub. minut. concis.* ℥i.

Infund. in Aqv. fonr. calid. ℥xiiij. add. Spirit. Vitrioli gutt. xxxj. Stent ita in loco calido per horas iij. ad extractionem Tincturæ. Hanc edulcora Sacch. alb. ℥iß.

D. S. Julep.

Ad Tussim.

℞. *Spec. diatrag. frigid.* ℨij.
diair. simpl. ℨi.
Syrup. capill. vener. ℥ij.
violar. ℥iß.
Mell. ℨiij.
Loch. san. & exp. ℨvj.
Conserv. violar. ℨß.

Misc. F. instar Eclegm. detur convenienter.

℞. *Conserv. citr. ex toto* ℥iß.
cortic. citr. condit.
arant. ana ℨvj.
carn. citr.
rosar.
violar.
borrag. ana ℥j.
Syrup. Ribium.
berber.
acetos. citr. ana q. s.

F. Mixtur. D. S. Latwerge.

℞. *Aqv. cichor.* ℥v.
endiv.
borrag.
rosar.
lactuc. ana ℥iß.
Syrup. acet. s.
de cichor.
endiv.
Oxymell. comp. ana ℨß.
Rub. Idæi ℨv.
Spirit. vitriol. q. s. ad gratam aciditatem.
Aqv. Cinamomi ℨß.

Misc. S. Julep.

Jam nunc petiit purgationem, qvæ seqvens erat.

℞. *Decoct. aper. alt. fact. cum fol. sen. s. s.* ℈ij. ℥iij.
Infunde per noctem.
Rhabarb. el. ℈iiß.
Agar. troch. ℈iß.
Spic. Indic.
Cinamomi el. ana gr. vj.

Adde

Adde Spirit. Salis gutt. iiij.
Manè factâ expreſs. F. Colatur. add.
Electuar. de ſucc. Roſ. ℥iiſ.
diaph. ℈ij.
diaprun. lenit ℥iij.
Syrup. roſat. ſolut. ℥ſ.
de corticib. citr. ℥iij.
M. F. Hauſtus.

Ad Tuſſim hoc.

℞ *Loch. ſan. & exp.* ℥j.
paſſul.
de pulm. vulp. ana ℥ſ.
papav. ℥vj.
Conſerv. violar.
borrag. ana ℥ſ.
Spec. diayr. ſ.
trag. frig. ana ℨiſ.
Flor ſulphur. ℨſ.
Ol. aniſ. gutt. viij.
Balſam. ſulphuris gutt. xiij.
Syrup. violar.
de Glycyrrh. ana ℥x.

Miſc. F. Electuarium. D. S. Bruſtlatwerga.

Convaluit DEI gratia, qvamvis à multis pro Phthiſico & deſperato ægroto haberetur.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIV.

DE GONORRHÆA.

GOnorrhæa, qvæ eſt profluvium ſeminis involuntarium citra pudendi tentiginem (Valeſcus de Taranta putat hunc affectum nomen trahere à Gomorrha Civitate propter ineptam ſeminis effuſionem, qvæ in iſta civitate fiebat,) qvod obiter hic notare volui, corripiebatur Juvenis natus annos viginti, homo robuſtus & plenus ſangvine, unde conjiciebam hoc fieri ex plenitudine ſeminis & multitudine ſangvinis: nam ejus Vires non debilitabantur neq; ejus Corpus extenuabatur. Ergo cùm me accederet petiturus conſilium, ſvaſi, ut aperiretur vena baſilica in dextro brachio, mitteret ſangvinem ad uncias novem, fugeret, qvæ ſangvinem augent, abſtineretqve à forma dormiendi ſupi-

ſupina & cogitationibus Venereis. E contrario verò teneret victus rationem tenuem exſiccatoriam & conſtringentem. Hoc facto præſcripſi.

℞. *Sem. portul.*
acetoſ.
plantag. ana ℈j.
Farin. gland. ℈ij.
C. C. philoſ. præp. ʒſ.
Magiſt. lapid. hæmat.
Corall. rubr. præp.
Sem. Rut.
agn. caſt. ana ℈ſ.
Trochiſc. de Carab.
Terr. ſigill. ana gr. xxv.
Nuc. moſchat. ℈ſ.
F. Pulvis. Doſis ʒſ.

Pro Lumbis.

℞. *Ungvent. roſar.* ʒj.
comitiſſ.
ſantalin. ana ʒvj.
F. Ungvent. qvo inungantur Lumbo.

Experientiſſimus ille Jonſtonius laudat pulverem oſſis ſepiæ cum Conſerva Roſarum, bis vel ter ſumptum. Hartmannus Tincturam Coralliorum, item ſeqventem pulverem.

℞. *Fol. menth.*
muimæ,
Corall.
Sem. agn. caſt.
Carabe ana ʒj.

F. pulv. qvi detur in ovo ſorbili. Qvibus omnibus in Praxi mea, DEO benedicente feliciter ſum uſus.

Qvæ ſi non juviſſent, conſuluiſſem ut hic juvenis matrimonium contraxiſſet, meliùs enim eſt nubere qvàm uri, teſte Paulo, qvo remedio à me per DEI gratiam multi ſunt curati.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXV.

DE GONORRHÆA VIrulenta.

Gonorrhæa eſt duplex, una ſimplex, de qva in præcedenti Curatione dictum eſt, altera vi-

ra virulenta, qvæ iis accidere solet, qvi Lue Venereâ infecti sunt, de qva jam nunc dicemus. Miles è bello in patriam rediens ad me venit, & confitetur se laborare Gonorrhæâ virulentâ; unde in emittenda urina magnos & ferè intolerabiles dolores & cruciatus perciperet, nesciens unde hoc accepisset. Petit ergò ut in hoc malo curando sibi meam operam non denegare vellem, promittens se hoc omni studio debitâ gratiâ & sostro largo compensaturum. Præscribo igitur seqventia.

℞. *Cremor. Tart.*
Tartar. vitriolat. ana ℥ß.
Lapid. prunell.
Sal. fraxin.
Card. bened.
gran. junip. ana gr. xv.
Misc. S. Weich Pulver auf zweymal.

℞. *Mercurij dulcis* ℈j.
vitæ ℈ß.
Extr. hellebor. nigr. gr. xxj.
Aloës gr. xv.
Panchymag. Croll. ℈ß.
Tartar. Vitriolat. ℈j.

F. Massa cum Syrup. diasceos & pilul. qvarum dosis gr. xij. Duabus dosibus usus fuit, qvibus alvus satis soluta fuit. Postea hæc ordinavi.

℞. *Rasur. lign. sanct.* ℔ß.
Cortic. ejusdem ℥ij.
Sassaparill.
Sassafr. ana ℥ß.
Radic. Chinæ ℥j.
Aqv. fontan. ℔viij.

Infunde per 24. horas, & coqve in olla nova vitreata, cooperta ad consumptionem medietatis pro sudorifero. Postea iterum coqve in ℔. vj. aqvæ hordei ad medietatem pro potu qvotidiano, cui addi possunt Uvæ passæ & paucum Cinamomum.

Primæ decoctionis dosis fuit manè bonus haustus, calidè assumendus: Item post meridiem 2. vel 3. horas ante Cœnam; de secũda autem decoctione patiens ad libitum bibit. Qvibus remediis hæc horrenda Lues fundamentaliter

liter curata est. In aliis præmissis præmittendis Spiritu Ligni Guajaci usus sum.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVI.

DE ASTHMATE.

Reverendus Dominus Magister Arnoldus Zeitfuchs/ Archidiaconus Stolbergensis, Anno 1644. conqveritur de Asthmate, qvo ita vehementer urgebatur, ut ferè suffocari videretur; Mittit igitur ad me Filium suum Christophorum, pro Patre petentem consilium auxiliumqve. Ego præscribo seqventia, qvorum usum valdè proficuum expertus est, & ita, ut elapso duodecim dierum spacio, DEO medicamentis benedicente, pristinam sanitatem plenariè adeptus fuerit.

℞. *Aqv. hyssop.*
Violar.
salv. ana ℥j.
Syrup. d. Glycyrrh.
hyssop. ana ℥ſ.
Cremor. Tart. ʒſ.
Misc. S. Weich Träncklein.

℞. *Pilul. d. agar.*
cochlear.
mastich. ana ℈ſ.
Extr. hermod.
mechoac. ana gr. v.
Trochisc. alhand. gr. j.
Ol. anis.
fænic. ana gutt. ij.
Fiant pilulæ Nro. ix. sumantur post mediam noctem.

Cùm respueret pilulas præscripsi seqventem pulverem.

℞. *Turpeth. opt.*
Radic. hermod. ana ℈ſ.
Rhabarb. gr. xiij.
Diagrid. gr. v.
Agaric. trochisc.
Spec. diamosch. dulc. gr. xj.
Misc. pro pulvere ad asthma.

℞. *Loch de pulm. vulp.* ℥iſ.
san. & expert.
pin. ana ℥ſ.

Pulv.

Pulv. Enul.
Ireos,
Gent. ana ʒß.
Cum Syrupo Violarum
& hyssop.
F. mixtura. Cum hæc non juvarent præscripsi.

℞. *Loch san. & expert.* ℥iiß.
Conserv. hyssop. ℥j.
Radic. enul. condit. ℥ß.
Ireos ʒij.
Sem. anis.
fænic. ana ʒj.
Flor. sulphur. ℈ij.
Zingib. condit. ʒvj.
F. Electuarium pectorale.

℞. *Ungvent. Dialth.*
Pingved. gall.
Ol. violar.
nenuph.
Lilior. alb. ana ℥ß.
chamom.
amygd. dulc. ana ʒij.
Butyri s. s. ℥ß.
Mucilag. sem. fænugr.
alth. ana ʒij.
Ceræ q. s.
F. Ungventum.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVII.

DE ASTHMATE.

Ecclesiastes alius nomine Johannes Wunder/ Vir sexaginta annorũ, incidit in Spirationem perdifficilem, cum tanta pectoris gravitate, ut ferme suffocaretur. Aderat qvoqve lassitudo totius corporis ac prostratus appetitus. Hunc paucorum dierum spatio pristinæ integritati virium, ac exoptatæ sanitati σὺν τῷ θεῷ restitui paucis hisce medicamentis.

℞. *Aqv. beton.*
salv.
Veron. ana ℥iß.
Syrup. Violar.
d. praß.
hyssop. ana ℥j.
Cremor. Tart. ʒß.
F. Mixtura.
S. Digestivum.

℞. *Extract. mechaac. simpl.*
agar.

agar. simpl. ana gr. viij.
Cremor. Tart. gr. xv.
Extract. Diagrid. gr. iiij.
Cinamomi gr. v.

F. pulvis.
S. Pulver in einer Brühe zu nehmen.

℞. *Loch san. & expert.*
de pulm. vulp. ana ℥iß.
pino ℥ß.
de glycyrrh. ℥j.
Radic. Enul. condit. & minutissimè contus. ℥iij.
Spec. diair. s. ℨiij.
Sem. fœnic.
anis. ana ℨß.
Flor. Sulphuris ℨj.
Cum Syrupo de hyssop.
F. Loch liqvidum.

℞. *Emplastr. d. meliloto,*
de chamomill. ana ℥j.
Ol. amygdalor. d.
Violar.
lilior. albor.
Butyri s. s. ana ℨvj.
Axung. gallin. ℨß.
Ol. destil. anisi,
fœnic.
hyssopi ana iiij.
Ceræ q. s.
F. Linimentum.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVIII.

DE ASTHMATE.

MAtrona nobilis nomine Anna Maria à Weidenbach / sexaginta annorum, cõqveritur de veteri Asthmate, ingenti tussi & incredibili pectoris compressione, qvam molestiam noctu plerunq; patiebatur. Ab hoc morbo cum liberari cuperet, meum consilium rogabat. Cui ego actutum opem fero per DEI gratiam hisce seqventibus medicamentis.

℞. *Syrup. Violar.*
de jejub.
capill. veneris. ana ℥i.
Aqv. salv.
hyssop.

Vio-

Violar. ana ℨj.
F. Digestivum.

℞. *Panchymag.*
Croll. gr. xviij.
Extract. agar. gr. x.
add.
Ol. anis.
fænic. ana gutt. ij.
F. Pil. Nro. vij.

℞. *Flor. Sulphuris* ℨij.
Extract. elen. ℈ij.
Sacchar. alb. in aqv. tussilag. dissolut. ℨiij.
Ol. anis. gutt. vj.
F. Rotulæ.

℞. *Ol. lilior. alb.*
amygd. dulc.
Violar. ana ℨj.
Ungvent. Dialth. ℨß.
Butyr. s. s. ℨx.
Axung. capon. gall. ana ℨß.
Balsam. Sulphur. gutt. vij.
Ol. anis.
fænic. ana gutt. v.
Ceræ parum.
F. Ungventum. S. Salbe zur Brust.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIX.

DE ASTHMATE.

Rusticus Ufftrungensis agrum suum colens diebus canicularibus in magno æstu bibit bonum aqvæ frigidissimæ haustum, qvi cum rure rediret domum, circa noctem sentit tantam pectoris adstrictionem & anhelitus difficultatem cum tussi ingenti, ut de vita sua planè desperaret. Vocatus igitur præscribo seqventia.

℞. *Syrup. Violar.*
hyssop.
de jejub.
Acet. sqvillitic. ana ℨß.
Aqv. hyssop. ℥j.
salv.
veron. ana ℥vj.
Cryståll. Tartar.
Cremor. Tart. ana ℈j.
Misc. S. Digestivum.

℞. *Decoct. aperit.* (*cum fol. sen. ana* ℥iſ.) ℥iij.
Tart. alb. vitr. ʒſ.
Infund. per noctem.
Agaric. ℈iiſ.
Rhabarb. ℈j.
Turpeth. opt. ℈ſ.
Spic. Indic. gr. viij.
Tartar. Vitriolat. gr. iij.
M. F. Colatur. & expreſs. add.
Elect: diaphænic. ʒſ.
de ſucc. roſar: ℈j.
Syrup. roſat. ſolut. ℥iſ.
Spirit. Vitrioli.
Ol. aniſ. gutt. ij.
S. gelinde Purgier Tränckleín.

℞. *Flor. Sulphuris* ℥iſ.
Spec. diapenid.
diapapa. ʒſ.
Pulver. gumm. benzoin. gr. v.
Sacchar. Cand. alb. ℥ij.
F. potio. S. Pulver Morgens unñ Abends ℥j zu genieſſen.

OBSERVATIO & CURATIO XC.
DE VIGILIIS QVINQVE Septimanarum.

MUlier qvædam circiter triginta annorum, Sartoris cujusdam Vidua, ex nimio luctu ac mærore ſuper obitu mariti ſui, per qvinqve ſeptimanas integras dormire non potuit, unde ſeqvebatur virium debilitas, cordis qvidam tremor, ac leve delirium melancholicum, ac erat periculum, ne in totam mentis alienationem incideret. Petitum igitur fuit à me, ut opera mea illi ſuccurrerem. Ego præſcribo illi ſeqventem emulſionem hypnoticam.

℞. *Dactylor.* Nro. v.
Cortic. mandrag. ʒſ.
Ebulliant in
Aqv. nymph.
lactuc. ana ℥x.
In his macera per horas 6.
Sem. papav. alb. ʒſ.
melon.
cucum.
citrull. excort. ana ℥ij.

Terantur in mortario lapideo, & exprimantur addendo

Con-

Confect. man. Christi ℥j.
Magister. corall. ʒß.

F. Emulsio; dosis cyathus unus hora somni.

Pedes qvoqve itura cubitum lavabat hac decoctione.

℞. *Herb. lactuc.*
violar.
Flor. cham.
melilot.
anethi,
nymph. ana Mj.
Capit. papav. albi Nro. xx.
Cort. mandrag. ʒß.

Incidantur grosso modo & coqv. aqvâ fontana.

Usurpatis his debito modo somnus rediit, mærore, melancholia & cæteris symptomatibus evanescentibus.

OBSERVATIO & CURATIO XCI.

DE PRURITU CORPORIS.

Civis Elricensis, Vir qvinqvaginta annorum, per menses duos pruritu totius corporis vexabatur maximè sub vesperam cubitum se recepturus; Qvi cum illi valde molestus esset, & propterea ab eo liberari cuperet; operam meam implorabat. Ego propino ei statim hoc evacuativum.

℞. *Fol. sen.* ʒij.
Agaric. trochisc. ʒiß.
Rhabarb. ʒß.
Sem. anis.
fænic. ana ℈j.
Macis gr. xj.

Infund. in s. q. decocti flor. & fruct. Manè factâ leni evacuatione & expressione Colatur. add.

Mann. calabr. ʒvj.
Cremor. Tart. ℈j.
Aqv. Cinamomi ʒiij.

F. Haustulus ad fictile.

Qvinqvies inde evacuatus fuit cum εὐφορίᾳ. Interposito die uno, dedi ei diaphoreticum hoc.

℞. *Aqv. fumar.* ℥j.
scord. ʒß.
Spirit. cardbened. ʒij.
Guajac. ℈j.

Misc.

Egregiè inde ſudavit. Poſtea adhuc aliam Purgationem (cùm pruritus nondum ceſſaret) ei exhibui.

℞. *Syrup. de qvinq. radic.*
poclychr.
fumar. ana ℥ſ.
Confect. hamech ℥ij.
diacath. ℥iij.
Syrup. de cort. citr. ℥ij.
Spirit. vitrioli gutt. iiij.
Aqv. fumar.
Endiv. ana ℥j.
cichor. ℥ſ.
M. F. potio. S. Purgier-Träncklein.

Hoc, seqv. die, dedi ſudoriferum iſtud.

℞. *Aqv. ſambuc.*
cardbened.
rutæ ana ℥ſ.
Syrup. de fumaria ℥vj.
Spirit. Guajac ℥ſ.
Extr. Theriac. ℈j.
Miſc. F. hauſtulus.

Qvibus medicamentis à pruriginoſa iſta affectione moleſta magis, qvàm periculoſa, feliciter curatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XCII.

DE EXPUITIONE Purulenta per os.

PRætor Saxvverffenſis, nomine Hattenhauer/ annorum 54. jam per tres ferè ſeptimanas purulenta multa per os ejecit, una cum difficultate reſpirandi tuſſi, laſſitudine omnium membrorum, dejecta appetentia, compreſſione & anguſtia circa præcordia. Uſus fuerat ante conſilio cujusdam Paracelſiſtæ Empirici, qvi exhibitis binis pillulis, procul dubio Mercurialibus, vel Antimonialibus, hominem ferè ad orcum præcipitaverat; Unde deteſtata Medicaſtri illius imperitia & audacia, meum Conſilium rogavit, qvod tum lubens illi communicavi jubens nimirum, ut per 14. dies ad minimum de hoc decocto biberet.

℞. *Radic. Helen.*

Tuſſi-

Tussilag. ana ℥j.
Liqvirit. ℥vj.
Heder. terrest.
Scabios. ana Mij.
Veron.
Tussilag.
Pulmon. ana Mj.
Tartar. alb. ℥j.
Agaric. ℥ij.

Hæc omnia minutim incisa & indita Ventri Galli antiqvi exenterati, super affusa s. q. Aqv. coq. tamdiu donec omnis caro ab ossibus abscedat. Exprime postea & cola. De hoc decocto qvotidiè bis ℥iij. pluris minusve bibebat, instillando semper in qvemlibet potum gutt. 9. de Balsamo Sulphuris. Hoc tandem ut postea comperi purulenta excretio cessavit, optimeq; imposterũ Vir ille se habuit.

OBSERVATIO & CURATIO XCIII.

DE OCULORUM RUbedine.

CUjusdam Textoris Stolbergensis filia 26. annorum, aut præter propter, oculum sinistrum rubedine affectum habebat, cum sangvineis maculis connjunctivæ inhærentibus. Usa est prius pro Capitis evacuatione pillulis aureis & Lucis. Postea seqv. Collyrium adhibui.

℞. *Aqv. rosar.*
plantag.
Euphrag.
fænic. ana ℥j.
Lapid. calamin. ℥ij.
Sieff. alb. ℈ij.
Marg. præp. ℈j.
Tut. præp. ℈j.
Camphor. gr. iij.
Misc. F. Collyrium liqvidum.

Hoc medicamento tantum effectum est, ut post 14. dierum spatium Numinis favore, ab oculorum rubedine salvus atqve incolumis evaserit.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO XCIV.

DE DOLORE COMPRESsivo ingenti circa præcordia, & difficultate deglutitionis.

VEtula qvædam, in Nosocomio Stolbergensi degens, jam per 9. menses conqvesta de ingenti dolore compressivo circa præcordia, meum Consilium petiit. Dolor autem hic Cardiaco dolori non erat absimilis, qvi ab ingesto cibo (qvem cum maxima difficultate se deglutire dicebat) semper exacerbabatur gravissimè, adeò ut qvasi præfocaretur, cogereturqve ilico assumpta esculenta per Vomitum regerere. Appetitus qvidem illi qvidem constabat optimè, non tamen propter illas molestias, qvæ ad sumtum cibum conseqvebâtur, audebat qvicqvam esculenti sumere. Unde cùm Corpus defraudabatur convenienti nutricatu, in maximam omnium Virium debilitatem incidit. Hæc igitur favente Numine his paucis præscriptis remediis, intra 14. dies pristinæ valetudini (qvæ mihi fore desperata videbatur) perfectè restituta fuit.

℞. *Conserv. Rosar.*
Vitriolat. ℥iß.
meliß. ana ℥ß.
Radic. acor. condit.
Zingib. Chinens. condit. ℥ij.
Extr. granor. Junip. ℥iß.
Cinamomi acut. ℥j.
Spec. dialang.
diacym. ana ℥ß.
Syrup. acetos. citr. &
Spirit. Vitrioli ana q. s. ad gratum acorem.
Misc. pro Condito.

De qvo singulo manè ad nucis juglandis magnitudinem capiebat.

Præcordia qvoq; circa qvæ dolor stabulabatur, jussi qvotidiè bis inungi seqv. Linimento.

℞. *Ol. nardin.*
Absinth. ana ℥j.

Ol.

Ol. dest. junip.
anis. ana ℈ij.
menth. ℈j.
Misc. invicem.

Dolor inde paulatim remisit, Vomitusqve cessavit, sicq; absq; omni difficultate postea cibum assumsit.

OBSERVATIO & CURATIO XCV.

DE AFFECTIONE HYSterica.

Qvædam vidua nomine N. Wölnerin / affligebatur qvibusdam symptomatibus hystericis. Qvippe sentiebat non modò inflationes & evaporationes, sed & rugitus ventris ac murmura, compressiones qvasdam circa præcordia, cardialgiam, qvandoq; cephalalgiam, appetitus depravationē vel potius diminutionē; membrorum lassitudinem &c.

Dedi morsulum purgativum.

℞. *Spec. diacarth.*
diaph. ana gr. xv.
diaturb. c. rhab. ʒß.
Extr. diagrid. gr. viij.
Gumm. gutt. gr. iiij.
Conserv. citr.
borrag.
Cortic. citr. minutiß. incis.
ana ℈j.
Sacchar. alb. diß. in
Aqv. rosar. ℥iß.
add.
Ol. citr.
anis.
cinamomi ana gutt. j.
F. Morsul. ponderis ʒß. pro Dosi.

Hinc secessus habuit septem & murmura sedata sunt. Verùm non omnino qviescentibus symptomatibus, adeoqve semper evaporante sursum utero: pro utero exterius jussi gestare seq. Emplastrum.

℞. *Emplastr. de bacc. lauri* ℥iß.
de Galban. ℥iiß.
Malax. Ol. Mastich. Rut. Induc alutæ superinduct. sindon. Interius.

 ℞. Eli-

℞. *Elixir. Propriet.* ℥ij.
Spirit. veneris ℈j.
Misc. S. Bitter Wässerlein.

Qvia verò hæc non profuerunt, mutavi medicamenta, & præscripsi seqventia.

℞. *Aqv. Vit. mulier.* ℥iij.
Cinamomi ℥j.
Elixir. mit. minor.
Qvercet. ℥ij.
Misc. S. Mutterwasser.

Et hisce remediis & medicamentis paucis operatum est, ut post octodecim dierum spatium, divini Numinis favore, in bonæ valetudinis portum incolumis evaserit.

OBSERVATIO & CURATIO XCVI.

DE PROLASU UTERI.

Catharina Uxor Tilonis, Heckellauer / Civis Northusani, jam per aliqvot annos uteri prolapsu laboravit, jam gravissima circa cor & pectus symptomata perpessa, hysterica videlicet, urinam transmisit, qvæ jumentorum similis, maximamqve crudorum ac pessimorum humorum copiam ostendebat. Præscripsi.

℞. *Radic. bryon.* ℥vj.
Vincetox.
Valerian.
diptamn. alb. ana ℥iiß.
asar. ℥j.
Cortic. aurant. ℥ß.
Herb. Chamæd.
Chamæp.
salv.
meliß. ana ℈iiij.
Sem. fænic. ℥iij.
baccar. laur. ℥j.
junip. ℥ij.
nuc. moschat. ℥j.
Flor. cartham. ℥ß.
borrag. ℈ij.
Sem. carth. ℥j.
Fol. sen. s. s. ℥x.
Agaric. ℥j.

Da incisa & contusa in charta. S. Species zum Weine.

℞. *Aqv. vit. mulier.* ℥ij.

Cina-

Cinamomi ℥j.
M. D. ad vitr.
S. Mutterliqvor.

℞. *Emplastr. de bacc. laur.* ℥iij.
Pulver. chamom.
rutæ,
rorismar. ana ʒj.
Ol. chamom.
mastich. ana q. s.
F. Emplastrum.
S. MusterPflaster.

Hæc medicamenta tantum effecerunt, ut ab hoc gravissimo malo uterino, favore Numinis, pristinæ Corporis incolumitati restitutus fuerit.

OBSERVATIO & CURATIO XCVII.

DE OBSTRUCTIONE mesenterij.

Pistor qvidam Northusanus cùm esset in nuptiis Bodingensibus, præter consvetudinem potando partim vina varia, obstructionem mesenterii incurrit: Sensit paulò post tantos in ventre cruciatus ac tormina, ut totum sese convolveret, mirumq; in modum contorqveret; Alvus erat obstructa, ita ut ex tempore clysterem applicare cogerer ex mollientibus & carminantibus; Sed retentus clyster nil profecit; nisi qvod ad regionem circa vesicam dolorem lenierit; Suppositorium adhibui, non redditur; nec solvitur alvus: Ideoqve ad secundum Clysterem me necessitas coegit: Applicui: Hic bellè solvit alvum, doloremqve plurimum sedavit, sed non ex toto.

Exhibui cochlearia duo ex seqventibus.

℞. *Oxysacch.* ℥iss.
Syrup. acetos. s.
de cichor.
endiv. ana ℥ij.
duab. radic. ℥s.
Spirit. Vitrioli. gutt. v.
Misc. S. vermischte Säffte.

Cumqve febrilis calor undiqve sese proderet ex urina,

 pulsi-

pulsibus ad aliis indiciis, seqventia exhibui.

℞. *Syrup. acetos. s.*
de cichor. s.
endiv.
Oxymel. s. ana ℥ß.
Oxysacch. ℥j.
Rob. rib.
Julap. ros.
Viol. ana ℥ß.
Spirit. Vitrioli ℈ß.
M. D. S. Stärck Safft.

Tincturam rosarum qvoq; præparavi, qvam bibit.

Manè bibit haustum ex vino purgantem.

℞. *Herb. scariol.*
borrag.
acetos.
lactuc. ana ℥j.
scolopend.
capill. vener. ana ℥ß.
Radic. cichor. ℥iiiß.
acetos. ℥iiß.
Glycyrrh. ras.
fænic.
asparag. ana ℥ij.
Sem. lactuc.
anis. ana ℥j.
Fol. sen. s. s. ℥j.
Agaric. ℥iß.
Rhabarb. el. ℈ij.
Turpeth. ℈j.
Myrobalan. citr. ℥iiß.
Spic. Indic.
Cinamom. el.
Macis ana ℥ß.
Cremor. Tart. ℥j.

D. incisa & contus. in charta pro Mens. 1. vini. Additum fuit absinthium.

Ex haustu hoc qvinqvies aut sexies fuit purgatus. Post hoc benè habuit. Diæta etiam convenienti est usus; Vino modice; item decocto hordei & tinctura rosarum freqventer: Cerevisia tenui.

Iterum haustum ex vino purgante sumsit: eandem expertus operationem: Sic per aliqvot dies in justa diæta persistens convaluit DEI gratia.

OBSERVATIO & CURATIO XCVIII.

DE PRURITU CORporis.

Domi-

DOminus Nicolaus Güntherus, S. S. Theologiæ Candidatus, 46. annorum, Vir per mensem integrum & aliqvot septimanas, pruritu totius Corporis vexabatur maximè sub Vesperam, cubitum se recepturus; Qvi cum illi valdè molestus esset, & propterea ab eo liberari cuperet, operam meam implorabat. Ego propino ei statim hoc evacuativum.

℞. *Fol. sen. Alexand. f. st,* ℥vj.
Mechoac. alb. ʒj.
Radic. Scarzon. ℈ij.
polypod. ʒß.
Sem. anis.
fænic. ana ℈j.

MP. infund. per vener. in s. q. aqv. s. stent in loc. calid.
In Colatur. ℥iiß.
dissolv.
Mann. Calabr. ℥ß.
Aqv. Carmin. cum Vino ℥iij.
Misc. S. Laxier Träncklein.

Sexies inde evacuatus fuit cum εὐφοϱίᾳ. Interposito die uno, dedi ei diaphoreticum hoc.

℞. *Mixtur. simpl. f. c.* ʒß.
Spirit. cardbened. ʒj.
Aqv. fumar.
Flor. sambuc. ex succ. ana ℥j.
Syrup. Violar. ex succ. ℥iij.
Misc. D. S. Schwitz Wässerlein auff einmal.

Egregiè inde sudavit. Postea adhuc eliam purgationem (cùm pruritus nondum cessaret) ei exhibui.

℞. *Decoct. aper. & alterat.* ℥iiß.
Infund. per noctem.
Rhabarb. ℈iiij.
Agaric. ℈ß.
Spirit. vitrioli gutt. iij.
Spic. Indic. gr. vij.
Facta una ebullitione exprimantur & colentur: Colaturæ add.
Elect. d. succ. rosar.
diaprun. sol. ana ℈j.
diacartham. ʒiß.
Syrup. de Limon.
diaser.
rosat. solutit. ana ℥ij.
F. Haustus.

Novies hinc alvus se exoneravit & ejecit materiam fætidam & viscosam. Hinc seqv. die excipiebat sudoriferum istud.

℞. *Aqv. card bened.*
Rut.
fumar. ℥vj.
Spirit Guajac. ℥ß.
Extr. Theriac. ℈j.
Syrup. de fumar. ℥iiß.
Spirit. fulig. gutt. xv.
Misc. F. Haustulus.

Qvibus medicamentis à pruriginosa ista affectione molesta magis, qvàm periculosa, feliciter curatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XCIX.

DE PRURITU CORPORIS.

Rusticus qvidam Breitungensis, Vir 56. annorum, pruritum patiebatur totius Corporis, ad qvem tollendum, ne forsan inde subseqveretur scabies, voluit uti meo Consilio. Ego svadeo ipsi balneum Laconicum, & ut corpus ablueret. Aqva moderatè calida, cui infusæ fuerunt herbæ Malv. Violar. Lactuc. Fl. Chamom. melilot. Violar. &c.

Sumsit etiam pro Corporis saburra subducenda seqvens pharmacon.

℞. *Syrup. de 5 ꝗ. radic.*
polychr.
de fumar. ana ℥ß.
Confect. hamech ℥ij.
diacath. ℥iij.
Syrup. de cort. citr.
cichor. cum Rhabarb. ana ℥ij.
Spirit. Vitrioli gutt. iiij.
Aqv. fumar.
cichor. ana ℥j.
veron. ℥iß.
Sal. cichor.
Tartar. ana ℈ß.

Misc. pro Potiuncula.

Postri-

Postridiè curavit sibi Venam medianam dextri brachii incidi, eductis ℥viij. sanguinis.

Et sic Clementis DEI beneficio, periculum scabiei evadens ex hoc morbo tandem eluctatus est.

OBSERVATIO & CURATIO C.

DE DOLORE PODAgrico.

MErcator qvidam Sondershusanus opulentissimus per triduum, gravissimis doloribus podagricis divexabatur, ita ut noctu diuqve lecto affixus, pedibus insistere neqviret. Unde me ad se vocans doloris mitigationem petiit. Ego cum & Corporis evacuationem flagitaret, hoc laxativum ei decerno.

℞. *Mechoac.* ℈j.
Turpet.
Hermodact.
Cremor. Tartari,
Tartar. Vitriolat. ana gr. vj.
Extract. diagrid. gr. iiij.
F. pulvis, cui instilletur
Ol. anis.
cinamomi ana gutt. j.
fœnic. gutt. ij.
D. in charta. S. Purgier-Pülverlein.

Septies inde evacuabatur. Interjecto bidui spatio has pilulas manè capiebat.

℞. *MP. de Hermod.*
Diagrid. sulphurat. gr. viij.
Trochisc. alhand. gr. ij.
Extract. calam. arom. gr. j.
Tartari vitriolat. gr. ij.
Ol. anis. gutt. ij.
F. Pil. Nro. ix. inauratæ.
D. S. Pillen auff einmal.

Alvum dejecit novies cum multa alleviatione. Interim dum hisce utebatur dolenti pedi circum ligavit hoc Emplastrum.

℞. *Em-*

℞. *Emplastr. diachyl. mag.* ℥iij.
Oxycroc.
diapalm. ana ℥j.
Medull. Cervin.
Axung. Ursin. ana ʒvj.
Tacamah. in vino dissolut. ʒj.
F. Emplastrum. S. Pflaster wider die Schmertzen.

Hoc emplastro optimè dolor sedatus fuit, ita ut pòst 8. dies denuo rectè pedibus insistere, & in domo sua obambulare potuerit.

FINIS CENTURIÆ QVARTÆ.

Σωὶ δόξα Θεῷ.

PHILIPPI GRÜLINGII OBSERVATIONUM ET CURATIONUM MEDICINALIUM, CENTURIA QUINTA.

LIPSIÆ,
Sumptibus GEORGII HEJNRICI FROMMANNI,
Bibliop. Anno 1668.

VIRIS
AMPLISSIMIS PRUDENTISSIMIS
ET DOCTISSIMIS
DN. CONSULIBUS,
DNN. OENOPHORIS,
DNN. JOHANNI ANDREÆ
STANGEN, A SECRETIORIBUS
EPISTOLIS ET CONSILIIS.
DN. ÆDILIBUS,
DN. CAMERARIIS, ET OMNIBUS REIPUBL. PATRIÆ MEMBRIS.
DOMINIS PATRONIS ET FAUTORIBUS PLURIMUM COLENDIS,

Posthumum hoc Dn. Parentis sui opus in luculentum penitioris confidentiæ signum dicat, dedicat, & consecrat

Philippus Gerhardus Grülingius
ibid. Medicus.

D. O. M. A.

OBSERVATIONUM ET CURATIONUM MEDICINALIUM

CENTURIA V.

OBSERVATIO & CURATIO I.

DE MULIERE CUI CAPUT præter modum pediculis scatebat.

Mulier paupercula, & non habens, de qvo se sustentaret, ad me consultandi causâ venit, cui caput præter modum pediculis scatebat. Huic consului, ut, priùs evacuato corpore, uteretur lixivio, in qvo coctus erat capillus Veneris, & postea sibi præparari curaret in officinâ Northusanâ seqvens medicamentum, qvo non solùm pediculi necati, verùm etiam lendes in capite interfecti sunt.

℞. *Sem. staphisagr.*
Cocculi ana ℥ ſ.
Tabacci,
Hellebor. nigri ana ℥j.
Ol. commun. q. s.

Coqve ad qvadrantem horulæ, postea cola, ut fiat Linimentū, qvo caput inungatur.

Præſentiſſimum eſt remedium ad interficiendos pediculos Oleum Spicæ.

Aqva deſtillata lavendulæ, vel ſpicæ idem præſtat, qvæ duæ aqvæ mihi in abigendis & necandis pediculis, in freqventi uſu ſunt.

Lava caput Spiritu vini, qvi in primâ deſtillatione egreditur, (Germanicè Vorgang) & benè juvabit.

In palpebrarum pediculis confert diſſolvere aloën cum aceto ſqvillitico, & illinire palpebras.

Balſamus Sulphuris hîc qvoqve prodeſt.

℞. *Olibani* ʒß.
Axungiæ portin. ℥iij.
F. ſ. a. Ungventum, qvod necat pediculos & lendes.

℞. *Axungiæ veteris,*
Sulphuris,
Bacc. juniper.
laur.
Sem. Cocculi ana q. ſ.
F. Linimentum.

In locis ſecretis abiguntur pediculi ingvinales, vel in palpebris aut ſuperciliis, qvando locus ille ſæpè linteolis illis (germanicè Qvickläplein) qvibus Aurifabri pocula poſt inaurationem detergere ſolent, abſtergitur.

Nota.

Qvamvis argentum vivum certiſſimè necat lendes & pediculos; attamen in molliori-bus corporibus & pueris maximè à vivo argento abſtinendum.

OBSERVATIO & CURATIO II.

DE CRUSTA CAPITIS in Infante.

Anno 1626. Nutrix Domini Magiſtri Chemnitii ad me in ulnis defert Infantem, qvi cruſtam in capite habebat, orans, ut huic vitio occurrerem. Mandavi igitur, ut Nutrix uteretur debitâ victûs ratione. Deinde ut Cremore

Lactis

Lactis ulcera illiniret, qvi facili remedio Infans intra paucos dies sanatus est.

Hîc conferunt etiam Ol. lumbricorum, ovorum, Balsamus sulphuris Rulandi. Juvat qvoq; caput balneare cum decocto fænugr. & malvæ caput Infantis, & postea inungere solo oleo rosarum, in qvo parum admixtum camphoræ.

Infallibile medicamentum, qvod non modò emollit ulcera, verùm etiam ipsa certissimè curat.

℞. *Vitell. ovor.* Nro. 2
Myrrhæ ℥j.
Radic. araonis ℈j.
ellebori nigri ℈j.
Ol. rosar. q. s.

Hæc in sartagine coqvantur sine vehementi igne, postea exprimantur, expressum oleum usui reservetur.

OBSERVATIO & CURATIO III.

DE BARBÆ DEFECTU.

Uti barba est ornamentum Viri, ita qvoqve, si desit, ipsi turpitudo non contemnenda. De hoc defectû conqverebatur Vir, non infimæ conditionis, cupiens, ut singulari medicamento contra ipsum defectum sibi succurrerem. Qvi defectus barbæ qvamvis rarò, vel nunqvam curetur: attamen bono isto Viro meo consilio & operâ deesse nolui.

Præscribo igitur præscribenda.

℞. *Absinthij q. v.*
Ol. commun. q. s.

Coqve & postea cola. Colato inunge locum in qvo barba provenire solet.

Jussi qvoqve, ut prima lanugo sæpius abraderetur, qvo alimentum ad pilorum radices copiosius allicitur.

Alio tempore ad provocandam barbam seqventia medicamenta præscripsi.

℞. *Ol. anethi*,

Spicæ ana ℥iiß.
Comar. absinth. Mj.
Scillæ ℥j.
Vini optimi ℥iß.

Bulliant ad consumtionem Vini, & servetur ad usum.

Studiosus qvidam mihi satis notus, inungebat locum barbæ succo cæparum, & isto vili remedio valdè augmentabatur barba.

Barbam qvoqve evocat cinis apum, cum oleo myrtino vel melle mixtus.

Olim mihi à Præceptore meo Domino Zacharia Brendelio, p. m. tunc temporis in Academia Salana Professore publico, valdè commendabatur ad augendam barbam seqvens Linimentum.

℞. *Olei, in qvo abrotanum coctum* ℥ij.
Cinerum apum, ℨj.
Stercoris murium ℈j.
Mellis ℥j.
Ladani ℥iij.
Pingved. ursi q. s.

F. Linimentum.

OBSERVATIO & CURATIO IV.

DE AFFECTU IN QVO pili corroduntur, ut frustulatim decidunt.

Inter Affectus capillorum & hic qvidam refertur, qvem Nostri Germani nominant Haarmeelen/ oder Haarmilben/ Mielen und Fasenisse. Hôc affectu afficiebatur Virgo Nobilis in Pago Berga / qvæ seqventibus remediis sanata est.

℞. *Cremor. Tartari* ℨj.
Tartari Vitriolati ℨß.
Salis absinthij ℈ß.
Spir. Tartari gutt. iij.
Misce. S. Digestiv. auf 2mal.

℞. *Fol. senæ* ℥iij.
Rhabarb. ℨj.
Flor. cordial. ana p. j.
Zingib.
Cinam. ana ℈j.
Coqve in s. q. aqvæ ad ℥iiij.
Colatur. adde Elect. catholic. ℨij.
Misce, & da securè ad discutien-

tiendam & digerendam materiam, qvæ Vermiculos abstergunt, præscripsi.

℞. *Abrotani,*
Rad. garyoph.
Absinthij,
Coqve in aceto & aqvæ partibus aqvalibus, & cum decocto capill. veneris abluatur capillus.

Vel.

℞. *Fol. malv.*
polytr.
althææ,
Sem. Lini,
Capill. veneris ana Mſ.

F. Decoctum, qvo abluantur sæpè capilli.

Egregiè confert, teste Foresto, lixivium commune, cui clavi ferrei rubigine obducti injecti sunt, qvod & ego aliqvando expertus sum.

Hunc affectum curat qvoq; *Ol. vitell. ovor.*

Item lixivium ex herbis capillaribus.

OBSERVATIO & *CURATIO V.*

DE FISSURIS CAPILlorum.

Est & alius Capillorum Affectus, qvando pili dividuntur in capite, ut bifidi appareant, qvod accidit ex humore acri, capillos in extremitate findentes.

Huic Affectui sic, qvando acciderit vel sexui fæmineo vel virili, subveni.

Jussi primo ut pars fissa abscinderetur, & qvod remanet, circa extremitates felle tauri inungeretur, & decocto Abrotani aliarumqve herbarum capillarium ablueretur.

Hic valet Ol. ex vitellis ovorum.

Item Ol. Sulphuris Rulandi, nec non Spir. Tart. vel vini.

Ol. ex floribus Verbasci qvoqve prodest.

OBSERVATIO & *CURATIO VI.*

DE CANITIE ET TINgendis capillis.

 Cani-

CAnities qvando accidit in senectute naturalis est, qvando verò præmaturè & intempestivè oboritur, præternaturalis dicitur; Illa nullam aliam curam expetit, qvàm ut tingantur capilli colore nigro, qvod seqventibus medicamentis fieri potest.

℞. *gallar.* ℥j. *Coqvantur in Oleo ad crepaturam,*
Vernicæ Hispanicæ,
Salis communis,
gemmæ ana ℈ij.
Ceræ albæ ℥j.
Garyophyllor.
Aluminis ana ℥ij.
Lytharg. argent. ℥j.

Pulverisentur omnia, coqvanturqve unica ebullitione: ab igne deponantur, ut refrigescant, & in vase vitreo in umbra posita, demum usui reserventur.

Vel:

℞. *Gallar.*
Aceti,
Sqvamæ æris,
Alum. ana q. s.

In urina puerorum unum diem macerato, deinde detersis pilis illinito, & caput linteo ad triduum ligato.

Notandum hîc, qvod prius pili madefacti aluminis & aqvæ decoctione, atqve sæpius exsiccati citius recipiant tincturam.

Ad flavum seu aureum colorem capillorum seqventia prosunt.

Lava sæpius capillos lixivio & cineribus fagorum,

Vel:

℞. *Rad. chelidon.*
Flor. verbasc.
paralysis,
Rad. lapathi acuti ana q. s.

Infunde hæc incisa & contusa lixivio, & lava sæpius caput. Vel:

℞. *Rad. bardan.*
Flor. verbasc.
chamomill. ana Mj.

F. ex cinere communi lixivium, in qvo coqvas radices & flores, & reserves pro usu.

Lava capillos lixivio in qvo infusa radix bardanæ, qvod sæpe probatum est.

Aloe.

A Fæminis Ol. verbafc. flor. ad alendos capillos valde commendatur.

Conciliatur flavus qvoqve capillorum color, qvando capilli abluantur aqvâ vel lixivio, in qvo flores geniſtæ, vel verbaſci, vel ſtæch. citrin. rad. curcumæ, vel gentian. infuſa fuerint.

Hæc canities qvæ in juvenibus accidit, & plerunqve à pituitâ ortum trahit, itâ curatur.

Primò pituita evacuanda debitis medicamentis. Deinde purgato corpore uſurpanda medicamenta calorem corporis, & inprimis cerebrum roborantia, operaqve danda, ut bonus ſangvis in toto corpore proveniat, qvi pilis bonum alimentum præbeat.

Tandem ſi neceſſitas poſtulet, ad pilos denigrendos deveniendum.

OBSERVATIO & CURATIO VII.

DE CAPITIS DOLORE.

Senator Stolbergenſis Johannes Meer/ Vir qvinqvaginta annorũ, cùm in ardore Solis totum diem ambularet, & ideo domum rediens, dolorem vehementiſſimum pateretur, me vocat, qværens, qvid adhiberet, ut ab iſto dolore liberaretur. Ego præſcribo frontale, qvod fronti appoſuit cum panno inculcato, & leviter expreſſo, idqve frigidè.

℞. *Ol. nymph.*
roſar. ana ℥j.
Aqv. roſar.
Violar.
Lactucæ,
Solatri ana ℥iſ.
Spec. diatr. ſantal. ℈iſ.
Aceti roſat. ℥j.
Miſce. S. Umbſchlag zum Haupte.

Qvo dolor capitis magnâ ex parte mitigatus eſt.

Sub noctem præſcripſi ad accerſendum ſomnum ſeqvẽs ungventum.

℞. *Un-*

℞. *Ungvent. popul.*
Alabastrin. ana ℥j.
Ol. nenuph.
mandrag.
papav. ana ℥ß.
Opij in aceto dissoluti gr. xxx.
Ceræ parum.
F. Ungventum.

Qvod non modo induxit levem somnum, verùm etiam ab omni dolore liberatus est.

OBSERVATIO & CURATIO VIII.

DE DOLORE CAPITIS à vehementiore exercitio exorto.

Adolescens valdè biliosus, & operam dans literis sub disciplinâ Domini Magistri Ermichii, Scholæ Northusanæ Rectoris, cum ferè per totum diem & noctem Studiis suis invigilaret, & inde nimium corpus & Spiritus animales exerceret, accidit, ut vehementi dolore capitis corriperetur.

Ego accitus præcipio, ut se qvietum in lecto teneret, & animum à Studiis aliqvot dies avocaret. Postea in Officina seqventia præparari curavi.

℞. *Syrup. violar. ex succo*
Nymph.
de Endiv. ana ℥j.
Aqv. rosar.
Violar.
lactuc.
cichor. ana ℥ij.
Misce pro duabus dosibus.

Externè præscripsi.

℞. *Aqv. violar.*
carvi,
lactuc.
rosar.
anethi ana ℥j.
verbenæ ℥ij.
Nucl. persicor.
Amygd. d. ana ℥vj.
Papav. albi ℥ij.
F. Emulsum pro fronte.

Et ita Dei benignitate convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO IX.

DE

DE DOLORE CAPITIS.

DOminus Andreas Wilcke/ Civis Northusanus, Vir qvadragінta annorum, gravi dolore capitis vexabatur, qvem præcesserat rigor totius corporis. Metuens igitur de febre me consuluit, cui ego hoc sudoriferum primò præscripsi,

℞. *Spir. Tartari* ℈j.
Salis absinthij,
perlarum,
corallorum ana gr. ix.
C. C. Philosoph. præp. ℈ß.
Aqv. Cardbened. ℥j.
scabios.
absinthij ana ℥ß.
Rotul. man. Christi perlar.
Syrup. acet. citri ana ℥ß.
M. S. Schwitzungs.

Optimè inde sudavit. Qvia verò debilis aliqvantum factus fuerat, petiit, ut sibi confortativum aliqvod medicamentum ordinarem; Præscripsi igitur seqvens:

℞. *Aqv. Cardbened.*
beton.
borrag.
bugloß. ana ℥j.
Aqv. cinamomi,
carfuncul. ana ℥ß.
Spir. melis. ℥ß. ʒij.
Magister. perlar.
corallor. ana ℈ß.
Syrup. acetos. citri ℥iß.
Misce. S. Stärckſafft.

Qvarto vel qvinto die capiebat seqventem purgatiunculam.

℞. *Spec. aperitiv. alterat.* p. iij.
Flor. cordial. ana p. j.
Coqve in s. q.
aqvæ part. 3.
vini part. 2.
Colaturæ ℥iiiß. *infundantur per noctem,*
Fol. sen. s. s. ʒiij.
Rad. galap.
mechoacan. ana ℈ij.
Macis,
Zingib. ana gr. xvj.
Cremor. Tartari ʒß.
manè colentur, & adde colaturæ aqvæ cinamomi ʒij.
Tartari vitriolati ℈ß.
S. Purgier Tränckliin.

Qvæ omnia cùm diligenter observaret, juxta præscriptam victus rationem, brevi ab hâc molestiâ liberatus est.

 OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO X.

DE DOLORE CAPITIS & Dentium.

Uxor Domini Matthæi Krigen/ Pastoris Rotlebrodani, per multos dies affligebatur continuo ferè capitis & dentium dolore, qvi cùm non sedaretur, me in consilium vocavit. Ego cùm cognoscerem hunc dolorem oriri, & foveri à causâ frigidâ, primò caput hoc pacto evacuandum constituo.

℞. *Extract. panchymag. Crollij* ℈j.
Diagridij gr. ij.
Ol. cinamomi,
macis ana gutt. j.
Cum aqvâ betonicæ,
fiant pil. Nro. ix.

Postea denti dolenti meo svasû imposuit gossypium, cùi una gutta ol. garyoph. instillata erat; Et hoc modo dolor dentium & capitis sedabatur.

OBSERVATIO & CURATIO XI.

DE CAPITIS DOLORE.

Mercator Johannes Pabst/ Civis & Senator Northusanus, cùm in hyeme aspera per nives iter fecisset, domum reversus dolore vexabatur vehementi. Cùm ad eum accessissem, caput qvoqve tangenti mihi videbatur frigidum, nam facies hujus pallescebat, & à calidis juvabatur, & à frigidis lædebatur. Ergò ilicò caput circa synciput inungi jussi seqventibus oleis.

℞. *Ol. aneth.*
Chamomill.
rutæ ana ℥vj.
spic. destill. gutt. xv.

Misce, & utere.

Qvibus dolor ilicò sedatus est.

Verùm cum per aliqvot dies dolor iterùm rediret, purgavi illum, & jussi, ut in capite gestaret cucupham præscriptam.

℞. *Pil.*

℞. *Pil. aurear.*
s. q. esse nolo,
cochiar. ana ℈j.
Extract. diagridij gr. iij.
F. pil. cum aqva betonicæ, & addantur
Ol. rutæ,
succini,
majoran. ana gutt. j.
S. Hauptpillen.

℞. *Summitat. majori.*
Flor. rosmarin.
rosar. rubr. ana p. ij.
pœoniæ p. j.
Storacis calamit.
Mastichis,
Olibani,
Succini albi ana ℥j.
Sem nigellæ præpar.
coriandr. præp. ana ℥ß.
Cubebar.
Garyoph. ana ℈j.
Nuc. mosch. Nro. j.
Rad. Ireos Florent. ℥iß.
Spec. diambr. ℈ij.

Crassiusculè conqvassentur & incidantur, fiat more usitato ex syndone rubra cum bombace Cucupha, qvæ insuatur.
S. in Scatula Säcklein zum Haupte.

OBSERVATIO & CURATIO XII.

DE INGENTI CAPITIS *dolore cum visûs qvadam obscuritate.*

Studiosus Adolescens in Urbe Hatzgeroda/per dimidium annum divexabatur capitis dolore acerbissimo, non qvidem continuo, sed freqventer recurrente, potissimum horis matutinis, qvibus semper pejus habebat. Aderat qvoqve ei visûs qvadam obscuritas, ita ut omnia qvasi per nebulam videre dubitaret, qvæcunqve contemplaretur & intueretur.

Cùm igitur à me consilium peteret, ego consului, ut ad nimium semel singulis mensibus caput purgaret seqventibus pilulis.

℞. *Pil. coch.* ℈ij.
Lucis ℈j.
Extract. agarici gr. iij.
Ol. fænicul. gutt. ij.
F. pil. cum aqva betonicæ Nro. xx.

Postea ad roborandum caput ac visus hebetudinem corrigendam jubeo, ut per multos dies de vino Rhenano, cui impositus fuisset seqvens nodulus, in prandio primum qvenq; haustum biberet.

℞. *Radic. valerian.*
fænic. ana ℥ſ.
alcannæ ℥ij.
Flor. chelidon. Miſ.
Euphrag. p. j.
Verben.
Valerian. ana Mj.
Sem. fænic. ℥ſ.
Incidantur minutim omnia, & nodulo indantur.

OBSERVATIO & CURATIO XIII.

DE CAPITIS DOLORE cum æstu ingenti & lassitudine totius corporis.

BArtholomæus König/ Juvenis viginti annorum, conqvestus de æstu qvodam (ut ille vocabat) urente totum corpus, nec non ingenti capitis dolore, membrorumqve omnium lassitudine, ac siti maxima, hinc meum consilium expetiit; Præscribo igitur ei seqventes ad æstûs seu caloris illius naturalis mitigationem.

℞. *Aqv. acetos.*
cichor.
endiv.
fragor. ana ℥iij.
Syrup. d. succo rosar. ℥j.
acetos. citri ℥iſ.
Lapidis prunell. ℥j.
Spir. vitrioli gutt. x.

Cùm per biduum has aqvas potasset, sensibilem caloris mitigationem sensit. Verùm qvia adhuc leviter capite dolebat, seq. infusione exhaustâ purgante, postridiè meliùs omnia habuit.

℞. *Rad. cichor.* ℥ij.
fæniculi ℥j.
polypodij ℈ij.
Fol. senæ el. ℥ij.
Rhabarb. ℥iſ.
Sem. anisi ℥j.
Infundantur omnia per noctem in ſ. q. aqv. cichor.

Manè

Manè factâ ebullitione clarificetur & coletur, addaturq;
Syrup. d. cichor. c. rhab. ℥j.
Spir. vitrioli gutt. iiij.

In maximis doloribus capitis aliqvando qvoq; usus sum Cucurbitulis cum scarificatione scapulis appositis, & ventosis sine scarificatione in Nucha.

Similiter etiam frictionibus & lotione brachiorum & crurum pro diversione, ex decocto salicis, fol. & flor. nymh. malv. chamomill. cap. papav. Errhinis masticatoriis & venæ sectione.

OBSERVATIO & CURATIO XIV.

DE CAPITIS DOLORE.

Cùm ex calida cerebri intemperie Senator qvidam maximo dolore afficeretur, & meum consilium expeteret, præscripsi.

℞. *Aqvæ rosar.* ℥iſ.
anethi,
nymph.
violar. ana ℥j.
Santali albi,
rubr.
citrin. ana ʒſ.
Aceti rosar. ℥ſ.
Camphoræ gr. vj.
Misce. F. Epithema.

Internè dedi
℞. *Syrup. violar.*
nymph.
d. endiv. ana ℥iſ.
Aqv. lactuc.
d. cichor.
endiv. ana ℥vj.
Misce.

IN ALIO.

℞. *Acet. rosar.*
Aqv. rosar. ana ℥j.
Glaciei Marial. ʒſ.
Album. ov. Nro. j.
Alum. parum,
Adhibita sunt in pannis fronti & temporibus.

Internè hoc Emulsum sumsit.
℞. *Sem. frigid. qvat. excortic. ana* ʒſ.
Papav. albi ʒij.

Sem. lactuc. ℥iß.
Aqv. hordei libr. j.
Lactuc.
Nymph.
Rosar. ana ℥iß.
Misce, & fiat Emulsum.

OBSERVATIO
&
CURATIO XV.
DE DOLORE CAPITIS.

Valentinus Schwartze/ Sutor Stolbergensis, cùm benè potatus Northusâ Stolbergam rediret, & inter eundum in aqvam illapsus fuisset, ingenti dolore capitis afficiebatur, qvem vocatus per auxilium Dei post paucos dies sanitati restitui.

Jussi, ut statim in lectum poneretur, & cooperiretur undiq; operimentis calidis, ut sudaret; Postea dedi vinum Rhenanum, & qvia tempus erat admodum frigidum & undiq; glacie concretum, concessi, ut qvoqve aliqvando biberet parum de aqvâ vitæ ex Officinâ, & fronti applicaret seqvens Epithema.

℞. *Aqv. rorismar.*
majoran.
lavand.
meliß.
salviæ ana ℥j.
Spec. diamosch. d. ʒß.
Misce, & fronti applica.

Hisce debitè usurpatis vel eo modo, qvo jusseram, Sutor hic paucorum dierum spatio liberatus, pristinæ virium integritati restitutus est.

OBSERVATIO
&
CURATIO XVI.
DE CAPITIS DOLORE.

Matrona qvædam Nobilis, Margarita Maria ab Ebra, capitis dolore tensivo afficiebatur cum levi aurium sibilo. Hunc ilicò vocatus sublatum ivi unicâ hâc potiunculâ exhibitâ.

℞. *Herb.*

℞. *Herb. beton.*
Flor. anthos,
thymi ana p. j.
Macis ʒß.
Rhabarb. optim. ʒj.
Infunde per noctem in aqva betonicæ q. ſ. manè facta ebullitione exprime, & colaturæ hujus
℞. ℥j. adde
Extract. panchym. Croll. ℈j.
gran. iiij.
Magiſt. Tartari Vitriol. ℈j.
Spir. vitrioli gutt. v.
M. F. potiuncula.

OBSERVATIO & CURATIO XVII.

DE DIFFICULTATE *mingendi.*

PAnnifex qvidam qvadraginta aliqvot annos natus, corpore εὐσάρκῳ & plethorico conqveſtus de mingendi difficultate, qvam oriri ſuſpicabatur à calculo, vel arenulis, qvarum multas ſæpè cum urina excernebat, me adiit & conſilium petiit. Cui ego ſeqventem aqvam præſcripſi:

℞. *Aqv. deſt. petroſel.* ℥ij.
ononidis,
aſparagi,
ſaxifrag. ana ℥iß.
Syrup. d. parietar.
de qvinq; raditib. ana ℥j.
Lapidis prunellæ,
Crem. Tartari ana ʒj.
Spir. Salis ℈j.
M. Doſis bina cochlearia.

An juverit hujus aqvæ uſus, vel non, utiq; ignoro, qvia de illo in poſterum nihil cognovi, credo tamen ipſi profuiſſe, cùm amplius me non accerſerit, aut meum conſilium expetiverit.

OBSERVATIO & CURATIO XVIII.

DE GINGIVARUM LAXITATE *dentiumq; Caſu.*

COgnata mea Margarita Böhmers/ carnem gingivarum

varum valdè laxam & solutam, insuperqve dentes mobiles ac deciduos habebat, à frigidi & pituitosi humoris, à capite in dictas partes influxione. Huic præmissis universalibus, seqventem oris collutionem præscripsi, qva cùm freqventer usa fuisset, Gingivarum caro, dentesq; iterùm firmati ac robusti facti fuêre.

℞. *Aqv. plant.*
tormentil.
fol. querc. ana ℥iiiis.
In qvibus ebulliant leviter
Cort. granat.
Alum. ana ʒj.
Flor. rosar. rubr. p. j.
Rad. Ireos ʒiß.
bistort.
cyperi ana ℈ij.
Decoctum colêtur, addanturqve
Corall. præp.
C. C. præp. ana ℈ij.
Spir. vitrioli gutt. x.
M. pro collutione.

OBSERVATIO & *CURATIO XIX.*

DE PLEURITIDE.

Virgo qvædam 18. annorum in Xenodochio Martiniano, qvod est Northusæ, longo tempore febre tertianâ laboraverat, nunc in pleuritidem incidit, qvam indicabant dolor punctorius lateris dextri, tussis arida, & difficultas spirandi, cum calore febrili, & dolore capitis. Imperavi cùm consulerer, actutum venæ sectionem in brachio dextro. Qva peracta hanc Mixturam illi præscripsi.

℞. *Syrup. d. papav. rhæad.* ℥ij.
scabios. ℥j.
Aqv. papav. rhæad.
cardbened. ana ℥iij.
prunor. sylv.
scabios. ana ℥ij.
Lapid. prunell. ʒiß.
Magist. corall. ʒß.
Spir. vitrioli ℈j.
Misce.

De hac mixtura per intervalla tria cochlearia capiebat, sed & sacculum hunc, semel atqve iterùm calidè imponebat lateri.

℞. *Flor.*

℞. *Flor. chamemill.*
violar.
malvæ ana M ij.
Sem. lini,
fænugr. ana ℥ j.
Fol. hyoſcyami M ſ.
F. inde ſacculus.

Hiſce debito modo uſurpatis poſt biduum à dolore hoc purgitivo liberata eſt.

OBSERVATIO & CURATIO XX.
DE OCULORUM RUBEDINE.

Virgo alia, Filia nimirũ Conſulis Henrici *Wolneri*, oculos rubedine affectos habebat, ex lachrymis calidis, ſalſis & mordacibus, qvibus per 12. dies vexabatur. Huic primò caput purgavi, ad minorandam materiam peccantem ſeq. pil.

℞. *Pil. lucis,*
coch. ana ℨ ſ.
Diagridij gr. iij,
Cum aqv. Euphraſiæ &
Ol. fænic.
Fiant pil. Nro. xx.

Poſtea præcepi uſum cucurbitularum in ſcapulis & brachiis. Tandem & hanc aqvam ophthalmicam, qvæ plurimum profuit, ordinavi.

℞. *Aqv. roſar.* ℥ i.
euphragiæ,
fænic. ana ℥ ſ.
Salis Saturni ℈ ij.
Collyr. albi Rhaſis ſ. opio ℨ ſ.
Corall. præpar. ℈ j.
Miſceantur invicem.

OBSERVATIO & CURATIO XXI.
DE ASTHMATE.

Lychnopæus qvidam, Lucas Striegnitz dictus, annos natus 50. aſthmate laborabat, per qvinq; dies. Qvi cum multis medicamentis uſus fuiſſet, me tandem conſuluit. Cui ego præſcripſi hoc decoctum pectorale:

℞. *Rad. Elenij,*
glyyrrh.
Ireos ana ℥j.
Herb. hyssop.
scabios.
pulmonar. ana Miß.
Sem anisi,
fœnicul. ana ℥ß.

Incisa & contusa coqvantur in Vino, vel aqva hyssopi.

℞. *Extr. scabios.* ℈ij.
helenij ℈iß.
Ol. anisi ℈ß.
Sacch. in aqva helenij dissol. ana q. s.
F. Rotulæ.

Omnia egregiè profuerunt. Vide meam Medicin. Pract. pag. 167.

OBSERVATIO & CURATIO XXII. DE PUSTULIS RUBRIS in Facie.

Christianus Formannus faciem multis pustulis rubris conspersam habebat, sentiebatqve gravitatem in dextro latere, qvæ sine dubio oriebatur ab Epate, qvod naturâ præcalidum habebat. Is cùm peteret meum consilium, tale illi dedi. Nimirum jussi, ut ad contemperandam Epatis intemperiem calidam, nec non expurgandum sangvinem ab omnium acrium, sallorum ac biliosorum humorum colluvie, per plures dies seqventi uteretur decocto.

℞. *Rad. cichor.* ℥ij.
polypod. ℥j.
Herb. cichor.
endiv.
lupuli,
fumariæ ana Mj.
Fol. sen. ℥ij.
Sem. anisi ʒij.
Flor. borrag.
nymph.
cichor. ana p. j.

Incisa minutim singula incoqve in s. q. seri lactis caprini, decoctum coletur & clarificetur. Dosis sit ℥iiij. instillando semper gutt. vj. Spir. vitrioli.

Ab-

Abſumto hoc decocto imperavi venæ ſectionem cephalicæ in dextro brachio. Tandem præſcripſi hoc ſudoriferum.

℞. *Aqv. fumar.* ℥ij.
Spir. ligni Gvajaci ℈ij.

Miſce. Ex his uſurpatis puſtulæ ſupra dictæ exaruerunt & evanuerunt.

OBSERVATIO & CURATIO XXIII.

DE CONTUSIONE AC læſione oculi dextri.

Vietor qvidam in loco peregrino oculum dextrum læſum habebat ex contuſione forti, unde tumor & nonnulla vulnuſcula parva in eo excitata fuerunt, comitante unà dolore & rubedine qvadam. Hic unico hoc remedio curativo, priſtinam oculi læſi integritatem perfectè recuperavit. Eſt autem hoc.

℞. *Aqv. roſar. in qva diſcute albumen unius ovi.*
Adde ſucci chelidonij depurat. ana ℥vj.
Succi cancrorum contuſ. ℥ſ.
Vitrioli albi,
Tutiæ ana ℈j.

Includantur omnia vitro benè clauſo, & digerantur liqvorem deple, & fæces in fundo abjice, addeqve huic liqvori, ſi vis:

Aqv. euphraſ. ℥vj.
in qva calx Antimonij extincta.

Miſce.

Linteum molle duplicatum hâc aqvâ ophthalmicâ imbutum, bis vel ter in die applicetur, renovando illud ſemper, cùm exſiccatum fuerit.

OBSERVATIO & CURATIO XXIV.

DE LIENTERIA.

Qvi Senatui ampliſſimo Northuſano erat à cura Eqvorum, Vir 40. vel 50. annorum,

rum, Lienterica affectione vexabatur; omnia enim alimenta, ut ingesta erant, protinus semicocta per alvum egerebat, nec concoqvere nec retinere, qvæ comedebat, poterat.

Hunc ita Dei benignitate adhibitis seqventibus remediis ab hac affectione liberavi.

℞. *Emplast. de crusta panis* ℥iiij.
Irroretur oleo mastichis & olei macis destill. ana ℈ſ.

Extensum supra alutam ventriculo applicetur. Intus verò per os seqvens pulvis dabatur:

℞. *Croci martis adstrict.* ℈ij.
Boli Armen.
Corall. rubr. ana ʒſ.
Terr. sigill. ℈j. gr. vj.
Misce. F. pulvis.

Dividatur in duos partes æqvales, sumendæ cum aqvæ plantaginis ℥iſ. & Spirit. Vitrioli gutt. v.

OBSERVATIO & CURATIO XXV.

DE IMPOTENTIA AD *Venerem.*

VIR qvidam 63. annorum ex oppido Gersbach, cùm me accedens consuleret, conqverebatur, se minus prout ipsius & juvenculæ suæ, qvam non ita pridem duxerat, votum esset, strenuè in Veneris castris rem genere posse, ac Aphroditæ noctu litare. Rogabat igitur, ut si qvâ arte valerem, corrigere hunc ipsius defectum, summo studio id præstarem.

Ego hujus petitioni non minùs honestæ, qvàm æqvæ annuens, consilium do, ut singulis diebus horâ unâ ante ingressum lecti, ad magnitudinem juglandis de seq. Electuario deglutiret, superbibendo immediatè haustum exiguum Vini Malvatici.

℞. *Conserv. diasatyr.*
Eringij ana ℥iſ.
Rad.

Rad. cichor. condit. ℥j.
Eringij condit. ℥ß.
Pinear. recentium.
Pistacear. infus. prius in lacte vaccino ana ℥iij.
Renum scincor. ℥iß.
Borracis ℥j.
Priapi cervi ℈iiß.
Sem. Erucæ ℈ij.
Extr. croci ℈j.
Cardam.
Piper. longi,
Cinamomi ana ℈j.
Nuc. mosch. ℥ß.
Cum syrup. conserv. Zingiberis & olei cinamomi gutt. ij.
Macis gutt. j.
Misce F. Electuarium.

Manè verò qvando surgeret jussi, ut de seq. pulvere ℈j. plus minusve cum pauxillo lactis vaccini sumeret.

℞. *Priapi cervi,*
Carnis scincor.
Borracis ana ℥ß.
Piper. long.
Cardam.
Croci ana ℈j.
M. F. pulvis subtilissimus.

Hisce binis medicamentis egregiè senex ille adjutus fuit in conflictû venereo, ut post aliqvot Septimanas, ipsemet, cum me iterùm accederet, & oblato munusculo gratitudinem animi ostenderet, mihi fassus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XXIV.

DE HERNIA OSCHOCELE.

Mercator qvidam qvadam specie illâ herniæ, qvam Græci ὀχεοκήλην vocant, laborabat, qvam contraxerat ex nimio saltu ante aliqvot menses.

Hujus igitur uxor me accedens opem meã implorabat.

Svadeo, ut accito Chirurgo in naturalem suum locum intestina molliter reponerentur.

Cùm autem intestina flatibus distenta minus reduci possent, consilium do, ut hoc decocto uteretur:

 ℞. Ster-

℞. *Stercor. ovilli q. s.*
incoqve dulci lacti, & fiat fotus.

Repositis tandem intestinis jussi, ut sibi paratum haberet perizoma, seu in cingulum qvoddam aptum, qvod continuè gestaret. Et qvo eo facilius consolidatio fieret, mandavi qvoqve, ut de seq. decocto sumeret binos haustus qvotidiè, & Emplastrum extra imponeret, & sub cingulo gestaret.

℞. *Radic. symphyti* ℥iß.
penthaphyll.
torment. ana ℥vj.
Herb. perfoliat.
herniariæ ana Miß.
Verbasci Mj.
Veronic.
Flor. hypericon. ana Mß.
Misce, & incisa coqve in vino, ollâ supernè benè lutatâ, ne qvid halituum exeat, expressis postea herbis, decoctũ reservetur usui dicto.

℞. *Emplastr. contra ruptur.* ℥iß.
d. pelle arietina ℥j.
Pulver. succini,
Therebinthin. ana ℈ij.
Ol. myrt. parum.
Malaxentur simul, deinde signetur Pflaster.

Emplastrum diaSulphuris Rulandi & ol. ovorum vel hypericon. &c. multum valent.

OBSERVATIO & CURATIO XXVII.

DE OCULORUM COMbustione.

Martinus Kühne Victor oculos sibi valdè combusserat pice calente, unde ingentes dolores sentiebat, lachrymis qvoqve ex Ectroqve oculo extillantibus.

Unde cùm me consuleret, mandavi, ut seq. linimento utrumqve oculum bis in die inungeret.

℞. Butyri q. s. frigatur in sartagine, & anteqvam refrigescat injiciatur in aqvam frigidam, postea agitetur benè in aqva illa, idqve tamdiu donec butyrum instar nivis albescat, seor-

ſeorſim ſeparetur ab aqva, & uſui reſervetur.

Cùm primâ vice oculum inunxiſſet ingentem, inde dolorem percepit, qvi mox iterùm ſedebatur. Et ita oculus uterq; rectè ſuo munere functus eſt.

In aliis uſus ſum albumine ovi diſcuſſo benè, ut in putam aqvam evaderet, cum aqva roſarum, & optimè profuit.

Vide meam Medicinam Practicam de Affectibus oculorum.

OBSERVATIO & CURATIO XXVIII.

DE ICTERO.

Uxor Domini Chriſtophori Kaltenbachii aurifabri Stolbergenſis, per aliqvot dies laborabat Icteritiâ cum tenſione & dolore gravativo dextri lateris, ex obſtructâ veſiculâ felleâ, à qvâ tamen præter ſpem Dei benignitate, ſpatio 12. vel 13. dierum operâ meâ hoc unico medicamento iterùm liberata fuit.

℞. *Rad. centaur. majoris,*
chelidon. ana ℥ſ.
ſænic.
aſparagi,
curcum. ana ʒij.
Herb. marrubij,
cuſcutæ,
centaur.
agrimoniæ ana Mſ.
Flor. geniſtæ,
centaur.
cichor. ana p. j.
Sem. aqvileg.
nigellæ ana ʒij.
Tartari albi ℥ſ.
Rhabar. ana ʒiij.
Agarici ʒiiſ.
Cinamomi ℈ij.
Spicæ Indicæ ℈ſ.

Incidantur minutim, ex qvibus poſtea paretur Nodulus, Qvi pendeat in vino abſinthite. Et de hoc qvotidie bis bibatur, nimirum tempore prandii & cænæ.

OBSER-

OBSERVATIO & CURATIO XXIX.

DE MELANCHOLIA hypochondriaca incipiente.

CIvis Sangerhusanus, Vir 40. annorum, opificio Molitor, laborabat tali affectione, qvam Medici Melancholiam hypochondriacam vocant, cujus hæ erant notæ: Sinistrum latus occupabat gravitas & tensio qvædam, pectus verò seu thoracem difficultas respirandi, cum compressione ac tussi. Totum corpus lassitudine spontanea afficiebatur, tempore somni extillebat sudor copiosus ac fœtidus, ventriculum infestabat nausea ciborum. Caput, per certa intervalla, dolore acuto affligebatur. Ructûs è ventriculo assurgebant. De specie igitur morbi certus, sic curam in eo.

℞. *Tartari albi* ℥iſ.
Herb. scolopend.
polypodj,
fumar.
capill. veneris ana Mſ.
Flor. veron.
cichor.
centaur. ana p. j.
Epythymi ℥ij.
Fol: senæ ℥j.
Radic. helleb. nigr. ℥ij.
Sem. anisi,
fœniculi ℥iij.

Incisa minutim indantur novæ ollæ vitreatæ, & superaffuso vino absinthite coqvantur.

Postea expressum servetur ad usum. Dosis bis in die ℥iij.

Admodum proficuum hujus usum expertus est, ut elapso 12. dierum spacio pristinam sanitatem adeptus est.

OBSERVATIO & CURATIO XXX.

DE COMBUSTIONE.

ANno 1624. mense Octobri, cum degerem Northusæ, venit ad me Qvæstor Noranus con-

conqverens, qvòd Filia sua Anna Maria, passa esset combustionem decumbens in lecto, ex negligentiâ ancillæ calefacientis lectum calido lapide. Huic svasi, ut uteretur præscriptis seqventibus:

℞. *Ol. olivar.* ℥j.
Album. ovor. ℥ij.
Conqvassando diligenter, exactè misceantur.

USUS.

Patiens qvotidie bis vel ter pennâ gallinæ nigræ locum affectum vel usqve ad sanitatem perfectam, vel donec sponte crustæ decidant, inungat. Etsi hoc medicamentum videtur vile & nullius pretii: attamen testari possum; qvòd hoc nullum præstantius experimentum sit in tota Republica Medica: Nam tuto, cito & perfectè sanat combustionem, hinc meritò inter arcana domestica refertur; Cætera experimenta, qvibus uti soleo in Praxi meâ, sunt seqventia.

Oleum Sulphuris Rulandi.
Ejus Emplastr. diasulphuris.
Mucilago sem. cydon.
Atramentum scriptorium.
Mucilago corticum tiliarum.
Ungventum populeonis cum albumine ovi,
Ungventum album camphoratum, cum oleo rosar. & albumine ovi.

Vel.

℞. *Calcis vivæ decies extinct.* ℥j.
Tutiæ ℥ß.
Ceræ & ol. rosar. ana q. s.
Fiat ungventum.

Vide meam Practicam de combustione.

OBSERVATIO & CURATIO XXXI.

DE COMMOTA BILE ex irâ.

Cùm Anno 1630. mense Majo, Stolbergâ Northusam redirem, manè purgationem paulò post descriptam sumerem, & ex levissimâ qvidem causâ irâ excandescerem, fit, ut omnium membrorum subita-

bitaneam lassitudinem cum nauseâ insigni perciperem: maximè verò esum carnis unicè fastidirem,

Alvo priùs depositâ, & urinâ redditâ, præscribo seqventia.

℞. *Antimonij diaphor.* gr. viij.
Lapid. bezoard. gr. iiij.
Lapidis prunell. gr. x.
Salis fumariæ gran. iiij.
Aqv. Cardbenedict. ℥ij.
Miscе. S. Schwitzwässerlein.

Ad sitim & calorem præternaturalem bibi Julepium Alexandrinum, qvi benè profuit.

Purgatio, qvam sumsi, fuit hæc:

℞. *Aqv. acetos.*
borrag. ana ℥iß.
dissolut. extract. agarici f. gran. vj.
Rhabarb. ℈ß.
adde Elect. de succo rosar. ℨij.
diaprun. solutivi ℨj.
Syrup. ros. solut. ℨiij.
diaser. ℨj.
d. limonib. ℨij.
Spir. Vitrioli gutt. vj.
Tart. albi vitriol. gr. v.
Ol. anisi gutt. ij.
Miscе. F. haustus.

Ex hoc copiosissimè materiam fœtidam dejeci (ad vices sedecim ac plures) & sic convalui. Deo sit laus & honor.

OBSERVATIO & CURATIO XXXII.

DE MORSU CANIS *rabidi.*

Vetula qvædam Elisabetha N. dicta, morsa erat à cane rabido, qvi bina vulnera in brachio dextro ipsi impresserat dentibus, satis profunda cum ingenti dolore. Ergo ego consultùs svadeo, ne venenum altiùs penetrando totum corpus occuparet, & malignam suam qvalitatem principibus membris, imprimis cerebro & cordi communicaret, ut accito Chirurgo partes sauciatas probè scarificaret, appositis cucurbitulis cum multâ flammâ.

Facta scarificatione, cæpa in cineribus cocta, postea contusa

tusa & theriaca optimè permista, instar pultis loco affecto apponeret.

Item, qvo venenum magis foras expelleretur, jubeo, ut ei exhiberetur seqvens sudoriferum.

℞. *Aqv. scordij,*
scorzoneræ ana ℥iß.
Mithridatij ℈ij.
Aceti bezoardici ℥ß.
Spir. vitrioli gutt. v.
Misce.

Ad muniendum Cor & reliqva viscera, ne ita facilè venenum admitterent, bis in die de seqventi Electuario ad magnitudinem minoris juglandis ei exhibeatur.

℞. *Conserv. scordij,*
acetos. citri,
rosar. ana ℥vj.
Terr. sigill.
Rad. angel.
Zedoar. ana ℈ij.
Spec. liber. sine aloe & myrrh.
Theriacæ Andromachi,
Electuarij diascordij Fracastorij ana ℥ß.
Syrup. de scordio,
& acetosit. citri, q. s.
Fiat Electuarium.

Multos morsos à canibus rabidis solo Aceto Becoardico curavi.

Alios, sola rad. gentianæ, cujus dosis fuit ℥j. in Aqva scorzoneræ vel scordii, qvæ radix contra venenum est magnum adjumentum, imprimis contra morsus canum rabidorum.

Vulnus per binos menses vel ulterius apertum teneatur, ut tanto melius venenum emanare possit.

OBSERVATIO & CURATIO XXIII. DE SANGVINIS CONcreti dissolutione.

Michael Kruger, minister Senatus Stolbergensis, noctu in cella vinaria à qvibusdam efferatis civium Filiis fuste vel thranopede (id est, mit einem Banckbeine) dedolatus erat toto corpore. Unde tertio die demum ad me veniens

niens, de gravi pectoris compressione & punctione, cum aliqvâ anhelitûs difficultate conqverebatur. Qvæ omnia cùm ex sangvine concreto circa thoracem collecto, provenire facilè intelligerem, idcircò ad illius dissolutionem ordinavi seqvens pulviusculum:

℞. *Rad. pimpinell.* ʒj.
Spermat. ceti ℈ij.
Mumiæ ʒß.
Sangvinis hirci præparati,
Laccæ rubræ,
Rub. tinctor. ana ℈j.
F. pulvis subtiliss. & dividatur in duas partes æqvales.

℞. *Aqv. chærefolij* ℥iij.
Oxymel. s. ʒvj.
Spir. Vitrioli gutt. v.
Misce. S. Wasser zum Pulver.

OBSERVATIO & CURAT. XXXIV.
DE SUPERFLUIS VIGILIIS.

Filiolus septem tantùm mensium Christophori Schultzen/ Agricolæ Gersbaccensis, per multos dies vigiliis vexabatur, ita, ut nunqvam tempore noctis somnum caperet. Parentes veriti de occasione majoris periculi, si vigiliæ ita perseverarent, molestæ illi essent de somno conciliando, sollicitè apud me institerũt. Qvibus ego gratificaturus seqventi ungvento tempora puеruli inungenda mandavi.

℞. *Ol. lactucæ*,
Violar. ana ʒß.
Ol. nuc. mosch. expreß. ℈ß.
Sem. papav. ℈j.
Croci. ℈ß.
Ceræ q. s.
F. Ungventum.
Vide Pract. Medic. pag. 59.

OBSERVATIO & CURATIO XXXV.
DE DEFECTU LACTIS.

Mater mea Barbara Grülingia, qvæ ex Dei benigni-

nignitate Patri meo peperit decem proles, ne lac deficeret, semper post partum uti solebat Lacte vaccino decocto cum hordeo excoriato & contrito paulatim, (id est Gersten-graupen) qvo instar miraculi Lac ad mammillas veniebat.

Cibi erant plerunq; ova sorbilia, carnes vitulorum, agnorum, gallinarum, turdorum, perdicum, tùm assæ, tùm jurulentæ. Comedebat sæpè oryzam, Pastinacæ radices in jusculo pulli, amygd. dulc.

Vere & æstate utebatur Lactuca, aliqvando etiam bibebat sem. anisi, fænic. cocta in Lacte vaccino. Et sic nunqvam de defectu Lactis, sed magis de abundantiâ conqvesta est.

Aliis præscripsi:

℞. *Sem. trifol. prat.*
anisi,
fæniculi,
sesami,
papav. albi ana ℥ſ.

F. pulvis. Dosis ʒi. ante cibum in vino vel decocto cicerum rubrorum. Lapid. Chrystallor. præparat. ad ℈ſ. vel ℈i. sumpt. ad mentem Theophrasti, Lac auget.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVI.

DE EXUBERANTIA Lactis.

IN hoc Affectû stat cura in abstinentiâ, parum igitur comedendum & bibendū.

Si sangvis abundet, fiat flomina de Saphæna.

Adhibeantur postea desiccativa & resolutiva.

Nostrales mulieres in usu habent fæces, vel vini, vel cerevisiæ, qvas in pannis mammis superimponunt.

Qvidam inungunt Mammas Ol. myrtillorum.

Alii aqvam menthæ superimponunt, vel vinum calidū.

Qvidam pannum lineum cera illitum adhibent.

Ungvent. Pomad. Ol. violar. vel lilior. albor. in qvo parum pulveris tutiæ mixtum, valdè prosunt.

Meum experimentum, & qvod in meis arcanis qvasi habeo, est seqvens.

℞. *Farin. fabar.* ℥iij,
Ol. rosar.
Aceti acerrimi ana q. s.
ad incorporandum & epithemetur.

Rapistrum comestum habet naturam desiccandi Lac. Hoc probavi in scropha, inqvit Colerus, cujus fœtus post sumtionem mane periit.

Obstetrices Belgicæ lac exsiccant in puerperis panno lineo, oleo raparum intincto, undiq; mammillis imposito, aliumqve pannum lineum melle intinctum, primo panno superimponunt.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVII.

DE RUPTIONE PERINæi & spatij, qvod est inter anum ac pudendi rimam.

INterdum accidit in partu difficili, ut perinæum & spatium, qvod est inter anum ac pudendi rimam, rumpatur, & vulva & anus unum foramen fiat, qvæ laxitas & amplitudo potest esse sterilitatis causa, interdum procidentia uteri, & præterea hoc vitium tales mulieres viris ingratas reddit, ut innuit Hippocrates de natura mulierum.

Hoc vitium si puerperis obveniat, omnem operam adhibent, ne divulgetur, inde plerunqve ablegat Nutrices, qvæ non aperientes, nomen ægrotantium puerperarum Medicos consulunt. Qui iis gratificaturi plerunqve præscribere soleant seqventia.

℞. *Rad. consolid. major.*
Boli armeni,
Sangvinis Dracon.
Balaustiar.
Aluminis,
Mastichis ana ℥ß.
Pulverisentur, mixta pessario ex gossyppio facto illinantur.

Vel:

℞. *Sangvinis Dracon.*
Boli armeni,
Cort. granat. malor.
Alu-

Aluminis,
Mastichis,
Gallar. ana ℥ß.

Pulverisentur & cum aqva chalibeata misceantur, & mixtura ea pessarium illinatur.

Vel:

℞. *Herb. plantag.*
Fol. qvercuum,
Flor. verbasci ana Mß.
Cort. granator.
Balaust.
Sumach. ana ℥ß.
Aluminis ℥j.

Coqve & decocto pudenda foveantur:

℞. *Consol. major.* Miiij.
Flor. verbasc. Mj.
Aqv. q. s.

Fiat balneum, cui ægrota insideat usqve ad pudenda.

Verus processus sanandi hoc vitium est talis.

Qvando uterus in hoc affectu (qvod plerunqve fieri solet) exit, partes illæ affectæ vino calido, in qvo butyrum resolutum fuerit, foveri debent, qvousqve uterus emollescat, & tunc leniter hic reponendus erit, postea perinæum ruptum, tribus locis vel qvatuor, filo sericeo secatur: pannus lineus utero, juxta ipsius magnitudinem imponatur: postremò liqvidâ pice oblinetur: nam ob hujus gravem odorem uterus retrahitur. Tandem ruptura pulvere ex consolida utraqve & cumino superinsperso curatur.

Puerpera autem in lecto collocanda est, sic, ut pedes elatiores habeat: ibi ad dies octo vel novem continuas decumbet, cibum capiet, alvi excrementa, urinamq; reddet.

A balneo abstinebit, item ab iis omnibus, qvæ tussim movent, & à cibis qvi non facilè concoqvantur.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVIII.

DE VERTIGINE.

CHristophorus Bartholdus Steinmetz Vir 40. annorum, cùm

cùm tempore hyemis in foro Northuſano cum fratre ſuo colloqvens diu commorâſſet, & ita cerebrum infrigidâſſet, conqveſtus eſt, domum tediens de Vertigine, ad qvam aliàs inclinatus erat. Cùm igitur à me vocato conſultationem peteret, & ego cognoſcerem, hunc affectum oriri à causâ frigidâ, caput hoc pacto evacuandum inſtituo.

℞. *Cremor. Tartari,*
Tartari vitriolati ana ℈iſ.
Syrup. de ſtæchad.
d. betonica ana ℥j.
Aqvæ beton. ℥iſ.
Miſce. S. Weichpulver auff zweymal.

℞. *Extracti Panchymagog.*
agarici,
cochiar. ana ℈ſ.
Ol. macis,
rutæ &
fœnic. ana gutt. j.
F. pil. Nro. IX. cum ſyrup. d. ſtæchade.

℞. *Herb. origan.*
beton.
ſorpill.
pulegij,
thymij,
ſalviæ ana Mj.
roriſmar. Mſ.
Flor. roſar. rubr. Mj.
Cort. arant.
citri ana ℥ſ.
Sem. fœnic.
aniſi ana ℥vj.
coriandr. ℥ſ.
Rad. pæon.
Ireos Flor.
Da inciſa & contuſa in Chartâ pro balneo.

℞. *Spec. diambr.*
diamoſch. d. ana ℥ſ.
Extract. angelicæ,
acori ana gr. vj.
Croci gr. iij.
Ol. fœnic.
anthos,
majoran. ana gutt. ij.
Sacch. diſſolut. in aqvâ meliſſ.
& majoran. ana q. ſ.
F. rotulæ, qvarum aliqvot manè & veſperi ſumantur.

Juſſi qvoqve, ut bis tervé in ſeptimanâ ſumeret partem unam nucis moſchatæ conditæ, ac

ac tempora illiniret Balsamo Apoplectico.

Item ut in introitu lecti deglutiret gran. viij. olibani puri, vel mastichis, & semper ad claudendū ventriculum; post cibum caperet aliqvot grana coriandri saccharo obducti.

Atqvi hoc cùm aliqvot septimanas observâsset, & modo præscripto usus fuisset diligenter, curatus est.

Acu undiqve perfode Nucem moschat. & macera eam per noctem in vino, manè partem qvartam de eâ edito, mirè confert vertigini, & memoriæ læsioni.

Frater meus Andreas Grülingius, Pastor Breitungensis, cùm aliqvando per multas septimanas laboraret vertigine, & multis medicamentis frustrà usus fuisset, solo hoc remedio tandem curatus fuit.

Recepit aliqvot nuces moschatas, & qvamlibet in qvatuor partes divisit, deinde qvotidiè manè tamdiu partem unam masticavit, donec omnis succus extractus fuerit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIX.

DE VERTIGINE CUM læsione memoriæ.

Anno 1624. Dominus Johannes Küchenmeyer/ tunc temporis Theologiæ Studiosus, (qvi, ut audio, post multos annos, nescio ob qvam causam, vel qvâ occasione, in bello factus est Dux Legionarius, id est, ein Obrister über ein Regiment Soldaten) in dentium dolore curat sibi ab imperito Barbitonsore post aures cauterium poni, ex cujus usû cùm vertigine memoria hebes & debilis facta. Metuens igitur, ne majus malum subseqveretur, venit ad me maximoperè petens, ut sibi medicamento qvodam salutari subvenire vellem. Præscribo igitur seqventia.

Pro evacuatione.

℞. *Decoct. aperit alterat.* ℥iij.
Infunde per noctem
Rhabarb. ʒij.

Ecce *Fol.*

Fol. sena ℥iiſ.
Spicæ Indicæ ℈ſ.
Spir. vitrioli gutt. vj.
Syrup. d. cort. citri,
Roſat. ſolutiv. ℥i.
Fiat hauſtus.

Evacuato hoc modo corpore, poſtea pro confortatione cerebri has rotulas ordinavi:

℞. *Cubebar.*
Cardamom. craſsè inciſ. ℨj.
Nuc. moſchat. ℈ij.
Sem. cymini,
Spec. diambr. ana ℨſ.
Succini albi ℈j.
Ol. aniſi gutt. v.
nuc. moſchat. gutt. ij.
Ambr. Orient.
Moſchi ana gr. ii.
Sacch. albi in aqva meliſſ. & majoran. diſſol. q. ſ.
F. Rotul.

De his rotulis 6. ſingulo manè ſumebat. Juſſi qvoqve, ut cum pranderet, juſculis nonnihil inſpergeret pulveris cymini. Item, ut paratũ haberet Nodulum, cui incluſum eſſet Nigellæ ſemen aceto priùs irroratum, huncqve freqventer manibus geſtando odoraretur.

OBSERVATIO & CURATIO XXXX.

DE VERTIGINE ET MEmoriæ imbecillitate.

Dominus Johannes Kelner, Præfectus Qvenſtenbergenſis, Vir qvadragenario major, conqverebatur ſe crebrò affici vertigine, nec non memoriam (qvæ tamen antea aliqvot annos ſatis vegeta & tenax fuerit) valdè imbecillem jam nunc habere. Obnixè ideò petebat, ut ſibi aliqvod remedii genus ad confortandum caput præſcriberẽ. Cujus petitioni ergò annuens ſeqventem Trageam, non tamen priùs uſurpandam, qvàm caput convenientibus pilulis evacuâſſet, ei ordinavi:

℞. *Nuc.*

℞. *Nuc. mosch.*
cubebar.
cardamon. ana ʒj.
Majoran. sicc.
Flor. rosmarin.
Lavand.
beton. ana ℈ij.
Succini albi ʒß.
Sem. anis.
cymini ana ʒß.
Sacch. rosat. tabul. ad pondus omnium.
M. F. Tragea.

OBSERVATIO & CURATIO XLI.

DE ASPERITATE linguæ.

NObilis qvidam Tobias à Mitschefall in Stöcken/ cùm haberet lingvam asperam & siccam cum rimis & fissuris, & me, (qvi tunc temporis Bodungæ verſabar apud Nobilē Henricum List) in consilium vocaret, præscripsi priùs tamen sectâ venâ, & præmissâ purgatione, hæc seqventia:

℞. *Fol. violar.*
malvæ,
hybisci,
lactuc.
plantag.
Aqu. q. s.
Coqve ad remanentiam ℥iiiß. cola & adde
Mucilag.
Sem. malvæ, extract. cum aqva malvæ,
Mucilag.
Sem cydon ana ʒß.
Syrup. violar. ʒiß.
jejub.
Rob mororum,
nucum,
ribium ana ℥vj.
Misce. S. Safft.

OBSERVATIO & CURATIO XLII.

DE DENTIUM DOLORE.

PHilippus Udalricus, Rectoris Northusani famulus, cùm ὀδονταλγία laboraret, & à me consilium peteret, illi topicum hoc remedium præscripsi.

℞. *Mastich.*
Sem. Staphisag. ana ℨij.
hyoscyam. ℈j.

F. duo globuli in panno lineo unum post alterum masticabat, & pituita magna copia ex ore effluebat, & ita liberatus est à dolore cum qvadam admiratione. Vide meam Medic. Pract. pag. 136.

OBSERVATIO & CURATIO XLIII.

DE EXITU UMBILICI.

Sororis meæ Filia eminentia umbilici laboraret, & illâ debito modo reducta esset, apposui seqvens Emplastrum, qvod partes laxas restringit, & solutas conglutinat.

℞. *Gum. Arab. trag.*
Mastichis,
Boli Armeni,
Sangv. Dracon.
Glutinis piscium ana ℨij.
Thuris ℨiij.
Picis Græc. ℨj.
ovalis ℨij.
Mumiæ ℨiij.
Ol. hypericon. q. s.
Ceræ parum.

F. Emplastrum.

OBSERVATIO & CURATIO XLIV.

DE LACTE IN GRUMAS converso.

Cum mei Filii Philippi Gerhardi Grülingii Practici in patria Stolbergæ Uxor ex ira incandesceret, sentit ipsâ paulo post Lac in mammis, (lactabat enim tunc temporis puerum) statim in grumas converti. Venit igitur ad me consultandi gratiâ, cui seqventibus gratificaturus subvenire volui.

℞. *Rad. althææ,*
lilior. albor. ana ℨiij.

Ficuum Nro. xx. decoqve in aqva donec mollescant, cola

eola postea & adde axungia porcina, aut butyri sine sale, q. s. ut fiat Emplastrum, qvod superimponatur.

Cum tenderet ad suppurationem, adjuvi naturam Emplastro Diachylon.

Paulò post ruptum est Apostema, qvod consolidatum est Emplastro Diasulphuris Rulandi.

Oleum ovorum est præstantissimum remedium ad consolidandum qvoslibet obscessus & vulnera.

OBSERVATIO & CURATIO XLV.

DE ANGUSTIA ET COMpressione pectoris.

Rustica qvædam mulier, qvadragenariâ major, in pago Roßleben/ conqvesta de ingēti compressione ac angustiâ pectoris, unà cum capitis dolore periodico, meo utebatur consilio, cui hanc decoctionem ordinavi:

℞. *Rad. Angel.*
Ireos Flor. ana ℥ß.
Enulæ ℥j.
Herb. scabios.
veronicæ ana Mil.
hyssopi,
salviæ,
betonicæ ana Mß.
Baccar. juniper. ℥vj.

Incisa minutim omnia coqva in cerevisia, hujusqve dabantur singulo manè ℥iiij. continuando per septem dies.

OBSERVATIO & CURATIO XLVI.

DE TUSSI.

Philippus Reiff/ civis Stolbergensis, tussim gravem per aliqvot dies passus cum pectoris angustiâ, meum rogabat consilium & auxilium, cui seqventem pulverem, qvi optimè contulit, præscripsi.

℞. *Sacchari candi albi* ℥iiii.
Instill. Balsami Sulphur. ʒij.
Cremor. Sulphuris ʒj.
Misce.

Affini meo, Valentino Börner / arte sua Sartori in Urbe Imperiali Northusâ, cùm valdè tussiret, alio tempore præscribo seqventia.

℞. *Sacch. candi albi* ℥iiij.
Spec. diatrag. frig.
diaIreos,
diapapav. ana ʒß.
Balsami Sulphuris ʒj.
Ol. anisi,
fenic. ana ℈ij.
Misce.

Alio tempore alii ferè ad eundem modum præscripsi:

℞. *Lactis Sulphuris* ʒij.
Rubini Sulphuris ʒß.
Spec. diatrag. frig. ʒiß.
Sacch. candi albi ℥iiij.
Penidij ʒj.
Flor. benzoi gran. v.

Beneficio gummi trag. dissol. in aqvâ farfaræ fiant trochisci instar bechialium.

S. Hustküchlein.

OBSERVATIO & CURATIO XLVII. DE DELIRIO EX FEBRE.

Peregrinus qvidam Nobilis Noribergensis febre ardente laborabat, unà cum delirio & vigiliis. Magistratus igitur Urbis Stolbergæ jubebat, ut in Xenodochium, vel domum pro recipiendis ejusmodi ægrotantibus constructam deportaretur, & ut ego juveni illi febricitanti & deliranti aliqvid remedii præscriberem, ergò anacollema seqvens ordinavi:

℞. *Aqv. plantag.*
verben.
persicar. ana ℥iiij.
Aceti rosac. ℥ij.
Ol. rosat. ℥j.
Lapidis prunellæ ʒj.

Lintea in hâc aqvâ calefacta, leviterqve expressa, tepidè fronti & temporibus applicentur, exsiccataqve renoventur.

Mirum

Mirum, qvantum contulerit, seqventi enim die statim ad sanitatem & saniorem mentem rediit, depulso omni delirio.

Verùm qvia debilis adhuc erat, ordinavi illi has aqvas cordiales, pro virium restauratione.

℞. *Aqv. flor. citri,*
Borrag.
Bugloss. ana ℥ij.
Cardbenedict.
Endiviæ,
cichor.
acetos. ana ℥j.
Syrup. acetos. citri ℥iß.
C. C. Philosoph. præpar.
Magister. corall. ana ʒj.
Spirit. vitrioli q. s.
Ad acorem.

Elapso octiduo, cùm jam pulcrè sibi prædictus Nobilis videbatur restitutus, integreqve sanitatem adeptus, citiùs, qvam par erat, aëri frigidiori sese committens, profectionem ad lares paternos instituebat. Verùm vix qvadranti milliari peracto, occupabatur totum corpus ingenti lassitudine, cum multis symptomatibus, ut vomitione continua, &c.

Unde in urbem reductus deniqve meum consilium efflagitabatur. Ego igitur vomitiones hoc Emplastro, ventriculo imposito, statim sic repressi.

℞. *Fermenti acris* ℥iiiß.
Pulver. menthæ,
mastichis ana ʒß.
Garyophyll. ℈ij.
Adde acet. rosac. ad irrorandam materiam q. s.

Extendatur supra pannum lineum, & calidè stomacho admoveatur.

Represso vomitû, dedi ego hoc sudoriferum:

℞. *Aqv. cardbened.* ℥iij.
Corn. C. Philosoph præp. ℈j.
Spir. C. C. gutt. xx.
Misce.

A sudore ad virium confortationem, qvæ per recidivam illam morbi valdè debilitatæ fuerant, obtuli ei hoc conditum:

℞. *Con-*

℞. *Conserv. rosar. cum Spir. vitrioli* ℥vj.
borrag.
bugloss.
Anthos,
Violar. ana ℥ſ.
Morsul. citri minut. incis. ℥vj.
Pulp. citri ℥ſ.
Margarit. præpar.
Corall. præpar. ana ℈ſ.
Spec. diamarg. frig. ʒj.
Syrup. acetos. citri q. s.
Fiat conditum.

Et sic tandem ad pristinam sanitatem feliciter integrè reductus est, magnis Senatui actis gratiis pro curatione ac sumptibus factis & erogatis.

Multos curavi delirantes ex Febre malignâ, solâ Tincturâ Lunæ.

OBSERVATIO & CURATIO XLVIII. DE ULCERE ANTIQVO in Crure.

Mulier qvædam vetula, & in Nosocomium recepta, ulcus antiqvum in dextro crure habebat, conjunctū cum dolore qvodam lancinante, & totum pedem occupante.

Hujus curam qvamvis Barbitonsor aggressus, nunqvam tamen ad consolidationem ulcus dictum perducere potuit. Unde cum in causa esse impuritatem sangvinis conjicerem, qvo minùs ex voto consolidatio succederet, idcirco hanc decoctionem sangvinem mundificantem, ac pravos humores è corpore exturbantem, illi præscripsi:

℞. *Rasur. ligni Gvajaci* ℥iiij.
Rad. sarsaparill. ℥ij.
Polypodij ℥j.
Herb. fumar.
Lupuli ana Mſ.
Cuscut. p. j.
Ebuli Mj.
Cort. rad. helleb. nigr. ʒij.
Fol. senæ ℥j.
Sem. anisi ʒij.
Spic. Indic. ℈j.

Incisa coqve in cerevisiâ: hujus decocti singulo manè ℥iiij. ebi-

ebibantur, continuando per septem dies.

Qvo absumpto, sicqve corpore benè purgato, felicissimè, ut mihi barbitonsor ille, qvi curæ ejus præerat, narravit, postea carnis in ulcere generatio, tandemqve & ejusdem consolidatio successit.

OBSERVATIO & CURATIO XLIX.

DE TUSSI AC PHTHISI incipiente.

JUvenis qvidam sutor è peregrinis locis Stolbergam veniens, ibiq; Artem suam sartoriam exercens, vexabatur tussi ingenti, unà cum difficultate anhelitûs, totius corporis atrophiâ, nauseâ, aliisq; symptomatibus, pedes qvoqve illius per intervalla intumescebant. Cumqve videretur hic ad phthisin proclivis, ordinata ei fuerunt seqventia medicamenta pectoralia.

℞. *Herb. veron.*
scabiosæ,
heder. terrestr.
pulm. macul.
hyssopi,
tussilaginis ana Mj.
Radic. elenij,
polypod.
glycyrrh.
ungul. caball. ana ℥ß.
Sem. anisi,
fænic. ana ʒvj.

Incisa & contusa coqve in cerevisiâ communi, de qvâ qvotidiè manè haustum unum calidum bibebat.

A meridie verò circa horam qvartam subinde ℈ij. plus minusvé de seqventi pulvere capiat:

℞. *Balsam. vel rubini sulph.* ʒij.
Impastetur cum sacch. candi albi ℥ij.
Pulv. succi liqvirit.
rad. elenij,
Ireos Flor.
Lactis sulphuris ana ℈ij.
Spec. diatr. frig. ʒj.
Fiat pulvis.

OBSERVATIO & CURATIO L. DE MORBILLIS.

Domini Jacobi Happen/ Senatoris Stolbergensis Filia, annorum viginti, morbillis corripiebatur, cum insigni æstû, dolore capitis, nauseâ, atq; anxietate totius corporis, à qvibus paucorum dierum spatio liberabatur, usurpatione diligenti seqventium medicamentorum rogatû patris, qvæ illi præscripsi:

℞. *Aqv. fumar.* ℥ij.
Spiritûs Tartari ʒj.
Misce. Sudet inde per bihorium, si poterit.

Sumat qvoqve freqventer de hac emulsione.

℞. *Sem. nasturtij* ʒiij.
aqvilegiæ,
naporum ana ʒß.
C C Philos. præp. ʒiß.
Magister. corallorum ℈ij.
Pulv. cordial. temperat. ʒß.
Spiritûs C. C. gutt. x.

Semina terantur in aqva Capill. vener. & cardbened. ad ℥vij. *emulsionis, postea addantur species.*

OBSERVATIO & CURATIO LI. DE CATHARRO SUFfocativo in Infante.

Valentini Borners Civis & Sartoris Northusani, Filiolus natus novem menses, catharro suffocativo corripiebatur; Cui rogatus seqvens lambitivum obtuli:

℞. *Mannæ elect.* ʒvj.
Ol. amygd. d. recens expr. ʒj.
Succi liqviritiæ ʒj.
Spermat. ceti ℈j.
Sacch. candi ℥ß.
Dosis cochlear parvum.

OBSERVATIO & CURATIO LII.

DE

DE ALBO FLUORE uterino in muliere.

Mulier qværdam qvinqvagenaria in Pago Breitungen / per duodecim menses passa fluxum menstruum album, conjunctum cum acrimoniâ qvadam, nec non debilitate totius corporis, ac appetentia prostrata, ad me Fratrem meum Pastorem illius loci, mittit. Cui ego decrevi hanc decoctionem, Uterum abstergentem ab omnibus corruptis humoribus.

℞. *Rad. bryon.*
Ireos,
fænic. ana ℥j.
Herb. artemis.
sambuc.
hyssop.
absinthij ana Mj.
Bacc. juniper.
Sem. anisi,
fænic. ana ʒij.
Fol sen ℥j.
Agarici ʒij.
Tart albi ℥j.
Cinamomi,
Garyoph.
Spic. Indic. ana ʒß.

Incidantur & contundantur omnia, & superfundatur vini q. s. Postea exprime & cola.

Dosis cyathus unus parvus singulis auroris. Circa vesperam verò, horam nimirum qvartam, parum de seqventi pulvere devoret.

℞. *Fæcul. bryoniæ* ℈ij.
Radic. Cyperi,
Succini albi ana ʒj.
Fol. siccat. artemis.
melissæ,
Cinamomi ana ℈iiß.
Salis absinthij ℈ij.
juniperin. ʒß.
Fiat pulvis.

OBSERVATIO & CURATIO LIII.

DE LACHRIMIS CALIdis cum rubedine oculorum.

Civis qvidam Northusanus, artem pictoriam ibi exercens 40. circiter annorum, in

pharmacopolio, dum nescio, qvid pro ægrotis medicamentorum ordinaveram, me consulens, præscribi cum postularet aliqvod auxilium contra lachrymas oculorum calidas, conjunctas cum insigni rubedine eorundem, qvibus per 14. dies affectus erat.

Ego petitioni illius inniens, has pilulas pro capitis evacuatione commendavi.

℞. *Maß. pil. aurear.*
Aloë phangin. ana ʒß.
Ol. macis gutt. ij.
F. pil. cum aqva betonicæ.
Nro. xx.

A capitis purgatione svasi ei, ut cucurbitulas binas scapulis seu dorso sibi affigi, curaret ad revellendum fluxum.

Tandem hoc collyrio uteretur instillando sensim aliqvot guttulas oculis.

℞. *Aqv. rosar.*
Euphras. ana ℥j.
Tutiæ præp. ʒß.
Sacch. Saturn. ℈ß.
Sumach. ʒiß.
In nodulo ligat. & hisce aqvis imposit. Misce.

OBSERVATIO & CURATIO LIV.

DE ULCERE ANTIQVO in Crure sævissimisq; doloribus.

DOmini Magistri Arnoldi Zeitfuchs Uxor, qvinqvaginta aliqvot annorum, per plures annos ulcus inveteratum in Crure passa, qvod nunqvam consolidari potuit, nunc in illo maximos dolores pungentes, & lancinantes sentiebat, ex acribus salsis & mordacibus humoribus, ad partem affectam fluentibus, ac nervos & membranas musculorum vellicantibus. Ab his doloribus dum liberari cuperet, meum consilium rogabat.

Ego massam sangvineam expurgandam ita aggredior, ordinato hoc decocto.

℞. *Rad. cichor.* ℥ij.
Herb. fumar.
Summitat. lupul. ana Mj.
Flor.

Flor. Cichor.
Violar.
Bugloß.
Ceterach. ana p. j.
Epithymi,
Cuscut. ana ℥ij.
Fol. senæ ℥i.
Rhabarb. ℥iij.
Cryſtall. Tartari ℥iiſ.

Inciſa minutim ſingula coqve in ſero lactis caprini, & de hoc decocto qvotidiè cyathus unus bibatur, idqve per octo dies.

Abſumpto hoc decocto bis ſudorem provocavit, ſeqvẽti:

℞. *Aqv. Fumar.*
Cardbened. ana ℥ij.
Spir. ligni gvajaci ℈ij.
Miſce.

Tandem expurgata fuit ſeqventibus:

℞. *Pulver. Galapiæ* ℈j.
Rhabarb. gran. viij.
Tartari vitriolati ℈j.
Ol. aniſi,
fænic. ana gutt. j.
Miſce. S. Purgierpulver.

Multos Dei gratia curavi in ejusmodi affectibus, præmiſſis præmittendis, ſolo Spiritu vel Tinctura ligni Gvajaci.

Hoc etiam facit Oleum & Emplaſtrum Diaſulphuris Rulandi, qvibus binis medicamentis præſtiti multa admiranda.

OBSERVATIO & CURATIO LIV.

DE CATHARRO SALSO, *ad pectus & pulmones delabente.*

Ego cùm diu in Aula Stolbergica hæſiſſe, & multa pocula exhauſiſſem, accidit, ut paterer vehementiſſimam tuſſim, ob excitatum fluxum humoris tenuis & ſalſuginoſi, à capite ad pectus deſcendentis, adeò, ut noctu dormire non poſſem, ſumpto igitur de ſeqventi mixtura freqventer pauxillo non minus tempore ſomni, qvàm interdiu, à moleſta hac affectione ſpatio bidui liberatus fui.

℞. *Conserv. rosar.* ℥iij.
Boli Armen. præp. ʒj.
Terræ sigillat. ʒß.
Spir. Sulphuris acidi ℈j.
Misce. F. Electuarium.

OBSERVATIO & CURATIO LV.

DE RAUCEDINE.

Dominus Valentinus Meyer, Præfectus frumentarius in Kelbra, cùm raucedine vocis afficeretur, meum rogitabat consilium, cui ego seqvens Lambitivum præscripsi.

℞. *Syrup. jujub.*
violac. ana ℥iß.
Pulver. succi glycyrrh. ʒj.
Extract. scabios. ʒß.
Lactis Sulphuris ℈ij.
Spec. diatrag. frigid. ʒj.
Spir. Sulphuris ℈ß.
Misce. F. Eclegma.

Verùm cum ante aliqvot dies, stomachi qvoq; nec non capitis dolorem sentiisset, suasi, ut corpus evacuaret, pilulis subscriptis:

℞. *Extr. pilul. cochiar.* ℈j.
De essent. aloës ℈ß.
gummi gutt. gran. ij.
Ol. cinamomi gutt. ij.
Cum aqva beton. f. pil. Nro. xv.

Postea utebatur seqventibus morsulis pro stomachi & capitis corroboratione.

℞. *Cinnamomi acuti* ʒiß.
Galang.
Nuc. mosch. ana ʒj.
Cort. citri condit. ʒij.
Spec. aromat. ros. Gabriel. ʒß.
Cum sacchar. q. s. dissolut. in aqva cinamomi, adde in fine
Ol. macis gutt. v.
Misce. F. morsuli.

OBSERVATIO & CURATIO LVI.

DE DOLORE ILIACO.

Civis qvidam Stolbergensis, triginta annos natus, corripitur dolore iliaco: cujus qvidem

qvidem signa erant, alvi arctu constipatio septuana, rugitûs ventriculi & tormina acerbissima, inqvietudo maxima, nec non omnium esculentorum potulentorumqve vomitus enormis. Cùm igitur septimus esset dies, qvo miser ille homo, ne tantillum per alvum excrevisset, & ob flatuum distentionem, vix præ doloris magnitudine in lecto contineretur, svadeo ilicò hujus Clysteris injectionem.

℞. *Rad. althææ,*
lilior. albor. ana ℥vj.
Herb. malvæ,
mercurial.
branch. ursin.
violar. althææ ana Mj.
Flor. chamomill.
meliloti ana p. j.
Sem. lini,
fænugr. ana ℥vj.
althææ,
malvæ ana ℨii.
Coqve in s. q aqvæ ad ℥xij,
Colatur. adde
Elect. benedict. laxat. ℥j.
Ol. amygd. d.
Chamomill. ana ℥ſ.
lilior. ana ℨiij.
Salis communis ℨj.
Misce. F. Clyster.

Per os dabatur ad majorem emollitionem seqvens decoctum:

℞. *Herb. malv.*
violar.
chamomill. ana Miſ.

Coqve in aqva communi, adde butyri non admodum saliti parum.

Item venter ad doloris mitigationem exterius inungebatur hoc:

℞. *Ungvent. dialth.*
Ol. chamomill.
lilior. albor ana ℥j.
Pingved. anatis,
Butyri sine sale ana ℥ſ.
Ol. ceræ ℨj.
Ceræ parum.
F. ungventum.

OBSERVATIO
&
CURATIO LVII.
DE RAUCEDINE VOCIS.

Domi-

Dominus Johannes Barcke / Pastor Kollebiensis sexagenarius, ingenti vocis raucedine afficiebatur, qvam amoliri præscriptione hujus Eclegmatis conatus sum.

℞. *Loch. san. & exper.* ℥iß,
Syrup. d. jejub.
violar. ex succ. ana ℥j.
Extract. liqvirit. ʒiß.
scabios. ʒß.
Flor. Sulphuris ℈ij.
Spec. diatr. frig. ʒj.
Rubini Sulphuris ℈j.
Ol. hyssop.
anisi ana gutt. iij.
Misce. Fiat Loch.

Cum hoc per octiduum usus fuisset, vocis raucedo evanuit, & sic ulteriore medicatione non habuit.

In alio usus sum seqventi Electuario:

℞. *Syrup. d. hyssop.*
d. jejub. ana ℥iß.
Extract. liqvirit.
scabios.
Enulæ ana ℈iß.
Flor. Sulph. ter sublimat. ʒß.
Lactis Sulphuris ℈j.
Balsami Sulphuris gutt. xxx,
Misce, hoc valdè profuit.

Bechiæ hic laudabiles.

Item sacch. penidium.

Succus liqvirit. in ore contentus optimè juvat.

Vide meam Medicinam Practicam. pag. 196.

OBSERVATIO & CURATIO LVIII. DE RAUCEDINE VOCIS.

Dominus Johannes Lerche, Pastor Haselfeldensis, Raucedine ingenti cum tussiculâ crebrâ afficiebatur, ob defluxum humoris pituitosi è capite ad pulmones descendentis. Huic ego ordinabam hasce pil. sumendas.

℞. *Pil. aurear.*
cochiur. ana ʒß.
Diagridij gran. iij.
Ol. macis,
garyoph. ana gutt. j.

cum

tum aqv. beton.
Fiant pil. Nro. xix.

Expurgato igitur capite ad profligandam raucedinem, postea de hac decoctione qvotidiè unum haustum sumebat.

℞. *Rad. helenij,*
fænicul.
glycyrr. ana ℥ij.
Herb. scabios.
veronic.
hyssop. ana M j.
Sem. anisi,
fænic. ana ℥ß.
Ficuum Nro. ix.
Coqve incisa & contusa in cerevisiæ q. s. cola & usui reserva.

OBSERVATIO & CURATIO LIX.

DE ULCERE LINGVÆ.

Athenarius qvidam Vir qvadraginta annorũ, & Civis Northusanus, lingvam habebat exulceratam, exclam adeoqve tumefactam, ut neqve loqvi, neqve cibum aut potum sumere posset.

Continuè expuebat purulenta ac fœtida. Ab hoc affectũ, ut liberarem, cùm me rogaret, seqventia, qvæ optimè profuêre, Deo adjuvante, præscripsi:

℞. *Syrup. d. lupul.*
d. fumar. ana ℥j.
Aqv. cuscut.
Fumar. ana ℥iß.
Cremor. Tartari ℈j.
Tartari vitriolati ℈ß.
M. S. Weichtränckleín.

℞. *Extr. rhab.* ℈ß.
hell. nigr. gr. iiij.
Resin. galap. gran. v.
Diagrid. Sulphurati gr. ij.
Ol. anisi,
fænic. ana gutt. j.
F. pil. Nro. ix.

Purgato corpore utramqve Cephalicam maximo cum fructũ secuit.

Deinde pro colluitione oris.

℞. *Aqv. plantag.*
prunell. ana ℥iij.
fragor. rosar. ana ℥iß.
Diamor. ʒj.

Mell. rosat. col. ℥iß.
Salis prunell. ʒij.
Aluminis ℈iß.
Sacch. penid. ʒß.
Rosar.
Balaustiar. ana Mß.

Coqve parum, cola & usu reserva.

Alio tempore alii præscripsi in ulceribus venereis, præmissis tamen præmittendis, qvod multum valuit, seqvens medicamentum:

℞. *rosar. rubr.*
Balaustiar. ana Mij.
Gallar. ʒij.
Glandalar. ana ʒß.
Plantag. sicc. Miß.
Cortic. arant.
Alum. usti ana ʒiij.

Coqvantur in aqva plantaginis ad consumtionem tertiæ partis, adde colaturæ Meliis rosf. colat. ℥iij.

Fiat gargarismus in morbo Gallico sæpè probatus.

Vel ejus loco utatur ægrotus Ungvento Ægyptiaco, qvod dissolvatur in aqvâ plantaginis, & habeatur pro Gargarismate.

Porrò sudavit.

℞. *Rasur. lign. Gvajac.* ℥iij.
sassafr. ʒj.
Rad. Chinæ ʒiß.
Sem. Cardbened. ʒj.
cardu: Mariæ,
fraxini ana ℈iiß.
Coqve in s. q. aqv. ad ℥iiiß.
adde
Salis fumar.
Absinthij ana ℈j.

Detur mixtum pro duabus vicibus:

℞. *Spir. ligni Gvajac.* ʒß.
Detur convenienter.
S. Wässerlein / alle Morgen 20. Tropffen.

OBSERVATIO & CURATIO LIX.

DE ALVO CONSTIPATÂ in Gravidâ.

Mulier qvædam gravida annorum 30. per octidsum alvi obstructione laborabat, cui solvendo alia mulier

fiet ei exhibuit decoctum fol. sen. cum jusculo prunorum dulcium. Verùm cùm nec isto venter solveretur, meum auxilium imploratum fuit. Cui ego præscripsi seqvens:

℞. *Mannæ Calabrin* ℥j.
Cryftall. Tartari ʒj.
Dissolvantur in jure galli, & bibantur.

Qvo jusculo sumpto post horas tres optimè alvus laxata fuit, sine ullâ aut matris aut foetûs detrimento.

OBSERVATIO & CURATIO LX.

DE DEFECTU LOQVELæ ex lingvæ Paralysi.

Vir qvidam annorum 85. opificio Restiarius, defectum loqvelæ incurrit ex mollificatione, seu potiùs paralysi lingvæ, & jam qvarta erat septimana, qvâ ille hâc affectione detentus, me in consilium vocabat.

Ego qvamvis hanc curationem fore difficilem, vel potiùs inanem viderem, in sene decrepito, tamen ne opera mea ei deesset, primò præscripsi pilulas convenientes, qvibus caput & totum corpus leviter evacuaretur.

Deinde ordinavi seqventem mixturam.

℞. *Mithridatÿ* ℥ſ.
Rad. acori condit. ʒiij.
Zingib. albi condit. ʒiiſ.
Pulv. nuc. mosch. ℈ij.
Salis juniperin. ʒſ.
Subigantur omnia in mortario cum pistillo, instillando succi salviæ q. s.
F. Mixtura.

Ex hac mixtura ad avellanæ magnitudinem qvotidiè capiebat, sub lingvâ prius agitando, benè eam, postea sensim deglutiendo. Sumebat etiam ex meo consilio gran. V. Ol. succini albi cum aqvâ lavandulæ, vel Betonicæ. Nucham qvoqve eodem oleo inungendo.

Verùm hæc omnia parum profuerunt, qvippe bono illo sene tertio à curationis die annorum, jam pleno & viribus exhausto, piè & placidè obdormiscente.

OBSERVATIO & CURATIO LXI.

DE SCORFULA.

Civis qvidam Heringensis, opificio suo Sutor, habebat magnam strumam in collo, qvam vulgò scrofulam, Græci χοίραδα appellare solent, qvam talis difficultas degluttiendi & spirandi comitabatur, ut timeret suffocationem. Et qvamvis multis medicamentis usus fuisset; attamen nihil auxilii senserat, venit ad me maximopere rogans, ut ipsum ab hoc malo defædato liberarem, præscripsi igitur ipsi seqventia medicamenta:

℞. *Decoct. aperit. & alterativ. ana* ℥iij.
Fact. cum fol. senæ ℥ij.
Tartari albi præparat. ℥iiß.
Infunde per noctem,
Rhabarb. ʒj.
Agar. ʒß
Spic. Indic. ℈ß.
Factâ expressione, & colat.
Adde Elect. diaphan. ℥iß.
de succ. rosar. ℈j.
Syrup. solutiv. rosat. ℥ß.
Misce pro haustû purgativo.

℞. *Ol. Sulphuris Rulandi* ℥iß.
S. Oel.

Qvo calente strumam perungi curabam manè & vesperi, calidis linteis circumplicatis.

Post aliqvot dies iterùm exhibui purgatorium haustum, qvo semper multum expurgatus fuit à phlegmaticis humoribus. Atqve sic indies decrescebat tumor, ac in qvinqvaginta diebus totus evanuit, & nunqvam rediit.

Et sic in Praxi meâ, auxiliante Deo, hæc medicamenta feliciter & veraciter expertus sum.

Medi-

Medicum, qvi feliciter curare velit Strumas, oportet in hoc observare crescentiam & decrescentiam Lunæ, qvæ tempora Medico diligenter observanda sunt.

Ideo in hoc ægro curationem institui à Lunæ oppositione usqve ad conjunctionem; à conjunctione verò ad oppositionem intermisi.

OBSERVATIO & CURATIO LXII.

DE NODIS ET TOPHIS *præsertim Podagricis.*

In qvibusdam Affectibus, præsertim in podagricis, accidere solet, ut tumores duri, qvos Latini Nodos, Nodositates, Tophos, Græci πώρυς vocant, appareant: Hoc ad emolliendos, leniendos, discutiendos ac abigendos multo cum commodo usurpatur Oleum Sulphuris Rulandi, qvo calente manè, meridiè & vesperi hi tumores inunguntur, & desuper Emplastrum Diasulphuris Rulandi actu calidum applicatur. Atqve sic nodos emollir, discuti, & abigi, Praxis mea multiplici experimento me docuit. Laus sit Deo.

OBSERVATIO & CURATIO LXIII.

DE SCIRRHO.

Scirrhus est tumor: durus, sine dolore & sensû, ex humore crasso, viscido, lento frigidoqve, qvalis est humor melancholicus & pituitosus, partibus infixo ortus. Hôc affectû laborabat Uxor Domini Hieronymi Strenzelii, ante annos aliqvot Oppidi Stolbergæ poliographi, qvi etsi omnis doloris expers esset, attamen qvia in colligandis vestibus, (erat enim in latere dextro) valdè molestus existeret, ut

ut auferatur & curetur, sæpè me in consilium vocavit; verùm nunqvam hanc curam suscipere volui.

Chirurgi svaserunt sectionem qvam admittere noluit.

Præterea in hoc multa Mulierculæ machinatæ sunt, sed frustrà: Tandem ego iterùm accersitus ex misericordiâ erga proximum commotus, statuo hunc affectum vel nodum non aliter ac tutius tolli posse, nisi per medicamenta emollientia; maturantia & suppurantia, qvæ omnia præstat Ol. Sulphuris Rulandi, cum ipsius Emplastro.

Consentiente igitur Marito ordino in Officinâ seqventia:

℞. *Ol. Sulphuris Rulandi* ℥iiß.
S. Oel.

Hoc tumor scirrhosus manè & vesperi inunctus fuit, & postea Emplastr. Diasulphuris Rulandi imponebatur. Et sic tumor paulatim emollitus, maturatus, ruptus, & in ulcus versus est, ex qvo ulcere magna copia puris fætidi effluxit.

Tucundam deinde Oleolóvorum ulceri imposui, qvo paulatim conglutinatum, & ex toto præter omnium hominum spem, Scirrhosus & fœtidus hic tumor sanatus est.

Nota.

Cur prima vice vocatus curam hujus mali denegare voluerim, fuit ratio hæc: qvia mihi satis notum, scirrhos in latere dextro & vicinos Epati non sine periculo posse curari; Epar enim non patitur ejusmodi fortiora medicamenta, qvalia ad ejusmodi scirrhos reqviruntur.

OBSERVATIO & CURATIO LXIV. DE SCORBUTO.

Etsi morbus Scorbuticus apud Nos, uti in locis Maritimis, non adeò familiaris; attamen mihi aliqvot curæ istius affectûs in Praxi meâ obvenêre, qvas seqventi modo felicissimè,

me, Deo annuente, peregi.
Andreæ Gerlachs/ Civis Stolbergensis, Filius Martinus, qvi multos annos peregrinando consumserat, rediens domum conqveritur de tumore gingivarum, dentibus vacillantibus, ulcusculis innumerabilibus, fœtidissimis, ad os, palatum & fauces diffusis, spirandi difficultate.

Item de pedibus ædematosis, qvæ omnia signa morbi Scorbuti erant.

Ad hæc sananda rogatus igitur curam institui talem.

Primo corpus cacochymicum universali purgatione hac evacuavi.

℞. *Fol. senæ s. s.* ℥ij.
Rhabarb. ℥ß.
Cinamomi ℈i.
Irrorentur Olei Tartari per deliquium facti gutt. iiij.
Infunde in vini albi ℥ij.
Aqu. menthæ ℥ß.
Per horas xii. *tunc exprime:*
In expressione ebulliendo dissolve
Mannæ Calabrinæ ℥ß.
Colatur. clarificat. admisce succi citri ℥iij.
Essentiæ citri,
cinamomi ana gutt. ij.
S. in mundo fictili Purgiertrăncklein.

Hujus operatione multa & varia, eaqve graviter olentia, in magnâ copiâ dejecta sunt.

Postea pro colluitione oris præscripsi:

℞. *Aluminis* ℥ß.
Balaustiar. ℥iß.
Myrrhæ ℥ij.
Sacchari Candi ℥ij.
Coqvantur in aqva plantag. & eqviseti q. s.
Colaturæ adde
Mellis rosat. ℥iß.
Diamoron. Rob nucum ana ℥j.
F. Gargarismus.

Deinde sudavit.

℞. *Aqv. cardbened.*
cochleariæ ana ℥iß.
Spir. ligni Gvajaci ℈ij.
Tartari ℈j.
Misce. S. Schwitzunge.

Sudore exacto iterum purgavi.

℞. *Herb. cochl.* Mj.
fumar.
ceterach.
Flor. genist.

Cen-

centaur. minor. ana p. ij.
Cort. cappar. ℥v.
Fol. senæ ℥j.
Rhabarb. ℥iſ.
Cryſtall. Tartari ℥j.
Rad. helleb. nigri optimè præp.
Agarici albi ℥j,
Salis abſinthij,
fraxini ana ℥ſ.
Cinamomi acuti ℥iſ.

Ex hiſce omnibus inciſis minutim

F. Nodulus.

Qvem impendebat Vino abſinthiti bibendo de eo initio prandii & cœnæ exiguum hauſtum. Poſt Noduli uſum præſcripſi ei ſeqventem mixturam qvotidiè manè ad ℥ſ. cum aqv. cochlear. & beccapung. tribus horis ante prandium ſumendam. Valet egregiè ad reſerandam oppilationem Lienis, ſangvinemqve purificandum.

℞. *Syrup. d. cochl.*
fumar. ana ℥iiſ.
Extract. ligni Gvajaci ℈j.
Spir. ligni Gvajaci,
Tartari ana ℥j.
Magiſt. Tartari,
Corallor. ana ℈ij.
Salis abſinthij,
fraxini ana gr. xv.
Moſch. opt gr. ij.

Intereà dum utebatur hâc Mixturâ à cibo ſumpto qvotidiè capiebat ℥j de ſeqventi pulvere ad juvandam concoctionem, flatûs diſſipandos, & ructûs acidos comprimendos.

℞. *Sem. coriandr. præp.* ℥vj.
aniſi,
fœniculi ana ℥ij.
Liqvirit. raſ.
Corticum citri raſ. ana ℥iſ.
Cinamomi acuti ℥iſ.
Corall. rubr. præp. ℈ij.
Spec. aromat. roſar. Gabriel.
Diarrh. Abbat. ana ℥j.
Sacch. roſat. tabulat. ℥ij.
Miſce F. pulvis.

Cum ex hiſce nonnihil malum ſcorbuticum miteſceret, idcircò ad tollendum illum penitùs denuò ad incidentia & obſtructionem aperientia deveni.

℞. *Herb. cochlear.*
naſturt. aqvat. ana Miiſ.
bec-

beccabung. ana Mis.
Radic. helen. ℥i.

Fiat Nodulus in potu qvotidiano impendendus.

Post aliqvot dies corpus iterùm purgavi.

Nunc nihil supererat, qvod ampliùs curam nostram reqvirebat, præter tumorem gingivarum & dentium corrosionem ac putrilaginem qvibus corrigendis pulverem hunc præscribo:

℞. *Radic Cyper.* ℥i.
Flor. rosar. rubr.
balaustiar. ana ℈ij.
Aluminis usti,
Corall. rubr. ana ʒs.
Salis Tartari,
absinth.
cichor. ana ℈i.
Garyoph.
Myrrhæ ana ℈s.

Misce, & F. pulvis subtilissimus.

Hoc pulvere dentes & gingivæ freqventer fricentur. Verùm cum parum contulisset hic pulvis, aliud efficacius medicamentum ordinavi.

℞. *Spir. Tartari* ℥is.
ligni Gvajac. ʒs.
Salis absinthij,
tartari,
Sacch. Saturni ana ℈i.
Salis vitrioli,
Magister. corall. ana ℈s.
Misce.

Hoc liqvore cum linteo mundo fricentur dentes corrosi, sic putrilago repressa fuit, & tumor laxus gingivarum subsedit, sicqve brevi temporis spatio à Scorbuto restitutus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXV.

DE ANI VEL INTESTIni recti procidentiâ, cum ejusdem inflammatione, tumore & rubore.

QVàm gravissimum malum sit procidentia ani, ego ipse non sine magno vitæ periculo expertus sum. Cùm enim

nim aliqvot dies usus fuissem cibis lixantibus accidit, ut rectum intestinum mihi die 12. Novembris anno 1622. prociderit, atqve ita subitò intumuerit, ut pugni ferè magnitudinem æqvaret; cum tantâ inflammatione, rubedine ac dolore, ut præ doloris magnitudine non modò pedibus insistere ac progredi, verùm nec sedere, nec in lecto cubare valerem. Dolor adeò acerbus erat, ut & totum corpus in sympathiam traheretur, & spasmus horrendus in manibus pedibusqve (qvalem ego nunqvam nec vidi nec sensi) excitaretur. In tantis angustiis ego cõstitutus, extemplo Chirurgum Northusanum Magistrum Benjamin Saurbieren/ & Medicum Dominum Doctorem Matthiam Ernestum ad me voco, qvi svadeat seqventem fotum.

℞. *Rad. althææ* ℥j.
Herb. althææ,
malvæ ana ℥iij.
Flor. Chamomill.
Verbasci,
meliloti ana Mif.
Rosar. rubrar. Mj.

Incidantur & coqvantur in aqvâ communi.

Postea spongiâ novâ madefactâ in hac decoctione calidâ foveatur anus, idq; freqventer.

Fotû sic facto Chirurgus intestinum tumidum ac inflammatum calidè inungebat, semel atqve iterùm hisce oleis invicem mixtis;

℞. *Ol. Verbasci* ℥ij.
Chamomill.
rosar. ana ℥iij.
Misce.

Seqventi die cum dolor aliqvâ ex parte mitigatus esset, perrexi fovere anum prolapsum, cum supra dictis herbis ad mollitudinem coctis, & sacculo lineo inclusis. Qvem fotum semper excipiebat inunctio prædictorum oleorum cum panni linei super impositione.

Et huic methodo cum ita per triduum institissem, Dei clementiâ & misericordiâ, subsidente tumore intestini, rubo-

rubore & dolore discusso, nec non naturaliter iterùm ano se habente, exoptatæ sanitati restitutus sum.

Verùm ne iterùm in posterum prolaberetur, præcautionis gratiâ, adhuc seqventibus usus sum:

℞. *Gallarum,*
Rosar.
Plantag.
Balaustiarum ana ℥ſ.

Decoqvantur in aqvâ chalibeatâ, & podex eo foveatur.

Vide meam Medicinam Practicam pag. 268.

OBSERVATIO & CURATIO LXVI.

DE PUERPERA QVÆ peperit Infantem masculum sine ossibus coagulatis in brachiis & pedibus.

Mulier qvædam rustica peperit infantem masculum, cujus ossa non erant coagulata, sed ita flexibilia & flaccida, ut in omnem partem caderent, & qvasi sine ossibus esse viderentur.

Ad Infantem ego igitur accitus, & in consilium adhibitus, medicamenta conglutinantia seqventia ordinavi, qvibus præter omnium hominum spem Infans miraculosè intra tres septimanas sanitati restitutus est.

℞. *Radic. aristolochiæ,*
consol. major. ana ℥iiſ.
Boli armeni,
Farin. volatil. ana ℥ſ.
Pulver. myrtill. ana ℥ſ.
Mass. Emplastri oxycrocei ℥iſ.
Ol. rosat.
Ovorum,
Sulphuris Rulandi,
Album. ovor. ana q. ſ.
Pro Emplastro.

Qvod extensum super subtilissimum corium brachiis & pedibus impositum fuit; non neglectis insuper ferulis ex chartâ, ut moris est.

OBSERVATIO & CURATIO LXVII.

DE RUBEDINE NASI.

Restio qvidam Stolbergensis, cujus nomen oblitus fui, habebat nasum adeò rubrum, ut in publicum ferè prodire ob turpitudinem non auderet. Venit igitur ad me oratum, ut, si qvomodo possem, huic malo opem ferrem.

Huic consului, ut venam Cephalicam secari curaret, & postea ab atrâ bile corpus purgaret.

Qvo facto hoc Linimentum præscripsi:

℞. *Succi solani* ℥iiiß.
Pulveris diapompholygos ℥j.
Cerussæ ablutæ cum aquâ rosar. & postea iterum exsiccatæ ℥ß.

Ducantur pauco oleo rosac. & cerâ albâ liqvatâ in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo, donec in spissitudinem linimenti concrescant, qvo optimè postea se habuit, & miraculi instar curatus.

Jussi qvoqve, ut vitaret cibos atram bilem, vel succum melancholicum generantes.

OBSERVATIO & CURATIO LXVIII.

DE UNGUE OCULORUM.

Cæmentarius qvidam Vir qvadragenarius, à calce in dextrum oculum lapsa, magnũ dolorem, Ungulã albam, cum visûs imminutione & corruptione passus est. Qvi qvamvis multorum Chirurgorum consiliis & collyriis, usus esset: verùm sine omni fructu. Tandem ego vocor, & in consilium adhibeor. Ideò svadeo, ut palpebras æger inungat Oleo piscis, qvem Nostrates Dels oder Ahlruppen nennen/ qvo remedio Vir hic visum præter omnium spem miraculi instar recuperavit.

Uti in multis aliis hoc arcano felicissimè usus sum.

In benè constitutis Officinis semper hoc Oleum præstò est.

Cave, ne in oculos oleum instilletur, qvia ipsis nocet.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LXIX.

DE OCULORUM ULCERE.

JUvenis qvidam viginti annorum, cùm intentus esset nimis in findendis lignis, accidit, ut particula ligni in oculum insiliat, eumqve periculosè lædat, unde ingens dolor & inflammatio subseqvebantur. Utitur igitur Mediastræ consilio, sed frustrà & sine fructû. Tandem etiam meum consilium expetitur.

Præscribuntur igitur seqventia, qvibus eò perventum est, ut hic juvenis ab ulcere perfectè intra paucos dies sanatus fuerit.

Pro impediendo affluxû in scapulis cucurbitulæ positæ sunt, & vena Cephalica secta.

Item ad inflammationem inhibendam seqvens fotus paratus est.

℞. *Fol. malvæ* Mij.
rosar. ℥iß.
Sem. cydon. ℥iß.
Coqvantur in aqvæ rosar. & malvæ q. s. Colaturæ adde unius ovi album. conqvass. donec in aqvam abeat.
Misce. S. Fotus.

℞. *Lactis caprini vel humani ana* ℥ij.
Sacchari Candi ℥j.
Myrrhæ ℈ij.
Misce, pro abstersione ulceris.

Ad consolidationem ulceris.

℞. *Cerusſ. lotæ in aqv. plantag. ana* ℥iß.
Amyli ℈j.
C. C. Phil. præparat. Corall. albi ana ℥ß.
Mucilag. consol. rad. major. ana ℥ß.
Aqvæ. rosʃ. q. s.
Misce.

Vide meam Medicinam Practicam pag. 107.

Aqvâ Ophthalmica Crollii, ad omnes ferè Affectûs oculorum conducit.

OBSERVATIO & CURATIO LXX.

DE OCULORUM LACHRYMIS.

Annæ Margaritæ Kelners puellæ aliàs satis pulchræ, Sartoris cujusdam Filiæ, ex oculis perpetuò effluebant lachrymæ, qvæ qvia frigidiores erant, oculos non lædebant. Qvæ verò ex acri & salso humore cum acrimonia originem trahunt, non modò oculis valdè molestæ sunt: Verùm etiam semper ipsos lædere solent.

Cùm igitur ipsius Mater consultandi causâ me conveniret, purgavi priùs corpus pilulis cephalicis. Postea præscripsi:

℞. *Cortic. granat.* ℥ß.
Lapid. hæmat. præp. ʒiß.

Coqve in aqva rosar. colentur sæpiùs, postea in colaturâ lapidem pulverisatum terendo admisce. Hoc applicetur in petiis oculis.

OBSERVATIO & CURATIO LXXI.

DE MACULIS OCULORUM.

Viri Clarissimi, Excellentissimi & doctissimi Domini Doctoris Johannis Güntheri Försteri, Cancellarii tunc temporis Stolbergensis, Filiolus, cùm in utroqve oculo Maculas, vel sugillationem ob casum in terram pateretur, & multorum Doctorum consiliis, verùm sine profectû usus fuisset. Tandem à me simplici hoc remedio, & Dei misericordiâ, sanus factus est.

℞. *Aqv. rosar.* ℥v.
Croci Metallorum ʒj.
Misce. S. Augenwasser.

Est aqva miræ admodum virtutis contra maculas, sugillationes, & alia vitia oculorum, qvia omnis acrimoniæ expers.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LXXII.

DE SUGILLATIONE Oculorum.

JUvenis qvidam, Filius Consulis Northusani, N. Meerbote dicti, cùm ex ictû pilæ sugillationem oculorum incurreret, post venæ sectionem, & capitis purgationem, & cucurbitulas scapulis appositas, leviter repellentia, ut albumen ovi cum aqvâ rosar. concussum & lacte mulierum, apposui.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIII,

DE RUBEDINE OCULOrum & lachrymis calidis continuè fluentibus.

UT humores biliosi & acres plerunqve rubedinem oculis, ut supra dixi, & palpebrarum pruritum inducunt, ita qvoqve veniebat olim Coco nostro Aulico, qvi laborabat non modò rubedine oculorum, verùm etiam patiebatur oculorum lachymas perpetuò fluentes. Huic consului, ut venam priùs in dextro brachio scinderet, & ad alterandos ejusmodi acres humores uteretur seqventibus Syrupis:

℞. *Syrup. endiv.*
nymph.
violar. ana ℥iß.
Aqv. cichor.
acetos.
euphrasiæ ana ℥iij.

Misce, & tribus vicibus bibatur.

Scapulis qvoq; apposui cucurbitulas cum scarificatione.

Hoc meum consilium tantum effecit, ut hic patiens intra paucos dies convalesceret.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIV.

DE

DE URINÆ ARDORE.

Bartholomæus Körner, Civis Alstetensis, urinæ ardorem passus per octiduum, me convenit, & consilium à me pro corrigendo hoc malo petiit. Referebat autem, se ab initio provisorem Pharmacopolii N. consuluisse, qvi jusserit illum calidis rebus uti. Cujus consilio cùm paruisset, malum ex usû calidarum rerum valdè adauctum fuisse, & se nunc pejus affligi, qvàm anteà confirmat. Ego præscripsi ei hæc ad contemperandum illum ardorem.

℞. *Aqv. malvæ,*
violar.
althææ ana ℥iij.
In qvibus ebulliat
Conserv flor. malvæ ℥j.
Decoctum coletur adde
Extract. liqvirit. ʒj.
Syrup. violae, ℥ſ.
Lapid. prunell. ʒiſ.
Misce.
Item:
℞. *Sem. melon.*
cucumer. ana ℥j.
papav. ℥ſ.
Terantur in mortario cum aqv. rosar. ℔. j.
Et fiat inde Emulsio.

Hisce duobus medicamentis, cùm alternatim uti jussi, Qvod usus fuisset, protinus ab ardore illo liberatus est.

OBSERVATIO
&
CURATIO LXXV.

DE RAUCEDINE VOCIS.

Domini Matthæi Krügen / Pastoris in Rotlebrodâ, Filius major natu, juvenis viginti annorum, raucedine cum tussi crebrâ afficiebatur, ob defluxum humoris pituitosi è capite ad pulmones, descendentis. Huic ego ordinabam primò hasce pilulas sumendas.

℞. *Pil. aurear.*
cochiar. ana ℈ſ.
Diagrid. gran. iij.

Ol. anisi gutt. ij.
Cum aqv. beton.
Fiant pil. Nro. xxv.

Expurgato itaqve capite ad profligandam raucedinem, postea de hac decoctione haustum unum sumebat.

℞. *Radic. elenij,*
fænic. ana ℥j.
Herb. veronic.
scabios.
hyssop. ana Mj.
Sem. anisi,
feniculi ana ℥ß.

Coqvantur incisa & contusa prius in cerevisiâ, & Decoctum usui reservetur.

Singulæ autem dosi istius decocti addebat ex meo præscripto guttul. 5. de Spiritû Sulphuris, & ita exhauriebat calidè jejuno Stomacho. Qvo tandem raucedo & tussis ista penitùs sublata fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVI. DE NIMIO VOMITU.

QVædam mulier paupercula, qvæ mercede operam suam aliis locare solebat, à me consilium petebat, in nimio vomitû, qvo freqventer afficiebatur. Erat autem qvæ ejiciebat alba & pituitosa, qvibus nonnihil biliosi humoris permiscebatur. Ego jubeo, ut de seqventi mixtura freqventer cochleare unum sumeret.

℞. *Syrup. absinthij,*
mastichin. ana ℥j.
succ. cydon.
cinamomi ana ℥ß.
Extract. absinth. ʒj.
Corall. rubr. præp. ℈ij.
Ligni aloës,
Nuc. mosch. ana ℈j.
Ol. garyophyll. gutt. iij.
Misce.

Ventriculo qvoqve imponebatur seq. Emplastrum.

℞. *Fermenti acerr.* ℥ij.
Pulv. garyophyll. ʒij.
menthæ ʒj.
Ol. destill. menthæ gutt. iiij.
F. Emplastrum.

Optimè hisce binis medicamentis vomitus repressus fuit, ita ut in posterum sana & benè valens vixerit.

OBSERVATIO & CURAT. LXXVII. DE ASTHMATE.

Cùm anno 1624. die 20. Maji patrios lares visitâssem, & me, iterùm relinqventem ipsos Northusam, ubi tunc viverem, conferre festinarem, accidit, ut in itinere non procul à Pago Petersdorff / me conveniat Rusticus Neustadensis, conqvestus de difficultate spirandi, cui descendens ex eqvo in Caupona Petersdorfensi præscripsi seqventia.

℞. *Radic. fænic.*
helenij,
cichorei ana ℥vj.
Herb. scabios.
capill. veneris,
veronicæ ana Mj.
Flor. cichor.
violar.
tussilag. ana p. ß.
Fol. sen. s. s. ℥iß.
Agarici trochiscat. ʒiiß.
Tartari albi ʒvj.

Ex hisce omnibus paretur Nodulus.

Qvem imposuit vino albo, de eo primum qvemqve haustum super prandio sumens.

Prætereà ad majorem expectorationem juvandam, facilitandumqve pectus qvotidiè qvoqve horâ qvartâ pomeridianâ ℈ij. plus minusvé de seqventi pulvere pectorali ex vino calido bibere jussus est.

℞. *Rad. Ireos Flor.*
helenij ana ʒiß.
Glycyrrh. ʒß.
Flor. Sulphuris ʒß.
Sem. anisi,
fænic. ana ʒij.
Spec. diatrag. frig. ʒj.

F. pulvis cui instilletur ol. anisi gutt. vj. permisce exactè.

Et qvia freqventer illi humor pituitosus cum impetu qvodam è capite in pulmones irrue-

irruebat, idcircò consului, ut bis vel ter in septimanâ, prout necessitas svaderet, de spiritû Sulphuris acido gutt. v. ex aqvâ scabiosæ sumeret.

Qvæ omnia cùm ille diligenter observâsset, brevi rectiùs habuit.

OBSERVATIO & CURAT. LXXVIII.

DE INFLATIS CRURIbus cum magno tumore.

Minister Aulicus constitutione corporis satis validâ, utrumqve crurum tumidum & inflatum habebat, qvod signum erat hydropis incipientis. Huic cùm meum rogaret auxilium & consilium, seqventia præscripsi:

℞. *Herb. soldanell.* ℥iiß.
absinthij ℥iß.
heder. terrest.
Flor. borrag.
cuscutæ,
sambuci ana p. j.
Rad. qvinq. aperit. ana ℥iß.
Ireos ℥vj.
ebuli,
Cort. rad. samb.
amar. dulc.
esulæ ana ℥iij.
Fol. sen. ℥x.
Agarici ℥iiß.
Rhab. ℥iß.
Zingib.
Galang. ana ℥ß.

Da incisa & contusa in chartâ.

℞. *Rad. ebuli recent.* M. vj.
bryoniæ Mj.
Cort. extern. samb. Mij.
Caul. rubr. Mj.
Fol. malv.
althaæ ana Mj.
Flor. chamomill.
melilot. ana Miß.
Decoqve in aqva communi q. s.
adde
Ungvent. Agrippæ ℥iij.
Farin. hordei ℔. iß.

F. Cathaplasma, qvo crura involvebamus usq; ad genu.

Et sic intra 14. dierum spatium exoptatæ, est restitutus sanitati.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIX.

DE INTOLERABILI DOlore Cruris sinistri.

JOhannes Gruber / Frater Monetarii Northusani, cùm intolerabili dolore in Crure sinistri pedis affligeretur, & multorum doctorum Medicinæ consiliis, attamen sine omni ope usus fuisset.

Tandem auxiliante Deo, sic à me curatus fuit.

℞. *Ol. amygd. d.*
sesam. violar.
Butyri s. sale,
Liqv. mumiæ transmarinæ,
Ol. verbasci,
Medull. crur. bovin,
Adipis anatum,
gallinæ ana ℥ß.
Vitell. ovor. Nro. iij.
Croci ℈iß.
Opij ℈ij.
Camphor. ʒß.
Ceræ q. s.
F. Ungvent. anodynon.

Aliud.

℞. *Ol. Cheir.*
violar. ana ℥iß.
amygd. d.
sesam. ana ℥ß.
Butyr. s. s. ℥j.
Croci ℈j.
Opij ʒß.
Ceræ alb. ℥j.
Pingved. anatum,
Ol. anet.
chamomill. ana ʒß.
Vitell. ovi unius.
Misce. S. Ungvent. Anodyn.

Vide meum Florileg. Chymicum pag. 287.

OBSERVATIO & CURATIO LXXX.

DE GONORRHÆA EX abundantiâ sangvinis.

JUvenis qvidam robustus, afficiebatur Gonorrhæâ satis molestâ, & cùm ejus vires inde valdè debilitarentur, signum erat, hoc fieri à sangvinis multitudine, vel ex nimiâ repletione. Qvare cùm hic statim ab initio consultu-

rus ad me veniret, consului, ut in brachio dextro Basilicam secaret, atqve victu tenui uteretur, altero die purgationem exhibui.

Deinde consului, ut ad restrictionem caperet ℥j. pulveris cynosbat. torrefact. sine acinis cum aqva plantag. in qva chalybs septies extincta esset, hoc enim remedio simplici feliciter utebatur olim Præceptor meus, Zacharias Brendelius, Professor tunc tempore publicus Universitatis Jenensis.

Totam Spinam dorsi & os sacrum inunximus Ungvento seqventi.

℞. *Ungvent. santal.*
comitissæ ana ℥ij.
Succi solatri ℥vj.
Camphoræ ℥j.
Ol. nenuph. q. s.
F. Ungventum.

Unde factum, ut nullis aliis remediis adhibitis, pristinæ sanitati restitutus fuerit.

Qvæ remedia si non juvissent, dedissem.

℞. *Trochisc. d. rosis* ℥ß.
Sem. lactuc.
cucum. ana ℥j.
Camphoræ ℈ß.
Rosar. rubrar. ℥j.
Pulverisentur, & cum sem. cydon. mucilag.
Fiant trochisci. Vel:

℞. *Ol. rosar.*
mastichin.
myrtin. ana ℥iß.
Pulver. balaustiar. ℥j.
Ceræ parum.
F. Ungvent.

℞. *Sem. 4t. frigidor. major. ana* ℥iij.
portul.
lactuc. ana ℥j.
Rosar. rubr. ℥iß.
nymph. ℥ß.
Gummi traganth. ℥iß.
F. pulvis. Vel:

℞. *Succini albi,*
testar. ovorum pullis exclusis,
pellic. inter. ventr. gall. præp.
Sem. granator. ana ℥iij.
Corall. rubr. præp.
C. C. Phil. præp. ana ℥j.
Cinamomi ℥ij.
Manus Christ. perlat.
ad pondus omnium.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXI.

DE SÆVIS QVIBUSDAM symptomatibus ex usu hellebori nigri.

JUstus Genseler, civis Stolbergensis, annos fortè natus 55. nescio pro cujus affectionis curâ cùm sumsisset Nodulum ex radic. hellebori nigri, vino intinctum, & de eo circiter ℥iiij. ebibisset, accidit, ut inde varia symtomata seqvantur, nimirum Spasmus manûs & pedes distorqvebat vehementer, vomitûs supervenîebant enormes, & alvi profluvium immoderatum, accidebant etiam crebra deliqvia animi, artûs omnes erant ad tactû frigidissimi, sudor circa caput erumpebat frigidissimus, aderat etiam vertigo ingens, ac respiratio difficilis. In summâ videbatur præsens instare periculum vitæ.

In his igitur augustiis constitutus bonus ille Vir, me ad se vocat, præsens consilium & consilium efflagitans. Ego cùm intelligerem hæc ex malignâ ac perniciosâ qvalitate hellebori profecta fuisse, statim pro abstersione illius præsertim adhuc urgentibus vomitibus ac dejectionibus crebris imperavi, potum Cremoris Ptisanæ, qvi plurimum contulit. Sed & unà de seqventi mixturâ corrigente, innatam hellebori pravitatem venenositatiqve ejus resistente, & cor ipsum confortante per intervalla cochlear unum capiebat.

℞. *Aqv. angelic.*
scorzon. ana ℥iß.
cinamomi ℥vj.
Spir. cardbened. ℥vj.
Aqv. theriacalis camph. ℥ß.
Syrup. acetos. citri ℥vj.
Extract. juniper. ℥j.
Zedoar. ℈j.
Magister. corall. ℥ß.
Spir. Vitrioli gutt. xv.
Misce.

Ven-

Ventriculus verò qvia valdè debilitatus fuerat, à nimiis illis vomitibus inungebatur ille Ol. nuc. mosch. Et ob crebræ deliqvia naribus odorandum, objiciebatur Nodulus ex galang. garyoph. ac zedoar. incisis, & contusis, ac immersis prius aceto rosaceo.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXII.

DE GLANDULARUM INtumescentia, ex catharro in fauces prolapso.

Filius meus, Philippus Gerhardus Grülingius, Medicinæ tunc temporis Studiosus, molestiã in deglutiendo percipiebat, ob glandulas obtumefactas, qvibus causam dederat catarrhus frigidus, à capite ad fauces delapsus. Forinsecus linimento hoc inunxit glandes.

℞. *Ol. amygd. d.*
violar.
lilior. albor.
chamomill. ana ℥j.
Misce. S. Oelzum Halse.

Intrinsecus dedi:

℞. *Aqv. plantag.*
eqviseti.
prunellæ,
salviæ ana ℥iß.
Syrup. violar. ex succo hyssop.
Diamoran.
Rob nucum ana ℥j.
Salis prunellæ ʒß.
Misce.

Post octidui spatium supervenit ei tussis ingens, ex salso, tenui ac liqvido humore confertim ad os, fauces & pulmones proruente, cui inhibendo post debitam evacuationem, seqvens Eclegma apposui:

℞. *Loch. d. papav.* ℥iiß.
Boli Armeni præp. ʒß.
Flor. Sulphuris ℈ij.
Syrup. d. papav.
Violar. ana ℥vß.
M. fiat Loch.

His debito modo usurpatis ab omni molestiâ liberatus est.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LXXXIII. DE AURIUM TINNITU.

Dominus Georgius Schuslerus, Poliographus Stolbergensis, Socer meus, Tinnitû infestabatur aurium, unde cum molestè nimis ipsi esset hæc affectio, meum consilium expetiit. Consulo, ut cum gossypio, cui instillatæ essent gutt. ij. Ol. succin aures probè obduraret, & si opus esset, semel atqve iterûm id remedii repeteret, qvod & fecit, & altero die statim Tinnitus cessavit, ita ut nullo remedio ulteriori indiguerit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXIV. DE UVULA NON SOlùm exulcerata, verùm etiam corrosa ex Lue venerea.

Fori Magister qvidam, (vulgo dictus Marckt-meister) cùm in uvulâ exulcerationem haberet, à me valdè petiit, ut ad istud malum qvædam medicamenta ordinarem, qvod qvamvis invitus hanc curam suscipèrem, attamen à me tandem impetravit, ut curatus fuerit seqventibus remediis.

Primò purgavi illum Extract. pilular. coch. lucis, & d. fumo terræ, & ut inungeret hoc linimento leviter, cum particula panni linei, vel spongiæ, alligata baculo;

℞. *Ungvent. Ægypt.* ℥j.
Alum. usti ʒj.
Mellis rosat. colat. ℥iiiß.

Cautione hic opus est, ne deglutiatur, & ut hoc gargarismo ex decocto balaustiar. flor. rosar. cort. citri, vel granator. in aqvâ solatri, plantaginis & eqviseti, pauco adjecto mell. rosar. gargarizaret. Qvibus postea, ut mihi retulit, benè habuit. Vide meam Medic. Pract. pag. 158.

OB-

OBSERVATIO & *CURATIO LXXXV.*

DE INGENTI GUTTURIS apostemate interno.

MAgdalena Hessen/ Martini Burckarts/ Consulis Stolbergensis uxor, cùm fluxionem gutturis experiretur, & ingens tandem apostema fieret, me consulens, seqventibus remediis curata fuit.

Cataplasma hoc exteriùs appositum fuit.

℞. *Flor. melilot.*
sambuc.
malvæ,
violar. ana Mj.
chamomill. p. ij.
Rad. althææ. ℥iß.

Nidum hirundinum unum cum plumis incisum, in aqvâ coqve ad mollitudinem, pistentur postea & addatur
Sem. Fænugr. pulverisat. ℥iß.
Ol. amygd. dulc.
liliorum,
violar.
chamomill.
Butyri s. s. ana q. s.
F. Cataplasma.

Gargarismus verò erat talis.

℞. *Radic. althææ* ℥j.
Fol. violar.
malv.
plantag. ana Mj.
melilot. Mß.
Flor. ros. rubr. p. j.
Sem. lini,
fænugr.
althæ.
malvæ ana ℥iß.
cydon. ℥j.
Nidum hirundinum plumis incisum,
Ficuum Nro. iij.
Uvar. paß. p. j.
Hord. mundi Mj.
F. decoct. in aqva s. vel plantagin. pro ℔. iiß.

Exprimantur & colentur, addendo
Mell. rosat. colat. ℥iij.
diamor. ℥iß.
Misce pro Gargarismate.

Pro ulceris absterſione gargarisabat os aqv. mellis, pro mitigatione lacte tepido.

Ultimò pro conglutione cum decocto plantaginis & arnoglos. consol. minor. & intra duas septimanas Dei nutu convaluit.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVI. DE RHAGADIBUS ANI.

Rhagades Græcè, Latinis fissuræ, vel scissuræ, Spalten / non modò ano accidunt, verùm etiam aliis corporis partibus, nimirum pedibus, manib⁹, labris, uteri ostio &c.

Sunt qvædam oblonga & callosa ulcuscula sine tumore. Instar earum fissurarum, qvæ accidunt ancillis, vel inter lavandum, vel tempore hyemis, ob frigus.

Hoc affectû afficiebatur Pastor qvidam, cui nomen erat Christophorus Svecerus, propterea ad me mittit, qværens, qvomodo ab hoc malo liberari posset.

Præmissâ igitur levi purgatione svasi, ut rhagades mordentes lavaret seqventi Linimento:

℞. *Flor. rof. rubr.*
rapsi barbat. ana p. ij.
Psidiar.
Balaustiar. ana ℥ij.
Coqve in aqva plantag. & rof. pro ℔. ij. *in qvo dissolve Collyr. Rhasis* ℥ij.
Ungv. d. camphor.
d. ceruss. ana ℥j.
Syrup. ex rof. sicc.
Mellis rosat. colat. ana ℥ß.
Misce.

In fissuris ani hactenus magno cum commodo usus sum pingvedine cochlearum ano illitâ. Qvando enim igni admoventur & torrentur cochlearia lignea, edistillat pingvedo, qvam ad usum reservo.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXVII.

DE

DE DIABETE.

Rusticus qvidam in Pago Steinbrücken/cùm qvicqvid biberet, redderet, ſicut id accepiſſet, ut præſcriberem ſibi remedia ſalutaria, valdè me rogavit. Re igitur à me benè perpensâ, præſcripſi poſt univerſalia remedia ſeqvens conditum.

℞. *Carn. cydon.*
Conſerv. conſol. major.
roſar. vet. ana ℥j.
Extr. mucilag.
Gummi trag. &
cydon. ſem. cum
Aqv. roſar. ana ℥ſ.
Terr. ſigillat. ℨij.
Amyli ℥ſ.
Cum ſyrup. myrt. &
papav. q. ſ.
F. conditum.

Capiat bis in die, & ſemel in nocte.

Mandavi qvoq; Lumbos inungi ſeqventi Linimento:

℞. *Ol. roſar.*
coton.
nymph. ana ℥j.
Succi plantag. ℥ij.
Santal. omnium ℨvj.
Ceræ & aceti parum,
F. Ungventum.

Nota.

Hic neqve purgantia neq; diaphoretica conducunt:
Syrup. Corall.
Tinct. Corallor.
Sal corallorum,
ſunt experta medicamenta.

Item, ſpecificum eſt Eſſentia Croci martis à Crollio deſcripta.

Diæta laudatur à cibis ſiccantibus, decoctis cum aqva chalybeata.

Providendum ne nimium bibatur, ſed tantùm ad ſitim explendam bibendum.

Epati, Lieni, hypochondriis & renibus refrigerantia & adſtringentia adhibeantur, ut Ceratum ſantalinum, ungvent. refrigerans Galeni, Comitiſſæ.

Hic Affectus, niſi in principio ipſi occurretur, plerunqve lethalis eſt, præſertim in ſenibus. Vide meam Medicinam Practicam.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXVIII. DE ISCHURIA.

ISCHURIA, nisi intra septendium solvatur, periculosus morbus est: nam urina tunc regurgitat in totum corpus, opprimit Epar, sangvinem inficit, & humores putrescere facit.

Hoc affectû olim laborabat Henricus Burckart/ Lanius Stolbergensis, Vir septuagenarius, à qvo ut liberaretur, nescio cujus svasû ac consilio, pulveres multos & aqvas sumsit.

Verùm cum illis nihil efficeret, & intra triduum lotium redderet, qvo ita vesica distendebatur, ut præ dolore fere nec sedere, nec jacere, nec ambulare valeret, me in consilium vocat. Ego functurus boni Medici Officio, præscribo & præcipio, ut foris vesicæ regionem seqventi linimento inungeret, ad dilatandos nimirum meatûs.

℞. *Ol. Scorpion.* ℥ß.
Lilior. albor.
rutæ ana ʒvj.
chærefol. destill. gutt. xv.
Ceræ parum;
Fiat Ungventum.

Intra corpus verò sumsis seq. ad prolectandam urinam.

℞. *Aqv. parietar.*
alkekeng. ana ℥iiiß.
Mag. st. tartari vitriol. ℈iiß.
Lapidis prunell. ʒj.
Ol. vel Spir. salis gutt. xij.
Syrup. d. succ. parietar. ℥ß.
Misce, & dividatur in tres partes.

Cum per noctem binas sumsisset doses, manè seqv. diei, cum impetu qvodam copiosissima urina erupit, cum multis viscidis lentis ac mucilaginosis humoribus, qvi sine dubio impacti vesicæ hanc suppressionem causaverat.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIV. DE SUPPRESSIONE urinæ in infante tredecim septimanarum.

Fi-

Filiola qvædam ex materiâ tartareâ mucilaginosa vesicæ collo impacta, incurrebat urinæ suppressionem, inde dolor ingens, inqvietudo, vigiliæ ac ejulatûs continui. Huic ut suppetias meâ arte ferrem, jussi parare balneum ex seq. herbis:

℞. *Herb. melilot.*
malvæ ana Mij.
Flor. chamomill. Miiſ.

Incidantur & misceantur.

A lotione regio vesicæ exteriùs inungebatur Ol. cham. lilior. alb. calidè superimposito panno lineo duplicato: Qvâ inunctione bis tantummodò factâ, ilicò urina suum cursum naturalē tenuit, ac sine dolore & molestiâ profluxit.

OBSERVATIO & CURATIO XC.
DE MORBILLIS.

Uxor cujusdam civis Northusani 46. annorum, afficitur totius corporis calore præternaturali, cum maculis rubris instar pulicū morsuum in brachiis, dorso, pectore & tibiis copiosè erumpentibus. Qvare cùm morbillos esse viderem, statim hoc sudoriferū illi propinavi.

℞. *Aqv. fænic.* ℥j.
Spir. Cardbened. ʒij.
Tartari ʒj.

Misce. F. potiuncula.

Egregiè inde sudavit toto corpore, seqvent. diebus bibebat de hoc Nodulo:

℞. *Rad. petrosel.*
fænic.
cichor. ana ʒj.
Rhabarb. elect. ʒij.
Sem. aqvileg. ʒiiſ.
Cinamomi ℈ij. F. Nodulus.

Atq; ita adhibitâ hâc curatione, à morbillis liberabatur.

OBSERVATIO & CURATIO XCI.
DE TUMORE GURGULIONIS.

Anno 1626. circa initium Octobr. laborabat tumore gurgulionis

nis Civis Stolbergensis, cujus curam ita institui.

Primò inunxi collum Ol. chamom. & amygd. d. Seqventi die sumsit purgans seqvens:

℞. *Panchymag. Crollij* ℈j.
Diagridij gr. iij.
Ol. anisi,
fænic. ana gutt. j.

Inde, qvatuor habuit sedes aqvosas seu serosas.

Usus est & seqventi gargarismate calefacto, qvod valdè profuit.

℞. *Cort. granator.* ℥ß.
sumach. ℥iij.
Flor. rosar. rubr.
Plantag. ana Mj.
Aluminis ℥iiß.
Dianucum ℥j.
Acet. rosar. ℥iij.
Lapidis prunell. ℥iß.

Misce. F. Gargarismus.

Coqve in s. q. aqvæ communis pro ℔. iß.

OBSERVATIO & CURATIO XCII.

DE URINÆ SUPPRESSIONE IN INFANTE.

CLarissimi Domini Johannis Schmidii, filiolus natû maximus, puer unius anni, urinæ suppressione laborabat, ex obstructione renum à tartareâ qvadam materiâ. Aderat qvoqve, cùm impelleretur ad mingendum, dolor ingentissimus, qvem non nisi conatibus continuis exprimere poterat. Hunc, Divinâ gratiâ, seqventibus adjutum ivi:

℞. *Ungvent. dialth.* ℥j.
Pingved. gallin. ℥ß.
Ol. scorpion.
lilior. albor. ana ℥iiß.
destill. chærefol. gutt. iiij.
Ceræ q. s.
F. Ungventum.

Qvô renum & vesicæ regio ter vel qvater in die qvotidiè inungebatur, ad molliendas & dilatandas partes.

Interius verò ad pellendam remorantem urinam ter per certa intervalla ei datum, fuit de sale Tartari vitriolat. qvan-

tum

quum cuspide cultelli capi poterat, cum aquâ petros. ℥j.

Quo medicamento bis tantùm sumpto, adhuc eo die circa vesperam liberè citra ullum dolorem urinam aliquoties reddidit.

Tertiâ autem vice cùm dictum magisterium illi datum fuisset, vomitus inde excitatus fuit, quo multa pituitosa ac viscosa non sine ingenti suæ valetudinis commodo rejecit, antea enim respirationis difficultate (quam röchlen vulgò vocant) laborans, nunc in totum quoq; ab hâc affectione liber evadebat.

OBSERVATIO & CURATIO XCIII. DE TUSSI.

Martinus Wechsungius, tunc temporis Scholasticus Stolbergensis, tussim gravem patiebatur cum difficultate respirationis. Oriebatur autem ex infarctû pulmonum à pituitâ crassâ & viscidâ. Huic præscripsi seqvens decoctum, à cujus sumptione protinùs omnis tussis depulsa fuit.

℞. *Herb. pulmon.*
hederæ terrest. an. Mij.
Veron.
hyssop. ana Mj.
Rad. helen. ℥ß.

Incisa minutim omnia incoqve communi cerevisiæ.

OBSERVATIO & CURATIO XCIV. DE SUFFOCATIONE Matricis.

Mater mea dilectissima, cùm peregrè unà cum Patre meo profecta fuisset, & rediret domum, incidit in suffocationem uteri. Ad qvam cùm à Patre meo valde perturbato vocarem, jussi, ut pro odoratû applicaretur asa fœti-

fætida, & Emplastrum de Galbano ventri imponeretur. Qvibus duobus remediis ad se rediit cum magnâ admiratione adstantium.

OBSERVATIO & CURATIO XCV.

DE SUFFOCATIONE Matricis.

MAgdalena Hessen/ Martini Burckarts/ Consulis Stolbergensis Uxor, cùm eodem Affectû laboraret, & multis remediis, verùm sine fructû, usa fuisset, tandem me in consilium vocat, svadeo, ut vinum album, in qvo ℥j. radicis bryoniæ efferbuisset, dormitum itura semel in hebdomade sumeret, optimè hâc medicina convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO XCVI.

DE CALCULO ET Lotij retentione.

DOminus Henricus Eberding/ Canonicus Northusanus Templi S. Crucis, cùm tàm Renum calculo laboraret, qvàm dolore Nephritico & omnimodâ lotij retentione, mittit ad me consultandi causâ. Ego præscribo statim Enema, & postqvam soluta fuit alvus, & dolor aliqvâ ex parte sedatus, dedi hoc decoctum:

℞. *Fol. malvæ,*
violar.
chærefol. ana Mj.
Hord. mundi p. j.
Sem. 4. frig. major. ana ℥j.
papav. alb. ℥iß.
anisi,
fænic.
carvi ana ℥ß.
Jejub.
Sebesten. ana Nro. xv.
Gran. alkekeng. Nro. x.
Cicer. rubr. ℥ß.

Fi-

Ficuum Nro. vij.
Coqv. & cola.
Colatura ℞. ℔. i. *Adde*
Syrup. jejubin. ℥ij.

℞. *Ungvent rosat. Mes.* ℥iiſ.
aliqvoties in aqv. roſ. lot.
Ol. ſcorp.
amygd amar. ana ℥vj.
F. Ungventum.

Valdè hæc ægro proficua fuerunt.

OBSERVATIO & CURATIO XCVII.

DE PROCIDENTIA *Ani.*

Fllius major natû Domini Magiſtri Andreæ Chemnitii, Juvenis viginti annorum, cùm per annum & ultrà ex mollificatione anum extrà propendentem haberet, in conſilium adhibitus fui. Præcepi igitur, ut anus leviter reduceretur, prius abluto ſtercore, cum aqvâ plantag. & vino ſtiptico, poſtea uteretur ſeqventi pulvere, qvo intra paucarum dierum ſpatium feliciſſimè curatus fuit, Deo ſit laus, & honor.

℞. *Gallar.*
Cort. granat.
Roſar.
Sem. plantag.
Balauſt. ana ℥iij.
Coqvantur in aqvâ chalybeatâ.

Qvo freqventer foveatur podex, ultimò inungenda anus Ol. myrtillor.

OBSERVATIO & CURATIO XCVIII.

DE FLUXU VENTRIS *diuturno.*

COlonus qvidam Petersdorfenſis, cui nomen erat Johannes Störmer / diuturno fluxû ventris laborabat, & omnem ſubſtantiam fruſtrà in

Medicorum ope consumserat, consilii causâ me accessit, cui consilium dedi, ut potus sit aqva chalybeata, in qva corall. C. C. ustum, spodium, tormentilla, bistorta, nux moschata, cortic. granator. cocta essent.

Jussi qvoqve ut sæpè comederet oryzam, cum jure carnium seu lacte cocta.

Hic qvoqve valet Sal corallor. ad ℈j. vel ʒß. dissolut. in aqv. plantag.

In omni fluxu qvoqve prodest Emplastr. d. Theriaca veteri, & terra sigillata, ventri impositum.

Adde Syrup. Corall.

Forestus accepit trecentos aureos à Mercatore, qvem in diarrhæa solis commestis mespilis curavit.

Alium curavit, qvi tribus annis laboravit diarrhæa, commesto pulte ex glandibus.

Laudan. opiat. cum marte mixtum etiam confert.

OBSERVATIO & CURATIO XCVIIII. DE DIARRHÆA.

Domini Johannis Jacobi, Pastoris in Breitenbach & Wolfsberg/ filiola biennis, per 15. dies diarrhæâ laborabat, exclusis semper dejectionibus serosis ac liqvidis instar aqvæ, colore tamen sub citrino. Appetitus erat prostratus. Consultus ego à Patre, applicandum curavi Stomacho & abdomini seqvens Emplastrum.

℞. *Mastichis* ℥iij.
Macis ʒj.
Corall. præp. ℈ij.
Menthæ sicc. ʒiß.
Schænanti ℈iß.
Boli armeni ʒß.
Ol. mastich.
menthæ ana ʒiij.
C. q. s.
F. Emplastr.

Ad

Ad majorem verò fluxus constrictionem pulti inspergebatur seq. pulvis.

℞. *Mastich.* ℈ij.
Corall. præpar.
C. C. Philos. præp.
Boli Armeni ana ʒß.
Cinamomi,
Macis ana ℈j.
Misce. F. pulvis tenuissimus.

Cum verò fluxus nondum sisteretur, præscriptus est seq. Clyster, qvo bis injecto tandem desiit, & puella iterùm convaluit.

℞. *Cremor. hordei* ℥iiij.
Ol. verbasci ℥ß.
Mellis rosat. colat. ʒvj.
Sacch. rubr. ʒv.
Misce. F. Clyster.

OBSERVATIO
&
CURATIO C.
DE EPILEPSIA CUM
delirio.

EPilepticis convulsionibus corripiebatur Sudor, habitans in suburbio Imperialis Northusæ, cumqve his cessantibus supervenisset postea leve capitis delirium, ita ut non usqve qvaqs mente benè constaret, & absurda interdum sermone proferret, uxor ejus me accedens, meum flagitavit consilium. Ego itaqve præcepi, ut ægrotanti per plures dies seqvens decoctum propinaret capitale horis matutinis.

℞. *Rad. acori* ℥j.
Fol. salv.
beton.
pæoniæ,
majoran. ana Mj.
Flor. pæon.
calend.
lilior. convall.
tiliar.
lavand.
anthos ana p. j.
Sem. nigell.
anisi ana ʒij.
Cinamomi,

Cardamom. ana ℥j.

Incidantur minutim omnia, coqve in vino albo, cavendo ne qvid expiret, postea materia per linteum mundum exprimatur & reservetur.

Hoc decoctum cujus dosis ℥iij. cum gutt. v. Spir. vitriol. continuetur ad minimum per octo dies.

Absumto hoc decocto caput purgatum fuit seqventibus pilulis.

℞. *Pil. cochiar.*
s. q. essendo ana ℈ß.
Ol. cubebar. gutt. ij.
F. pil. cum aqvâ cinamomi Nro. xx.

Hisce usurpatis rectiùs in posterum se habuit, cessante delirio & Epilepsiâ.

DEO SOLI SAPIENTI SIT LAUS, HONOS ET GLORIA.

CENTVRIÆ V.

INDEX CURATIONUM.

LIII. De

FINIS.

PHILIPPI GRÜLINGII OBSERVATIONUM, ET CURATIONUM MEDICINALIUM, CENTURIA SEXTA.

LIPSIÆ,
Sumptibus GEORGII HEINRICI FROMMANNI,
Bibliop. Anno 1668.

OBSERVATIONUM ET CURATIONUM MEDICINALIUM

CENTURIA VI.

OBSERVATIO & CURATIO I.

DE CORPULENTIA NIMIÂ.

RARÒ obvenit Medicis Affectus ille, qvem Latini Corpulentiam nimiam, Græci Εὐσαρκίαν vocant. Hic Affectus accidit iis, qvi vel in perpetuo otio vivunt, vel exercitia consveta, ut sunt Scarificatio, venæ sectio, & corporis evacuatio, intermittunt, & negligunt; vel qvi lautè vivunt, vel qvi utuntur delicatis & boni succi cibis, præsertim ubi Epar est temperamenti humidi & calidi, qvod facilè cibi chylum in bonum sangvinem convertere potest.

De hoc Affectû tantùm unicum exemplum in Praxi meâ obtigit mihi, qvod paucis hîc enarrabo, subjungendo hujus Affectionis Observationem & Curationem.

Anno 1661. tertio die Mensis Octobris, ad me Michaël Engel/ olim Famulus meus, jam nunc Qvæstor Mansfeldensis in Hederßleben/ venit, conqverens de nimiâ corpulentiâ, ominansq; qvando in posterum hic Affectus ita ac-

crescceret, se tandem de loco in locum movere non posse.

Petit igitur, ut si qvâ arte valerem, hunc affectum corrigere summo studio præstarem. Ego non immemor servitiorum, qvæ mihi olim præstiterat, huic petitioni annuẽs seqvens consilium do.

Primò jussi, ut singulis mensibus Scarificatione, tempore veris & autumni verò sangvinis missione è vena Basilica, (qvia hic Affectus à plenitudine Sangvinis, & non à plenitudine adipis & carnis proveniebat, qvi Affectus aliam curam reqvirit) uteretur.

Secundò, ut ad minimum qvinqvies vel sexies singulis annis corpus pilulis ex aloë & myrrha, qvas pilulas de tribus vocamus, vel pilulis Angelicis, qvas Frankfurtenses appellare solemus, qvia valdè siccant, evacuaret.

Tertiò, ut in potû & cibo parcè viveret, & rarò ad saturitatem comederet, seq; ante & post cibum ad sudorem commoveret.

Ultimò, ut seqventem pulverem, cujus dosis ʒß, ad duos menses usurparet.

℞. *Salis nitri* ʒi.
aluminis ℈j.
myrrhæ,
thuris,
cortic. lign. gvajaci,
Rad. sarsaparill. ana ʒiij.
F. pulvis.

Notanda.

Curatio hujus Affectûs sperari qvidem potest: tardè tamen procedit, neqve brevi tempore perficitur, & rationalem Medicum, & ægrum obedientem, præsertim in Diætâ reqvirit.

Et qvia ejusmodi ægri ob obesitatem sæpè, præsertim qvando ad iram concitantur, vel Apoplexia, & Catarrho suffocativo obrui solent, convenit igitur, ut aliqvando etiam Aqva Apoplectica temperata, (dico ideò temperatã, qvia ingredientia nimium calida Epati nocent) utantur.

Nimia corpulentiâ affecti sunt brevioris vitæ; Macri verò

vero longioris. Ii qvi in primâ ætate inpigvantur, infæcundi sunt, ob seminis aqvositatem.

OBSERVATIO & CURATIO II.

DE SITI NIMIA POST ebrietatem exorta.

NObilis qvidam Vir viginti qvatuor annorum, cùm nuper ad præstandum homagium juramento in Aulam vocaretur, & facto eo, non modò delicatis cibis, verùm etiam vino nobili lautè tractaretur, accidit, ut citius opinione benè inebriatus compotatoribus valedicere, & cubitum ire ipsum oporteret. Deditus igitur somno per totam noctem arctè & graviter dormit, manè verò cùm expergisceret, & crapulam obdormivisset, tantâ siti obruitur, ut eam neqve cerevisia, neqve aqvâ, multò minùs alio liqvore refrigerante explere possit. Mittit igitur Famulum suum ad me, maximoperè petens, ut sibi ad extingvendam illam intollerabilem sitim julepum qvendam præscriberem. Præscribo igitur, qvod seqvitur;

℞. *Flor. ros. rubr.* Mj.
papav. rhæad. Mß.
Santali rubri ℥iß.
Infund. Aqvæ Acetos. Hispanic.
lactuc.
card. Mariæ,
cichorei,
rosar. ana ℥iij.
Hæc semel ebulliant.
Postea exprimantur & filtrentur, addanturqve
Syrup. è succo citri,
berberor. ana ℥iiß.
Aqv. cinamomi ℥ß.
Misce, & fiat Claretum.
Qvo sitis hæc sedata fuit.
Alio tempore aliis sic subveni:
℞. *Flor. ros. rubr. minutiß incisar. ana* ℥ß.
borragin.

violar.
papav. rhœad. ana p. j.
Infunde per horas qvatuor in aqvæ fontis tepidæ ℔. iſ.
cichor.
acetoſ. Hiſpan.
cardui Mariæ ana ℥iiiſ.
Inſtilla Spir. vitrioli ʒj.
Salis ℈j.
Et ita extrahe Tincturam, cui adde
Syrup. acet. citri ℥iſ.
Rib.
berb. ana ℥j.
Miſce. Multum in extingvendâ ſiti & calore præternaturali præſtat hæc Tinctura rubicunda, & palatui grata.

OBSERVATIO & CURATIO III.

DE DOLORE INGENTI Stomachi è pipere aſſumpto.

RESTIO qvidam Northuſanus, in ſuburbio habitans, cùm timeret Febrim, & ſvaſu vicinorum ſuorum in vino ſumſiſſet pulveris piperis ʒj, incidit in tantum dolorem, tùm ventriculi, tùm ventris, ut præ anguſtiâ necari videretur, neqve evomere neq; cacare potuit. Sæpiſſimè exclamabat & vociferabatur, ſe ignem abſorbſiſſe & devorâſſe. Ad hunc ego accitus præſcribo:

℞. *Sem. raphani,*
à triplicis ana ℥iij.
Rad. aſari ʒſ.
Aqvæ fontis ℔. j.
Coqve parum, Colaturæ adde
Oxymell. ſqvillit. ℥iſ.
Signetur Brechtränckleín.

Qvo ſumpto vinum cum pipere evomuit, liberius anhelitum trahere potuit, & à vomitû paulò meliùs habere cæpit.

Circa noctem dedi gran. ij. Laudani opiati, & incidit in ſomnum. Poſtea corroboravi Stomachum Ol. cydon. abſinth. & maſtich. Et ſic ab iſto intollerabili dolore Reſtio liberatus eſt.

Potus erat aqva hordei.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO IV.

DE VOMITU OB VENtriculum non potentem cibum retinere, & debito modo concoqvere.

JUvenis qvidam natione Saxo, singulari amore detinebatur usu ciborum dulcium, ut ficuum, cerasorum, tàm nigrorum, qvàm acetosorum, præsertim cucurbitarum & cucumerum, qvibus ita infrigebatur ventriculi concoctio, ut tandem omnem cibum ingestum evomeret. Petit igitur, ut sibi conducibile medicamentum præscriberem, qvod fuit seqvens.

Primò jussi, ut optimam victûs rationem observaret, & præsertim istos cibos, qvos paulò antè dixi, vitaret, & loco eorum malis cotoneorum, vel pyris assatis uteretur.

Postea corroboravi ventriculum medicamentis calefacientibus, & Stomachum roborantibus, ut:

℞. *Elixir. propr. Paracelsi* ℥ij.
Tinctur. absinthij,
calami arom.
menthæ ana ℥j.
M. S. Magen Essentz.

Externè adhibui sacculum Vino calido irroratum.

℞. *Comar. absinthij,*
menthæ,
centaur. minor. an. M.ſ.
Herb. beton.
Fol. rosar. ana p. ij.
Cort. citri,
galang.
garyophyll. ana ℥j.
Calam. aromat.
Bacc. laur. ana ℥iß.
Nuc. mosch. Nro. ij.
Fiat sacculus benè interpassatus.

Et his remediis hic juvenis (tùm & aliis plurimi, qvibus tandem vomitus cessavit, & ventriculus roboratus est) pristinæ sanitati restitutus est.

OBSERVATIO & CURATIO V.

DE PRÆGNANTE CITTA sive Picâ & malaciâ laborante.

PIca, seu Citta, vel Malacia est Symptoma, qvod non modò Gravidis, verùm etiam Virginibus, qvando cachexia laborant, vel eorum Menses subsistunt, pueris & viris commune est.

Hoc symptomate laborabat olim Anna Söldnerin / tertio nimirum mense à conceptû Gravida (qvo mense hic affectus consvevit incipere & durare usq; ad qvartum) qvæ singulis ferè diebus devorabat qvantitatem cretæ, carbonum, & cinerum. Hæc seqventibus remediis curata fuit, Deo adjuvante.

℞. *Fol. sen.* ℥iiß.
Rhabarb. ℥ß.
Mechaacan. ℥j.
Infunde per noct. in aqvâ cichor. borrag. ana ℥iß.
cinamomi ʒj.
Manè post expressionem adde Syrup. d. cichor. cum rhabarb. ℥ß.

Misce. S. Potiuncula purgatoria.

Qvam manè sumsit, & post qvatuor horas alvus ter soluta est.

Deinde Stomachum roboravi seqventibus:

℞. *Ol. absinthij,*
Mastichis,
Menthæ ana ʒj.
Cydon. ʒß.
Spec. dianthos ℈j.
Ceræ parum.
F. Linimentum.

Imperavi qvoqve, ut singulis septimanis uteretur Aqvâ vitæ mulierum bis vel ter, & observaret præscriptam diætam. Qvibus remediis debitè usurpatis, Deo adjuvante, sana facta est.

Alio tempore ad ejiciendam materiam peccantem in Prægnantibus leni vomitorio usus sum.

Post-

Postea corroboravi Stomachum vel Oleis paulò ante præscriptis, vel Aqvâ vitæ mulierum, vel aqvâ Cinamomi, vel corticibus aurantiarum conditis, vel Tincturâ Corallorum.

Hic affectus non est negligendus, nec ejus cura differenda, sæpè enim eam seqvitur vel Cachexia, vel Hydrops. Vide meam Medicinam Practicam pag. 219.

OBSERVATIO & CURATIO VI.

DE JUVENE VULNErato in sinistro latere.

SCriba Domini Bartholomæi Böttichers/ Præfecti Rotlebrodani, in duello ab adversario gladio in sinistro latere, tàm profundè transverberabatur, ut etiam Pulmo simul læsus fuerit.

Hoc facto vulneratus à suis amicis deportatur domum, & ego cum Chirurgo vocor.

Re igitur à nobis benè considerata, eò consiliis nostris collimamus, qvomodo Vulnus purgari, consolidari, & symptomata averti possint. Qvod seqventibus Medicamentis, factum.

℞. *Herb. beton.*
sanic.
matris sylv.
vinc. pervinc.
pyrolæ ana Mj.
Rad. tormentill.
consol. major. ana ℥ß.
Nuc. mosch. Nro. j.
Lapid. cancror. ℥iß.
Coqve in s. q. aqvæ ad horæ qvadrantem. Postea cola,
Colatura S. Heiltranck.

℞. *Brodij Caponis q. s.*
in eo coqve
Herb. salv.
alchymil.
hypericon.
consol. regal. ana Mß.
Tormentill. ℥ij.
S. Tranck pro potu.

℞. *Bal-*

℞. *Balsami Hispanici* ʒß.

Cujus mentionem facit Fabricius 1. operum Chirurgic. part. 2. cap. 7. pag. 805.

S. Balsam pro Turunda.

℞. *Emplastr. defensiv. Wirschungij* ℥iiß.

S. Defensiv Pflaster.

℞. *Emplastr. stiptici Crollij* ℥iij.

S. Stichpflaster.

OBSERVATIO & CURATIO VII.

DE DIFFICULTATE auditûs cum aurium Tinnitû in Rustico.

Rusticus qvidam Hainensis, Vir qvadraginta annorum, me accessit, & ejulabundus conqveritur, se à septem septimanis continuis acerbissimis doloribus capitis miserrimè affligi, cum tinnitû ferè perpetuo aurium, & depravato auditû, id qvod res ipsa indicabat, me enim cum ipso loqventem prius non percipiebat, nisi cùm stentorea qvadam voce verba proferrem. Misertus ergò miseri hujus Rustici consilium ego do, ut ad minimum per 8. dies utere-tur seqventi decocto, caput calefaciente & alterante, nec non frigidum & pituitosum humorem in illo genitum concoqvente, cerebrumqve corroborante.

℞. *Rad. acori* ℥j.
Herb. salviæ,
beton.
hyssop.
rorismarin. ana Mj.
Flor. lavend.
serpill.
anthos,
stæchados ana p. j.
Bacc. laur.
juniper. ana ʒß.
Sem. nigell.
anisi ana ʒij.

Incidantur minutim, & incoq. cerevisiæ communi, vase supernè benè occluso, & probè lutato, ne qvid exspiret.

Deco-

Decoctum postea colletur herbis priùs per linteum mundum fortiter expressis. Dosis hujus ℥iiij.

Auribus verò ad discutiendos flatûs, qvi præcipua causa Tinnitûs, & adjuvandum auditum, jussi imponi bombacem, cui instillabatur guttula una vel altera Olei succini albi.

Sumptis tamen priùs pro evacuatione ad minimum bis seq. pilulis.

℞. *Extr. pilular. cochiar.* ℈ß.
diagrid. gr. ij.
Ol. anisi,
majeran. ana gutt. j.
F. pil. Nro. ix.
cum aqv. salviæ.

Et hoc modo viro illi Rustico confirmato cerebro ac capite ab omnibus pituitosis humoribus exiccato, Facultas audiendi, Deo juvante, restituebatur.

OBSERVATIO & CURATIO VIII.

DE MANIA IN VIDUA.

Anno 1664. die 17. Junii, cùm hæc scriberem, accidit, ut vidua honesta hujus loci, cum Cive Kelbrano secundas nuptias hîc contrahat, qvi postea, nescio ob qvam causam, repudiat contractum matrimonii; unde ex mœrore vidua desponsata in tantam melancholiam incidit, ut incipiat insanire: Erat iracunda, temeraria, clamosa, minax inqvieta; à febre qvidem immunis, sed pervigilio diu afflicta. Cui ego, rogatus à fratre, præscripsi seqventia, qvibus, σὺν Θεῷ, rectè convaluit.

℞. *Aqv. rosar.*
anethi ana ℥v.
Opij Thebaici succo citri correct. ana ʒß.
Croci ℈ß.
Misce benè, & fiat Epithema.

Postea venam frontis cum Saphæna secui.

℞. *Fol. senæ s. s.* ℥j.
Sem. anisi,
fænic. ana ʒj.

 Gly-

Glycyrrh.
Flor. violar. ana ʒß.
Crem. Tartari ʒvj.
F. pulvis, cujus dosis ʒj.

℞. Laudan. opiati gr. viij.
F. pil. pro tribus dosibus.

℞. Confect. Alkerm. ʒj.
de hyacynth. ʒß.
Spec. diamarg. frig.
Elect. d. gemmis ana ℈ij.
diamosch. d.
aromat. rosʃ Gabr. ℈j.
Syrup. d. pomis redolentibus ana q. ʃ.
F. Electuarium.

In aliis aliqvando sic mutavi medicamenta.

℞. Aqu. rosar.
endiv.
buglosß.
borrag. ana ℥iß.
Spec. d. gemmis frigidis ʒj.
diarh. Abbat. ʒß.
Margarit. præpar. ℈j.
Spec. cord. temper. ℈ß.
Opij ʒj.

M. F. Epithema, qvo caput & tempora per lintea triplicata irrigentur, manè, meridiè & vesperi.

℞. Liqvor. Lunæ ʒiiß.
S. Silber-Tinctur.

Hâc Tincturâ in Maniâ & Deliriis multùm profeci in Praxi mea.

OBSERVATIO & CURATIO IX.

DE INFLAMMATIONE oculorum.

OLim Dominus Zacharias Michaël, homo prudens & Consul Northusanus, mihi pro vero narravit, cùm aliqvando juvenis Jenæ literis operam navans, ingentem oculorum inflammationem pateretur, ei à Domino Zachariâ Brendelio, Medicinæ Doctore & Professore ibidem, consultum fuisse, uti seqvitur.

℞. Masß. pil. ʃ. q. esse nolo,
lucis,
aurear. ana ℈j.

Dia-

Diagridij gr. iij.
F. pil. cum aqv. fœnic. Nro. xv.
S. Pillen.

Postea concuteret albumen ovi ad dimidiam horam, & adjiceret aqvam rosarum, atq; id panno lineo intincto continuò oculo imponeret.

Qvo facto egregiè convaluit.

OBSERVATIO
&
CURATIO X.

DE FABRO LIGNARIO cui insilit in oculum dextrum frustulum ligni.

MArtinus Grunebtra/ aliàs Zimmerman/ (inde ita dictus, qvia erat Faber lignarius) homo levis & impius, cùm in aula nostrâ ad extruendum stabulum eqvorum artem suam exerceret, & se in eo labore non semel, sed sæpè Diris devoveret; fit (præter dubium ex pœnâ & vindictâ divinâ) ut particula ligni in hujus impii hominis oculum insiliat, qvâ oculus dexter ita lædebatur, ut cæcitatem timeret.

Hic seqventibus remediis sibi à me præscriptis curatur, & pristinam oculi læsi integritatem, perfectè recuperavit.

℞. *Fol. althææ,*
malvæ ana Mj.
Sem. fænugr.
cotoneor. ana ℥ij.

Contusa & incisa coqve in s. q. aqvæ chelidonii. Cola & Signa Augenbehunge.

Qvo dolor maximâ ex parte sedatus fuit.

℞. *Lactis caprini vel puerperæ ana* ℥ij.
Sacchari Candi ℨiij.
Myrrhæ ℈ij.

Misce pro abstergendo ulcere oculi.

℞. *Cerussæ lotæ in aqvâ plantag.* ℨij.
Amyli ℨj.
Corall. albi,
C. C. usti ana ℈j.

Mutilag. radic. consolid. major. ℥ß.
Aqu. ros. q. s.
Misce, & serva ad usum pro consolidatione oculi.

OBSERVATIO & CURATIO XI.

DE MICTIONE SANGVInolenta in Rustico.

Accessit me consultum Rusticus qvidam ex Pago Breitenstein/exponens, se ex vehementiori corporis commotione incidisse in mictionem sangvinolentam, & jam agi sextam septimanam, qva hac affectione detineretur.

Cum urina qvotidie exire sangvinem, interdum purissimum, interdum in grumos coagulatum, unà cum ingenti dolore & ardore urinæ, ac stillicidio.

Huic, cùm viderem venas ipsius multo sangvine turgere, & plethorâ abundare, consului; ut venæ sectionem in brachio institueret; postea ad dissolvendum sangvinē concretum, jussi, ut bis vel ter ℈j. oculorum cancrorum cum aqvâ chærefolii sumeret. Tandem ratione ardoris urinæ & stillicidii seqventem decoctionem præscripsi, qvâ per plures dies utens, ab hâc affectione liber evasit.

℞. *Rad. taraxac.*
cichor. ana ℥j.
Herb. cichor.
endiv.
portulac. ana Mj.
Flor. violar.
nymph. ana p. j.
Tamarind. ℥ß.
Prunor. Damasc.
Sebesten ana Nro. vj.
Sem. qvat. frigid. major. ana ℈iß.
papav. albi ℈j.

Coqve in aqvâ communi pro ℔. ij. Colentur postea.

De hoc bibebat bis in die ℥iij. pro singula vice.

Et ita restituebatur.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO XII.

DE PTYALISMO IN Acicularis.

ACicularius qvidam, Vir qvadraginta annorum, vel circiter, in Stolbergâ patriâ meâ Ptyalismo, seu continuâ expuitione per tres menses laborabat, qvam dicebat subsecutam fuisse ad Febrem, qvâ antea detentus fuerat. Capitis qvoqve gravitatem sentiebat, nec non palatum exulceratum erat, alvo qvoqve pigrâ valdè existente, adeò, ut singulo manè triduo vix illa officium faceret. In cæteris functionibus nulla erat læsio vel impedimentum. Hunc primum purgavi pilulis seq.

℞. *Extr. pil. cochiar.*
aurear.
s q. esse nolo ana ʒß.
Ol. majoran. gutt. iij.
Cum aqv. beton.
fiant pil. xxx.

Dosis erat xviij. Reiteretur bis vel ter dosis.

Pro exulcerato palatû.

℞. *Herb. plantag.* Mj.
Flor. rosar. p. ij.
Gallar. omphac.
Sem. cydon. ana ʒj.
Coqv. in aqvâ plantag. ℔. j.
solatri,
eqviseti ana ʒij.
Colatur, adde
Diamor.
Dianucum ana ʒiß.
F. gargarisma.

Pro adstrictâ alvo.

℞. *Fol. senæ s. s.* ʒß.
Coqve in brodio prun. Damasc.
F. potiuncula.

OBSERVATIO & CURATIO XIII.

DE CATARRHO ACRI & salso in Studioso.

STudiosus Adolescens triginta annorum, patiebatur fluxum vel cathar-

tharrum salsum valdè è capite confertur in pulmones descendentem, undè ille continuè ad screationem & tussim irritabatur, qvâ tamen nihil aut parum expuebat. Noctu etiam ob perennem illam irritationem ac stimulationem non poterat dormire.

Huic ego, cùm me consuleret, unico isto medicamento ita opem tuli, ut altero die planè ab hâc molestiâ immunis esset.

℞. *Loch. d. papav.* ℥ij.
Syrup. violar.
jejub. ana ℥vj.
Extract. liqvirit. ℥i.
Pulv. gummi traganth. ℈iiß.
Spir. Sulphuris ℈i.
Misce pro lambitivo.

CURATIO XIV.

DE SCABIE IN PUERO qvinq; annorum.

Domini Johannis Bremen filiolus qvinq; annorum, scabiosus valdè erat, unde rogatus, ut aliqvid remedii ei præscriberem, seqventem formulam initiò ordinabam:

℞. *Syrup. de fumar.*
d. lupul. ana ℥iij.
d. cichor. c. rhab. ℥ij.
Spir. vitrioli gutt. x.

De his syrupis qvotidiè bina cochlearia puerulo præbita fuêre, manè unum, alterum vesperi, ad digestionem materiæ, sangvinisqve emendationem.

Tandem ℈j. Rhabarbaræ pulverisatæ ex jusculo gallinæ exhibitus fuit, ad evacuandum corpus. Qvam evacuationem etiam εὐφόρως tulit, & sic paucis diebus curatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XV.

DE SCABIE IN ALIIS pueris, 6. 7. vel 8. annorum.

Cæ-

CÆterique filii quoq; prædicti Domini Bremen 6. 7. & 8. annorum, scabie laborabant, sed non adeò fædâ, quo natu major Filius. Pro hisce omnibus seqvens nodulus à me ordinatus est, impendendus cerevisiæ communi.

℞. *Rad. cichor.*
polypod. ana ℥ij.
cymar. lupuli p. j.
Radic. lapathi acut. ℥j.
Fol. senæ s. s. ℥iij.
Rhabarb. ℥j.
Mechaacan. ℈ij.
Sem. anis. ℥j.
Cinamomi ℥ſ.

Concisis omnibus F. Nodulus.

Semel tantùm usus hujus Noduli qvotidiè incitatur, tempore nimirum prandii, unde qvoqve bis alvi beneficium inde habuêre singuli.

Verùm nausea cùm obreperet istius potionis, idcircò Syrupos sangvinis impuritatem emendantes, præscripsi seqventes:

℞. *Syrup. d. cichor. cum rhabarb.* ℥iiiſ.
d. fumar.
d. epythim. ana ℥iiſ.
Misce.

Tandem singulis datum fuit sudoriferum hoc:

℞. *Aqv. fumar.*
calendul. ana ℥ſ.
Spiritûs Tartari ℥ſ.
cardbened. ℥iiſ.
Misce.

OBSERVATIO & CURATIO XVI. DE RAUCEDINE.

NObilis ille Martinus à Tostungen/ Hæreditarius in Grossen-Wechsungen/ingenti vocis raucedine laborabat, qvæ cùm ipsi, utpote verba facturo ad domesticos suos, valdè permolesta esset, Medicum doctissimum in Imperiali Northusa in principio consul-

tum

tum adiit, qvi potione purgante priùs illi exhibitâ, postea nescio, qvam confectionem rotularum ei præscripsit.

Verùm cùm nihil utilitatis ex istis medicamentis perciperet, tandem me accessit, & remedium aliqvod ad tollendam istam suam raucedinem petiit. Ego gratificatus huic Nobili Viro, primò pilulas has ordinandas decerno, ad imminuendam materiam catharralem, utpote hujus mali fontem.

℞. *Extract. mechaacan.* gr. vj.
agarici gr. iij.
Pil. aurear. gr. ij.
Ol. anisi.
fænic. ana gutt. j.

Misce. F. pil. Nro. ix. cum aqvâ betonicæ.

A purgatione de Eclegmate seq. dimidium cochlear singulo manè absorbebat.

℞. *Syrup. d. hyss.*
d. scabios. ana ℥ij.
Loch. san. & expert. ℥iß.
Flor. sulphuris ℈ij.
Spec. diatr. frig. ʒj.
Spirit. sulphuris ℈j.
terebinth. ℈ß.

Misce. S. Eclegma.

Egregiè hic tinctus ipsi profuit, unde supra modum eundem ille commendabat, qvo & se confortatum fuisse prædicabat, & ob id descriptionem obnixè à me efflagitabat. Sed qvod ferè omiseram, usus qvoqve est nonnullis Gargarismis, à Barbitonsoribus nostratibus ipsi exhibitis.

OBSERVATIO & CURATIO XVII.

DE SCABIE IN PUERO *trimulo.*

CApur, manusqve pedesqve humidâ scabie, jam per octo menses fœdata habebat filiolus trimulus, Dn. Johannis Scharfii, U. J. Practici in inclytâ Northusâ, à qva ut liberaretur, consilium meum reqvisitum, qvod haud gravatim dedi hunc in modum:

℞.

℞. *Rad. cichor,*
polypod.
enulæ ana ℈iiij.
Rhabarb. ʒiſ.
Fol. ſenæ ſ. ſ. ʒij.
Epithymi ℈j.
Sem. aniſi ʒj.

Conciſa ſingula minutim indantur ſacculo parvo è ſindone confecto, qvi filo appenſo cantharo, cereviſia communi referto excipiatur.

De qvo primum qvemqve hauſtum in prandio biberat. Habuit inde ad minimum 2. vel 3. ſedes. Binis verò horis ante paſtum, bina cochlearia parva ſeq. medicinæ capiebat, ad mundificandum nimirum ſangvinem:

℞. *Syrup. d. cichor. cum rhabarb. ana* ℥iiij.
d. fumar. ℥iiſ.
d. epithym. ℥ij.
Spir. vitrioli gutt. xv.

M. Atq; ita cutaneam hanc affectionem paucorum dierum ſpacio curavi, Deo ſit Laus.

OBSERVATIO & CURATIO XVIII.

DE SCABIE ET ATROphiâ in puero unius anni.

Nobilis cujusdam Filius unius anni, ſcabioſus erat, & atrophiâ qvoqve laborabat. Cui ego conſulturus primo jubeo, ut illi qvotidiè bina cochlearia d. ſeq. ſyrupis, manè ſcilicet & veſperi pro concoqvendâ materiâ obſtructione aperiendâ, & ſangvine corrigendo præberentur.

℞. *Syrup. d. cichor. cum rhabarb.* ℥iiij.
fumariæ ℥iſ.
d. cinamomo ℥ſ.
Spir. vitrioli gutt. ij.
Miſce.

Poſtea ſudoriferum hoc ei ebibendum in lecto benè tecto exhibui.

℞. *Aqv. fumar.* ʒij.
cardbenedict. ʒiſ.
Spir. cardbened. ʒj.

Extract. cardbened. gran. xv.
Spir. vitrioli gutt. j.

Hiſce, ut puto, curatus fuit, qvia amplius Pater me non conſuluit.

OBSERVATIO & CURATIO XIX.

DE SCABIE IN PUERO *trium annorum.*

Filiolus triennis Domini Syndici Northuſani, N. Tielen/ U. J. D. ſcabioſus erat, qvi poſt progreſſum corporis evacuationem cum pulvere rhabarb. uſuqve conditi & ungventi ſubſeqventis per me, σὺν Θεῷ, à pſoricâ illâ affectione liberatus fuit.

℞. *Conſerv. flor. cich.* ℥iij.
Rad. cich. condit. ℥j.
Lact. Italic. condit. ℥ſ.
Spec. aromat. roſ. Gabriel.
Diarhod. Abbat. ʒj.
Syrup. d. cichor. cum rhabarb. ℥iſ.
Spir. vitrioli gutt. x.

℞. *Ol. ovor.* ℥iiſ.
Tartar. ʒiſ.
Ceruſſ. ℈iiij.
Litharg. ℈j.
Camphoræ gr. vj.
M. F. Ungventum.

OBSERVATIO & CURATIO XX.

DE SCORBUTO INCIpiente.

Vidua Domini Johannis Osvvaldi, utriusqve Medicinæ Doctoris, & Phyſici olim Northuſani, qvinqvaginta circiter annorum, corripiebatur ſpontaneâ totius corporis laſſitudine, inprimis verò pedum, appetitum inſuper omninò proſtratum habebat, ſudore fœtido corpus noctu diffluebat, & capite dolebat, & brachia pedesqve maculis primò rubris, mox cæruleis ac liveſcentibus innumeris con-

conspergebantur. Interrogatus de genere morbi scorbuticam affectionem pronuntiavi. Ipsa statim mihi adstipulatur, sententiamqve meam approbabat. Perspectâ itaqve morbi naturâ, curam in nomine Domini aggredior, hanc texturus telam.

℞. *Radic. polypodij* ℥ß.
cichor. ℨiij.
Herb. fumar.
cetarach,
beccabungi,
cochlear.
nasturt. ana p. j.
Flor. cichor. ℨij.
Cortic. rad. capp.
tamarisc. ana ℨiij.
Fol. sen. s. s. ℨvj.
Rhabarb. ℨiij.
Cort. helleb. nigri ℨij.
Crystall. Tartari ℨiß.
Cinamomi ℨß.

Incidantur minutim singula, & includantur Nodulo, è sindone rubro parato.

Usus noduli hujus erat talis, ponebat illum in s. q. vini absinthitis optimi, & de hoc horâ unâ ante prandium haustulum unum bibebat, idqve per octiduum. Non satis prædicare poterat virtutem istius Noduli, utpote qvo uno, brevi spatio, se perfectè curatam & restitutam fuisse dicebat.

Qvæ si non juvissent, præscripsissem seqvens Electuarium.

℞. *Conserv. cochlear.*
beccabung.
Chamædr.
fumar.
acetos.
absinth.
cichor. ana ℥ß.
Rad. helen. condit. ℥iß.
Spec. diapliris,
diarh. Abbat. ana ℨß.
Spir. Tartari ℨj.
Extr. gran. juniper.
rad. pimpin. ana ℨß.
Syrup. cochlear.
fumar.
acetos. citri,
cinamomi ana q. s.
F. Elect. molle.

OBSERVATIO & CURATIO XXI.

DE CALCULO IN PUERO qvatuordecim mensium.

Domini Antonii Reinhardi, L. L. Cand. filiolus 14. mensium, de qvo antea diximus, denuò Calculo seu dolore Nephritico excruciabatur, ad qvem qvidem mitigandum primò hoc Enema illi injici jussi.

℞. *Rad. lilior. albor.*
Herb. parietar. Mj.
Flor. chamomill.
melilot. ana p. iß.
Sem. lini ℥vj.
anisi ʒj.
Coque in s. q. aqvæ commun. pro ℥iiij.
cola, & adde
Ol. chamomill.
lilior. albor. ana ʒv.
Sacch. rubri ℥iij.
M. Fiat Clyster.

Regio renum inungebatur hoc Linimento.

℞. *Ol. scorpion.* ʒß.
lilior. albor.
chamomill. ana ʒiij.
therebinthin. destill. ℈j.
Pingved. anatis ʒij.
Ceræ parum.
F. Linimentum.

Qvo magna ex parte dolor placabatur. Seqvente die ad majorem expulsionem calculi parum ei exhibitum fuit de seqventi Sale:

℞. *Magist. Tartari vitriol.* ʒiß.

Detur qvantum cuspide unius cultelli excipi potest cum pauca qvantitate Aqvæ ononidis, & hisce iterum liberatus fuit ab his doloribus.

OBSERVATIO & CURATIO XXII.

DE INTERNO CALORE gulæ cum levi ejusdem excoriatione, ac lingvæ orisq; asperitate & siccitate.

Juve-

JUvenis 24. circiter annorum, me accessit, de seqventibus symptomatibus conqvestus. Calor qvidam internus insederat fauces seu gulam, cum excoriatione leni ejusdem, os & lingva qvoqve supra modum ei aspera erant ac sicca, cum nonnullis pustulis exiguis, internas faucium partes obsidentibus, absqve tamen deglutionis difficultate. Hæc omnia cùm judicarem oriri ab intenso calore Epatis, idcircò illi contemperando, svasi Spiritûs vitrioli usum sumendo alternis diebus gutt. 8. ex aqvâ Cichorei, præmisso tamen priùs hâc leni evacuatione.

℞. *Aqv. endiv.*
cichor. ana ℥iß.
Syrup d. cichor. c. rhabarb.
Extract. rhabarb. ʒß.
Salis corallor.
cichor. ana ℈ß.
Spir. vitrioli gutt. vij.
Misce. F. potiuncula.

Ad calorem verò internum, urentem fauces, jubeo, ut freqventer particulam de lapide prunellæ in ore teneret, eamq; paulatim in eo liqvefactum deglutiret. Hôcce verò non juvante, seqvente Gargarismate uteretur.

℞. *Flor. rosar. rubr.*
balaustiar. ana p. j.
Rad. cyper. ℥ij.
Cort. granat. ℥iß.
Incoqve in aqvâ plantag. prunellæ ana ℔. ß.
adde Diamor. ℥iß.
Lapid. prunell. ℥ij.
Misce.

OBSERVATIO & CURATIO XXIII.

DE ULCERIBUS CAPITIS qvotidiè manantibus in Infante duorum annorum.

VEnit ad me nuper Mater infantis duorum annorum, conqvesta de ulceribus manantibus, qvæ jam nunc du-

durâssent ultra anni spatium in capite infantis. Petiit igitur, ut si qvid scirem, qvo possent ejusmodi ulcera curavi in eo, diligentis Medici officium præstarem. Ego hâc vice, cùm eo ipso momento vocarer in Aulam, nihil in Officinâ ordinari volui, & qvidem lubens, qvia scio, ejusmodi manantia ulcera capitis antiqva & confirmata non facilè admittere curam, nec semper prodesse ipsa protrahere ad curationes, cùm sæpissimè usu evenerit multò plus periculi inde esse & noxæ, qvàm salutis & tranqvillitatis.

Aliàs in ejusmodi ulceribus capitis manantibus uti soleo, præmissis tamen præmittendis, solo Balsamo Sulphuris Rulandi, qvi hæc & similia ulcuscula cito tuloq; tollit.

OBSERVATIO & CURATIO XXIV.

DE LENTIGINIBUS IN Virgine.

Lentigines sunt maculæ, lentis magnitudine, qvas Germani Somerspossen/Sommerflecken/ qvia tantum æstatis tempore apparent, & hyeme evanescunt, vel Laubflecken/ à foliorum aridorum colore nominant, occupantes inprimis faciem, interdum qvoqve & brachia & manus. Oriuntur à sangvine adusto epidermidem occupante.

His maculis in fronte ubertim defædata virgo qvadam 20. annorum, ad me olim venit, consiliumq; etiam atqve etiam petens. Cui ego gratificaturus seqventia præscribo.

℞. Aqva ex foliis satyrionis maculosi collect. in novilunio. ℥vj. Qva cutis diligenter (præsertim in Autumno) lavetur. Qvod felicissimum remedium fuit.

Vides hîc, amice Lector, qvid in Medicinâ Signatura præstet.

Con-

Conveniunt hîc qvoqve Aqv. flor. sambuci, fabarum, scofulariæ & omnia Cosmetica, ut sunt:

Lac caprinum,
asininum,
amygd. dulc.

Item:

℞. *Medullæ panis albi* ℔. j.
Sigill. Salomon. ℔ ß.
Lactis caprin. q. s.
Destillentur.

℞. *Album; ovor.* Nro. xxiv.
Lactis asinini vel caprini ℔. ij.
Destillentur.

OBSERVATIO & CURATIO XXV. DE MACULIS EPATICIS.

DOminus Hieronymus Strenzel, olim poliographus Stolbergensis, conqveritur de maculis qvibusdam pectus & dorsum occupantibus, qvæ modò evanescerent, modò verò emergerent, cum cutis qvadam asperitate.

Timens ergò, ne hoc malum in pejus rueret, consulturus me adiit, de specie morbi meam sententiam inqvirens. Ego affirmo, qvòd hæ maculæ ab Epaticis & Lienis malâ constitutione ortum traherent, & maculæ Epaticæ dicerentur, & si diu durarent, alii morbi præsertim Febres qvartanæ maculas has seqverentur.

Svadeo igitur, ut primò utatur cibis boni succi, ut carne hædinâ, agninâ, vitulinâ, gallinaceâ, ovis, prunis, passulis, amygdalis. Vitaret verò crassos, salsos, acres, & cibos mali succi, ut carnes fumo induratas, & similes.

Postea præscripsi:

℞. *Syrup. d. lupulo,*
fumariæ ana ℥iß.
Aqv. cichor.
fumariæ,
cuscutæ ana ℥j.
Misce, pro duabus dosibus.

℞.

℞. *Extr. rhabarb.* ℈ß.
helleb. nigri gr. iiij.
Resin. galap. gr. v.
Diagridij gr. iiij.
Ol. anisi,
Tincturæ Martis ana gutt. ij.
F. pil. Nro. xv.

℞. *Rotul. spec. diatrion. santal. ana* ʒv.
S. Leberküchlein.

OBSERVATIO & CURATIO XXVI.

DE HÆMORRHOIDIbus cæcis.

PAstor in Pago Uderslebem/ sito in Comitatû Honsteinensi, non semel, sed aliqvoties in anno, præsertim circa autumnum, delabitur in hæmorrhoidas cæcas cum magno dolore. Qvem me consulentem adjuvi seqventibus medicamentis:

℞. *Bals. Sulph. Rulandi* ℥j.

Qvo inunxit hæmorrhoidas cæcas, & statim ab iis doloribus liberatus fuit, sistit enim statim dolores.

In aliis seqventibus usus sum:

℞. *Muscil. sem. psillij extract. cum aqv. rosar.* ℥j.
Ol. rosar.
violar. ana ℥ß.
Misce.

Si dolor valdè urgeat, potest addi aliqvid opii.

℞. *Ungvent. popul.* ℥ß. ʒj.
Ol. papav.
flor. verbasci ana ℥ß.
Opij ℈j.
Croci ℈ß.
Misce.

OBSERVATIO & CURATIO XXVII.

DE INFLAMMATIONE & exulceratione gurgulionis.

JOhannes Andreas Boschatius, in Aulâ qvadam, cùm aliqvot dies largiter bibisset,

ſet, & ſe tàm vino qvam cereviſiâ nimium impleviſſet, accidit, ut in inflammationem & exulcerationem gurgulionis incidat, ex ſalsâ & acri materiâ à capite ad guttur delabente.

Ab hac moleſtiâ ut liberaretur, mittit ad me uxorem ſuam, cujus petitio erat; ut conducibilia medicamenta ad curandum iſtum affectum, marito præſcriberem. Ego non immemor noſtræ amicitiæ, qvam ferè ab ineunte ætate univimus, præſcribo, qvæ ſeqvuntur:

℞. *Ol. amygd. d.* ℥j.
violar.
chamomill.
Balſami Sulphuris Rulandi ana ʒvj.
Miſce. S. Oele zum Halſe.

℞. *Emplaſtr. d. melilot.* ʒiſ.
d. chamomill. ʒj.
Malaxentur Ol. violar. q. ſ.
S. Pflaſter.

Secundâ vice ſic mutavi:
℞. *Empl. d. melilot.* ʒiſ.
Farin. ſem. lini,
fœnugræc. ana ʒiſ.
Flor. chamomill. ʒj.
Nidi hirundin. ʒiiiſ.
Ol. chamomill.
amygdal. dulc.
violar. ana q. ſ.
F. Emplaſtrum.

℞. *Diamor.* ʒiſ.
Mellis roſat. ʒj.
Syrup. d. roſ. ſicc.
myrtillor, ana ʒvſ.
Aqv. prunell.
eqviſet. ana ℥j.
Salis prunell. ʒj.
De hoc ſubinde lambat æger.

Vide meam Practicam medic. pag. 156.

OBSERVATIO & CURATIO XXVIII.

Dominus Johannes Æſchardus, L.L. Studioſus, juvenis 24. annorum, cùm diu in peregrinatione ſuâ ventum

Borealem perpessus esset, accidit, ut in ipsius ore & labiis fissuræ molestæ orirentur, qvibus brevi temporis spatio subveni seqventibus medicamentis.

℞. *Ungv. pomad. lot. aliqvoties,*
Aqv. violar. ℥j.
Infrigidant. Galen. ʒiij.
Pingved. ex cochl. ligneis Hartmanni ℥ß.
Ol. amygd. d. ℥vj.
destillat. ros.
ligni Rhodij gutt. vj.
Ceræ virgineæ parum.
F. Ungventum molle.

OBSERVATIO & CURATIO XXIX.

DE IMBECILLITATE *mentis cum delirio in Puella.*

Domini Johannis Liebesbergen / Camerarii hujus loci, Filiola natû maxima, nescio, qvâ de causâ, tantâ imbecillitate mentis corripitur, ut tandem incipiat delirare, modò enim garriebat, modò ridebat, modò lachrymabatur &c. Parentes solliciti de sanitate filiolæ in consilium vocant Medicum, Dominum Doctorem N. N. aliàs Virum in Re medicâ doctissimum, cujus tamen diligentia in præscribendis medicamentis nihil proficiebat.

Tandem ad me veniunt petentes meam operam in hocce affectu. Qvibus præscribendo seqventia medicamenta satisfacio.

℞. *Extracti melanagogi Quercetani ana* ℈ß.
Hellebori nigri.
Senæ ana gr. vij.
d. fumo terræ gr. v.
F. pil. Nro. ix. *cum Syrup. d. epithymo.*

℞. *Salviæ,*
Origani,
majoran.
serpilli,
pulegij ana Miß.
Flor. chamomill. Mß.

Bac-

Baccar. juniper. ℥ſ.
Baccar. lauri ℥iſ.
Flor. rorismar.
ſchænanti ana p. ij.
lavandul.
roſar. ana p. j.
Salis ℥iiſ.
Coqve in lixivio, & dum itur cubitum laventur pedes.

℞. *Herb. betonic.*
origani,
ſerpilli,
majoran.
hyſſopi,
ſalviæ,
pulegij,
ſpicæ Indic.
lavandul.
calaminth.
meliſſ. ana Mſ.
Fol. lauri ℥iij.
Agarici ℥ij.
Fol. ſen.
roſar. rubrar. ana ℥ij.
Ex inciſis fiat lixivium pro capite.

℞. *Conſerv. anthos,*
meliſſ.
pæoniæ,
betonic. ana ℥ſ.
diacori ℥vj.
Pulv. rad. pæoniæ,
Ireos flor. ana ℥ſ.
Spec. dianth.
diamoſch. d. ana ℈j.
Nuc. moſch. in India condit.
ana ℥ſ.
Ol. aniſi,
cubebar.
anthos,
arantiar.
cort. citri,
ſuccini ana gutt. j.
Syrup. d. cortic. citri q. ſ.
S. Latwerge zum Haupte.

Hiſce nihil proficientibus præſcripſi tandem.

℞. *Tinctura Lunæ* ℥iiſ.
S. Edle Silber-Tinctur.

Qvo debito modo adhibito medicamento inſtar miraculi delirium evanuit, Deo ſit Laus & honor.

OBSERVATIO
&
CURATIO XXX.
DE PARTU DIFFICILI.

Anna Margarita Strenzels, mulier præpingvis in tanto deplorato & difficili partû constituta erat, ut toto biduo parere non posset.

Tertiò igitur die ad me venit Obstetrix, consilium & auxilium petens.

Noverat enim, me meis medicamentis hactenus multis subvenisse. Invocato igitur Deo, ex jussû meo obstetrix Ol. succini gutt. xx. imposuit in umbilicum mulieri afflictæ, & gutt. vij. ejusdem olei cum aqva pulegii & lilior. albor. bis intra bihorium bibendas dedit.

Hôc factô, mox eo momento, per Dei voluntatem, fœtum peperit, admirantibus omnibus adstantibus, & collaudantibus Deum, qvi indidisset illi oleo tantam peculiarem virtutem.

Sic Ol. carvi in aqv. pulegii exhibitum, partum accelerat.

Apud pauperes vidi partum sæpè difficilem solvi haustu pulegii cum ℥ß. stamin. liliorum alborum.

Sic stercus eqvinum in vino expressum & percolatum, subitò expellit fœtum & secundinam.

Utile est & oleum cinamomi ad gutt. iij. in aqvâ verbenæ. Vel.

℞. *Cassiæ ligneæ,*
Dictamni Cretici ana ʒj.
Cinamomi ʒß.
Croti ℈j.
F. pulvis: Dosis ʒj.

Vide meam medicin. Pract.

OBSERVATIO
&
CURATIO XXXII.
DE STERILITATE, ET extincta Virilitate.

Etsi casti Mariti rarò sterilitatem aperiant, attamen aliqvando fit, ut Medici cura in hoc affectû reqviratur. Placet igitur hîc qvædam medicamenta inserere, qvibus in Sterilitate & extinctâ virilitate uti soleo. Nota: Sterilitas in viris ab occultâ causâ pharmaciâ rarò tollitur.

Si

Si ex veneficio, etiam illa rarò amoveri poteſt, niſi ſimul removeantur veneficiorum inſtrumenta, qvorum nempè beneficio talia parata ſunt. Scio & ſæpiſſimè expertus ſum, multum profuiſſe in hoc caſu hauſtum aqvæ frigidæ ex ore eqvi maſculi non caſtrati, (Hengſt der nicht geſchnidten) in præterfluente potantis elapſæ & ſubitò vaſculo collectæ. Item Eſſentia formicarum. Nec non Eſſentia Satyrionis Crollii, cujus doſis ℈. ℈ij. vel ʒj. in vino Muſcatellino dulci, vel malvatico eundo cubitū.

Hoc in confortandâ venere eſt præſtantiſſimum medicamentum, & datur magno juvamēto frigidis & maleficiatis.

Merito qvoq; commendantur condita Orchidum & Electuarium diaſatyrionis. Curavi multas fæminas ſteriles Deo adjuvante, (præmiſſis tamen præmittendis) ſale ſolo ſatyrionis dato ad ℈ſ. poſt menſtruorum fluxum in vino Malvatico vel aqva vitæ mulierum ſæpiùs exhibito.

OBSERVATIO & CURATIO XXXII.

DE ALVI CONSTIPAtione alvi & torminibus ventris in Infante.

Filliolus tantùm ſex ſeptimanarum Domini Johannis Lerchen/Paſtoris Haſelfeldenſis, alvum vehementer adſtrictum habebat cum colicis doloribus variis, & æſtu totius corporis interno. Qvibus ego ſtatim ſic medeor injectione ſeqventis enematis.

℞. *Rad. althææ,*
lilior. alb. ana ʒiſ.
Herb. parietar.
Flor. chamomill.
meliloti ana p. j.
Sem. aniſi,
fænic. ana ʒiſ.
Coqv. in ſ.q. aqv. pro Colat. ℥iiſ.
Mellis roſ. colat. ʒij.
Ol. lilior. alb. ʒſ.
F. Clyſter.

Parum operatus fuit hic Clyſter.

 Id.

Idcirco jubeo, ut detur pauxillum mannæ Calabrinæ cum Lacte materno dissolutę, ex cujus usu benè habuit.

Post dies novem recrudêscere illi dolores ac ventris cruciatus; qvi statim consopiti fuerunt, datis ei ol. carvi ij. gutt. Ol. enim hoc ut menthæ & arantiarum est arcanum summum, singulare & universale, in colicis doloribus sedandis.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIII.

DE FLUVIO CAPILlorum.

PEtiit à me Bartholomæus Berding/ J. U. Doctor, ut aliqvid remedii ei præscriberem pro capillorum defluvio, qvô afficiebatur ob prægressum morbum. Cui consului, ut seq. herbas lixivio sarmentorum vitis incoqveret, iisqve bis vel ter in septimana caput probe elueret.

℞. *Rad. lapath. major.* ℥j.
Flor. rosar. Mj.
balaustiar. Mß.
Fol. qvercûs,
capill. veneris ana Miß.
Nuc. cupreß. Nro. ij.
Baccar. myrth.
sumach. ana ℥iß.
Ladani,
Acaciæ ana ℥ij.

Incidantur grossim & incoq. Lixivio s. a.

OBSERVATIO & CURAT. XXXIV.

DE CARDIALGIA.

ELisabetha Kühnen, Virgo 20. annorum, pia & honesta persona, patiebatur illam affectionem ventriculi, qvam Cardialgiam Medici vocant. Noctû enim qvàm primum lectum ingressa ad somnum

se

ſe componeret, ventriculi ſuperius orificium, (qvod illa ex ignorantiâ Cor vocabat) adeò flatibus diſtendebatur, ut reſpirationem penè omnem interciperet. Recurrebat hæc affectio per intervalla, nec continuò eam affligebat, à qvâ ut liberaretur, meo conſilio primam corporis regionem ſeqventi potiunculâ expurgandam ſuſcepi.

℞. *Aqu. cinamomi* ℥ſ.
menthæ,
meliſſ. ana ℨiij.
Syrup. d. cinamomo ℥ſ.
Extract. rhabarb. ℨſ.
Magiſter. corall. gr. vj.
Spir. vitrioli gutt. iiij.
M. F. potiuncula.

Sumſit qvidem hanc potiunculam horis matutinis, ſed paulò poſt vomitû rejecit. Unde ſeqventi die ex meâ præſcriptione ſeqventes pilulas deglutivit.

℞. *Extract. rhabarb.* ℈ſ.
agarici
mechaacan. ana gr. vj.
Diagridij gran. iiij.
Ol. aniſi,
menthæ ana gutt. j.
Miſce. F. pil. Nro. xv.
cum Syrup. d. menthâ.

Qvando dormitum ibat, ex meâ ſvaſione qvoq; portiunculam de cinamomo optimo maſticabat, & deglutiebat.

Et ſic poſt triduum hæc affectio ceſſavit, nec ampliùs rediit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXV, DE ÆSTU PRÆTER NAtura in Puerpera.

CONjux Adami Gerberi, Sartoris Stolbergenſis, puerpera per 14. dierum ſpatium affligebatur calore qvodam præternaturali interno totius corporis, unde ſentiebat, ſe viribus valdè dejici. Conſuluerat ei qvidam Doctor Medicus, ut naſturtium aqvaticum incoqveret ſero caprino, & de hoc

hoc qvotidiè unum vel binos haustûs biberet. Verùm cum ex hôc æstus non extingueretur, Maritus ejus postea consultum me accessit, & remedii aliqvid à me postulavit. Ego promptus statim formulam hanc seqventis julepi ei trado præparandi in Pharmacopolio.

℞. *Aqv. violar.*
endiv.
cichor.
bugloß. ana ℥iij.
In qvibus bulliant unicâ ebullitione
Conserv. violar.
cichor. ana ℥ß.
Passul. minor. ℥iij.
In colatur. dissolv.
Spec. diamarg. frig. ℈j.
Magister. corallor. gr. xvj.
Salis prunell. ℈j.
Syrup. acetos. citri,
berb. ana ℥j.
Spir. vitrioli gutt. x.
M. F. Julepus.

Pauperculæ mulieres & non habentes sostrum, qvo Medicum honorare possunt, solent uti in hoc affectû seqventibus, nimirum

Condit. rib.
berb. vel eorum succ.
Aqv. hordei,
Sero caprino,
Lacte amygdalino,
Rotul. de suc. berb.
Aqv. acetos.
card. Mar.
rosar.
miscent eas, rob. rib. vel berb. s. q.
ut fiat Julepus.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVI.

DE DEBILITATE Omnium membrorum in puerperâ.

Anna Margarita Börners, tunc temporis puerperæ, conqveritur de debilitate omnium membrorum. Mittit igitur Maritum ad me consilium & auxilium expetiturum. Unde

Unde ego, qvi consulabar, præscripsi seqventia, qvibus mirabiliter corroborata fuit, & ita ut paucis diebus vires corporis, de qvibus ferè anteà dubia, spes erat, postliminiò reciperet.

℞. *Spec. diamarg. frigid.* ʒj.
Margarit. præp. ℈ij.
Cinamomi,
Ligni aloës ana ℈j.
Hyacynth. gr. xij.
Flor. auri fini fol. iiij.
Fiat pulvis.

Dosis ℈j. in aqvâ carbunculi, vel aqvâ cinamomi.

℞. *Herb. meliss.*
ocymi,
Flor. rosar. rubrar. ana p. ij.
violar.
borrag.
tunicar. ana p. j.
Cort citri sicci,
Ligni aloës,
Cinamomi,
Macis ana ℈ij.
Spec. cardial. temper. ana ℈j.

Ex incisis minutim fiant tres sacculi, qvi priùs aqvâ carbunculi vel Vino Malvatico irrorati, atqve iterum expressi cordi & pulsibus manuum applicentur.

Alii præscripsi.

℞. *Manûs Christi perlat.* ʒiſ.
Spec. diamarg. frigid. ʒj.
rosat. novell. ℈j.
Margarit. præparat.
corall. præp. ana ʒſ.
M. F. pulvis.

De hoc sumantur aliqvot cuspides cultri per se vel in aqvâ cinamomi. Hic qvoqve conveniunt.

Aqva cinamomi.
vitæ mulier.
carbuncul.
caponis.
Ol. cinamomi,
Rotul. de speciebus diamargarit frigid.
Manus Christi perl.
Lac perlar.
Balsamus embryonum.
Confect. de hyacynto.
Syrup. citri &c.

OBSERVATIO & CURAT. XXXVII.
DE FACILITANDO partu.

CHristophori Hasen uxor cùm prægnans esset nono mense, partûsqve legitimi tempus adesset, accitus præscripsi seqventia.

℞. *Sabin. viridis* ℥iiſ.
Artemiſ. Mſ.
Ebulliant semel in aqvâ pulegii & lilior. albor.
Hujus ℞. ℥iiiſ.
Pulv. ſem. leuceij,
cinamomi,
diptamni ana ℈j.
Misce pro duabus dosibus.

Qvibus sumtis mox fœtum exclusit.

Hic conferunt & hæc.

℞. *Dictamni albi* ℨj.
Croci gr. vj.
F. pulvis, qvi detur in vino vel aqva pulegii.

Vel:
℞. *Borracis* ℨſ.
Croci,
Succini albi ana ℈ſ.
Aqv. menthæ ℥ij.
Misce.

Vel:
℞. *Dictamni,*
Sabin:
Castor. ana ℈j.
Croci gr. v.
F. pulvis, detur in aqva pulegii.

Vel:
℞. *Herb. malvæ,*
althææ,
branch. ursin. ana Mj.
In sacculo posita coqvantur in aqva pulegii, & ita calide infra umbilicum imponantur. Ad facilitandum partum consulo, nullus Medicus se intromittat, nisi postqvam prægnans egressa fuerit Lunam noni mensis suæ imprægnationis.

OBSERVATIO & CURAT. XXXVIII.

DE NIMIA AMPLITUdine uteri.

ETsi Scorta artificiosè occultare & curare possint nimiā amplitudinē uteri, qvam vel ob difficilem partū, vel ob superfluum coitum aliqvando patientur, ut sese apud procos pro virginibus venditent, qvod scelus non laudandum, sed reprehendendum & culpandum: attamen sæpè fit, ut in hoc honestæ Matronæ, qvæ aliqvando ob difficilem partum laxitatem vel nimiam amplitudinem uteri patiuntur, (nam ita Maritis ingratæ redduntur, & hoc vitium potest esse causa sterilitatis) operâ & consilio Medici indigeant: Hæ ita ab hâc affectione liberantur seqventibus medicamentis.

℞. *Consolid. major.*
Boli armeni,
Sangvis Draconis,
Balaustiorum,
Aluminis,
Mastichis ana ℥ß.

Pulverisentur, & mista pessario ex gossipio facto illinantur.

℞. *Fol. qvercus,*
plantag. ana Mß.
Radic. consolid. ℥j.
Cort. granator.
Balaustior.
Sumach. ana ℥ß.
Aluminis ℨj.

Coqve in aqva, & foveantur hôc decocto pudenda.

Solâ aqvâ aluminosâ hoc vitium curatur, qvando nimirum lintea in hac aqvâ madefacta imponantur per aliqvot dies pudendis.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIX.

DE EO AFFECTU, QVANdo in muliere post difficilem partum anus & vulva unum foramen fit.

INterdum in partû difficili accidit, ut perinæum & spacium, qvod est inter anum &

& pudendi rimam, rumpatur, & vulva & anus unum foramen fiat.

Id qvod fœminæ cuidam in Urbe Stolberga accidisse memini. Cùm igitur Maritus ejus à me consilium peteret, hanc formulam curationis aggredior.

Primò mandavi, ut collocaretur mulier in lecto ita, ut pedes altiores sint, & ibi omnes operationes suas per octo vel novem dies faciat.

Postea qvia exibat matrix, & ipsa indurescere videretur, introducta est ipsa lacte, in qvo bullierit butyrum, unde matrix ita mollis efferta fuit, ut sine omni difficultate reponeretur.

Deinde rupturam inter anum & vulvam tribus locis cum filo serico censui, & pannum lineum vulvæ ad qvantitatem vulvæ imponi curavimus.

Ultimò hoc Cataplasma impositum est.

℞. *Consolid. major.* ℥ij.
Herb. auric. muris,
alchymill.
pyrolæ,
Flor. verbasc.
hypericon. ana M.ſ.

Coqve ad mollitiem & postea contundantur, ut fiat Cataplasma, pudendis imponendum.

℞. *Pulveris radic. consol. major.* ℥iſ.
Sangv. Dracon.
Masticbis,
Cumini ana ℥j.
Cum sindone rubro

F. sacculus vel pessus, qvi in vino rubro coctus pudendo indatur.

OBSERVATIO & CURATIO XL. DE METU ABORTUS.

Viri cujusdam Consularis uxor, cùm ad sextum mensem gravida existeret, laborare cæpit de abortû ex levissimâ causâ ad iram commota, qvare

qvare ne abortum pateretur, ſvaſi rogatus, ut qvietè ſe teneret, vitaret æſtum & frigus, odores graves, inprimis candelarum extinctarum. Uteretur cibis temperatis boni ſucci facilis concoctionis. Vitaret motûs corporis violentiores, non freqventer cum viro coiret, ne alvus conſtiparetur, vitaret, ſeqventiaq; uſurparet.

℞. *Magiſt: Corall:* ʒj.
perlar. ʒſ.
Raſur. eboris ʒj.
Maſtichis ʒſ.
Gran; alcherm. ʒj.
Manûs Chriſti perlat. ʒſ.
F. Pulvis.

Vel:

℞. *Conſerv. roſar. antiq.* ℥ij.
ſalviæ ℥j.
Cort. citri condit: ʒvj.
Myrabol. citr. condit.
Pulp. dactylor: ana ℥ſ.
Margarit. præparat. ℈j.
Magiſter. corall. ʒj.
Cum ſyrup. d. cyton.
F. Electuarium.

Verùm cum magis magisq; dolores urgerent abortum: Adſtringentia fortiora hæc cum exhibenda, tum extra uſurpanda æſtimavi.

℞. *Conſerv. roſar. antiq.* ℥j.
Coralli rubri
Maſtichis ana ʒſ.

F. pulvis, qvi ſumatur in ovo ſorbili. Extra regioni lumborum renum & perinæo illitum fuit Ungventum Comitiſſæ.

Qvibus dolores, ſopiti, & abortus impeditus fuit.

Nota.

Obiter hîc notandum, ſi talibus medicamentis nihil proficiatur, ſed dolores partûs & fætum expellendi conatus magis magisq; incrementum ſumant deſiſtendum ab adſtringentibus; qvia non ſolùm fætum, ſed & ſecundinas & ſangvinis, qvi evacuari debet, effluxum impediunt, ſed expulſio fætûs, qvæ præcaveri non poteſt, potiùs adjuvanda.

OBSERVATIO & CURATIO XLI.

DE MULIERE METUENTE abortum.

ALii mulieri abortum timenti ob fluxum menstruorum, benedictione divinâ seqventibus subveni.

Primò apposui duabus mammillis duas cucurbitulas, qvia venam secari non audebam, unde menses statim suppressi sunt, sed tunc sangvis è naribus fluere cæpit. Necesse igitur fuit, ut seqventia præscriberem.

℞. *Aqvæ plantagin.*
rosar.
Aceti rosar. ana ℥iß.
Album. ovor. duorum,
Boli Armeni ℨij.
Fronti frigide applicetur.

Qva cessavit fluxus, & abortus sic impeditus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XLII.

DE EODEM MALO.

ANno 1661. venit ad me Obstetrix è pago Rotlebrodâ cum Rustico, consultandi causâ pro sua uxore gravidâ, qvæ haberet menstrua copiosè fluentia, cui, ne fieret abortus imperavi, ut in Officina preparentur seqventia, qvibus renes inungendi essent.

℞. *Ungvent. rosar.* ℥iß.
infrigid. Gal. ℥ß.
Misce.

℞. *Ungvent. Comitiß.* ℥iiß.
Da convenienter.

Qvo imus venter inungatur.

℞. *Conserv. rosar. antiq.*
Diacydon, spec. sine aromatibus ana ℥ij.
Trochisci de carabe,
d. terr. sigillat.
d. spodio ana ℨij.
Manûs Christi perlat. ℥j.
Cum syrup. d. cyton. q. s.

F. Conditum internè sumendum.

Notanda.

Secretum est apud Italicas mulieres dari in ovo sorbili pulverem cocci infectorii cum pauco mastichis,

Applicant etiam Obstetri-

ces extra ungventum de caſtanea, vel Comitiſſæ Abortum impedit Magiſterium Corallorum & perlarum, ſi ſæpius cum aqvâ vitæ vel aqvâ liliorum convallium detur.

Tinctura Corallorum ritè & rectè præparatorum abortum prohibet, ſi geſtationis tempore prægnantes ejus accipiant gutt. ix. ſingulis menſibus bis vel ter.

Aqva vitæ mulierum præ cæteris confert.

Mirè qvoqve laudatur Balſamus puerorum, inprimis probatus à Principe qvadam Perſonâ, qvæ aliqvoties fœtus mortuos ediderat, nulloqꝫ conſilio juvari poterat, niſi qvod poſt uſum qvotidianum hujus aqvæ omnes fætus vivos ſanosqve in lucem prodiderit. In pluribus etiam aliis mulieribus non fefellit eventus.

Pulvis pro gravidis in hoc malo.

℞. *Gran. tinctor.* ℨij.
Thuris albiſſimi ℨj.

Miſce, & fiat pulvis, cujus doſis qvantum potes capere acie cultri in aqvâ vitæ mulierum.

Emplaſtrum abortum prohibens:

℞. *Maſſ. Emplaſtri Comitiſſæ vel de caſtaneis* ℥iij.
Rad. biſtort.
Corall.
Acat.
Hypociſt.
Cort. med. granat. ana ℥ß.
Ladani ℨvj.

Malaxentur omnia cum ſucco cydon: extendatur in alutâ, qvod ab inferioribus dorſo & lumbis vel coxendici imponatur. Nec ſemper geſtet ægra, ſed de nocte poteſt adimi, & ſæpè de die, ſi moleſtum fuerit.

Plura qvi deſiderat de hoc affectu, poteſt conſulere meã Medicinam Practicam.

OBSERVATIO & CURATIO XLIII.

DE SECUNDINA RETENTÂ.

Jo-

JOhannis Andreæ Rebaldi civis Elricensis Uxor cum fœtum in lucem feliciter edidisset, & secundina ad dies sex post partum non exiret, & qvidem non sine vitæ periculo, ipsa seqventibus remediis citra omnem hominum opinionem σὺν Θεῷ, liberata fuit.

℞. *Rad. diptamni* ʒj.
Sem. violar. ℈j.
Herb. sabinæ ℈ſ.
Cinamomi electi ℈ij.
Rasuræ dactylor. gran. vj.
F. pulvis, dividatur in duas partes, detur una post alteram in aqva artemisiæ.

Vel:

℞. *sabin. viridis* ʒij.
artemis. p. ſ.
Ebulliant semel in aqvâ artemisiæ & lilior. albor. colatur.
℞. ʒiiſ. & da secure.

Nota.

Juxta usum medicamentorum necessariorum opera manualis obstetricum reqviritur. Reficientia etiam propinanda sunt ad vires sustentandas, qvibus hôc in conatû maximè opus est, & laxas ex labore erigendas tùm confectione alkermes, specieb. diamargariton calid. tùm seqventi pulvere.

℞. *Dictamni albi* ʒij.
Cort. citri sic.
Sem. citri ana ʒſ.
Margarit præparat. ℈iiij.
Coriandr. præparat. ℈j.
Rosar. rubr. ℈iſ.
Sacch. albiss. fini ʒiiſ.
Aqva Carbunculi & Cinamomi hic qvoq; conferunt.

OBSERVATIO & CURATIO XLIV.

DE PRURIENTE DOLORE ac calore molesto plantarum pedum.

UXor Domini Johannis Scharfii, Advocati ordinarii in Imperiali Northusâ, à balneo, nescio ob qvam causam, irâ vehementi excandescens, paulò

paulò pòst plantas pedis utriusq; interno qvodam æstû præternaturali peruri cum molesto pruritû sensit, qvi adeò vehemens erat, ut cùm conabatur insistere pedibus, ob pruriginosum illum dolorem minùs valeret. Hanc autem unico hocce remedio sustuli 24. horarum spatio.

℞. *Aqvæ plantag.*
sempervivi ana ℥iij.
solani,
Aceti vini ana ℥ij.
Lapidis prunellæ,
Cerussæ ana ʒij.
Misce.

Intinxit hisce aqvis pannos lineos, eosqve ita modicè expressos plantis pedum aliqvoties admovit.

OBSERVATIO & CURATIO XLV.
DE TUMORE PEDUM.

Anno 1662. die 12. Septembris, cùm in Imperiali Northusâ viverem, ibiq; Praxin Medicam exercerem, venit ad me Mendicus, qvi ostiatim victum suum qværebat, monstrans mihi pedes suos admodum tumidos & ita inflatos, qvasi jam jam rumpere vellent. Ego ideò in consilium vocatus svadeo, ut aliqvoties illiniret pedes suos succo baccarum solani, qvod & fecit, & ita sani facti sunt ipsius pedes.

Qvo remedio posthac multi alii tumidos & inflatos pedes habentes sæpissimè cum summâ salute usi fuere.

Idem præstat succus foliorum Ebuli vel sambuci.

Ebulus coctus & comestus.

Aliis præscripsi hoc linimentum pro pedibus.

℞. *Ungvent. Agrippæ*
Martiat. ana ℥ij.
alabastrin.
dialthææ ana ℥j.
Misce.

Et ita inflatos & tumidos pedes habentes, præter omnium hominum spem, sani facti sunt ægri.

Emplastrum de cicuta cruribus impositum pedes tumidos sanos facit.

Lanifici uxor ex meo svasu & consilio usa fuit seqventibus, qvibus brevi admodum tumor omnis absumtus est.

℞. *Stercor. vaccini q. s.*
aceti q. s.

Coqve simul ad pultis magnitudinem, & pedibus applica.

Ad tollendum pedum tumorem aliud remedium.

℞. *Spec. dialacc.*
diacurc. ana ʒij.
Trocisci d. eupator.
d. absinthio ana ʒiß.
Epatis lupi præp. ʒj.
Soldanell. ℈ij.
Sacch. albi ʒiß.

Misce. F. pulvis. Dosis ʒj. vel per se vel in aqva sambuci.

Aqva si fimbrii aqvatici qvotidie bibita sæpissime qvoqve profuit. Raphanus vel beccabung: herba plantis pedum imposita utile est remedium. Raphanus inscisus & plantis pedis appositus multum juvare creditur.

OBSERVATIO & CURATIO XLVI.

DE MOBILITATE DENtium.

Anna Catharina Müllers/ diu laborabat mobilitate dentium & qvamvis multis medicamentis uteretur, nihil tamen auxilii sensit; tandem seqventibus cum multis aliis curata fuit.

℞. *Gland. qver. ʒj.*
Gallar. ʒß.
Aluminis usti,
Acat. ana ℈ij.
Fol. ros. rubr. Mß.

F. decoctum in vino rubro, & eo sæpe eluantur dentes.

OBSERVATIO & CURATIO XLVII.

DE TORMINIBUS Ventris.

Cu-

Curator Xenodochii, Johannes Köler, Vir sexaginta annorum, de qvo supra diximus, denuò ingentibus torminibus lancinabatur cum dejectâ cibi appetentiâ & nauseâ ciborum. Qvæ symptomata tamen statim unico hoc Clystere injecto evanuêre.

℞. *Radic. lilior. alb.*
althææ ana ℥ß.
Herb. parietar.
malvæ,
bismalvæ ana Mj.
Flor. chamomill.
melilot. ana Mß.
Sem. anisi,
fœnic ana ℨij.
Coque in suff. q. aqvæ malvæ & flor. chamomill. ℥xij.
Mell. rosat. colat. ℥ß.
Ol. violar.
chamom.
menthæ ana ℥ß.
Sacch. rubri ℨiij.
Salis parum.
F. Clyster.

OBSERVATIO
&

CURATIO XLVIII.

DE DOLORE FIXO CIRca umbilicum.

Juvenis qvidam natione Variscus, fixum qvendam dolorem circa umbilicum sentiebat, qvi ipsi dum concitatiùs ambularet, valdè molestus erat. Cupiens igitur ab eo liberari me consuluit. Ego propinato ei seq. pharmaco purgante miraculi instar omnem dolorem ilicò sustuli.

℞. *Decoct. aperit. & alterativ. ana* ℥iij.
Infunde per noctem Rhab. ℨiß.
Agaric. trochisc.
Mechaacan alb. ana ℨß.
Spicæ Indicæ ℈j.
Ebullitione una facta expressioni adde
Syrup. de cort. citri,
rosat. solut. ana ℥ß.
Misce.
℞. *Ol. menth.*
absinthij ana ℨj.
chamomill.
anethi ana ℨß.
Misce. S. Oel.

OBSERVATIO & CURATIO XLIX.

DE MULIERE QVADAM non valente urinam retinere post partum.

Anna Maria Weberin/ Viri cujusdam Senatoris uxor, cùm post difficilem partum retinere urinam non valeret, venit ad me ipsius maritus consilii causâ; Præscribo igitur seqventia, qvibus, Deo benedicente, intrà octiduum pristinæ sanitati restituta fuit.

℞. *Trochisc. d. carabe* ℈j.
de bolo ℈ß.
Corall. rubr. ʒß.
Mastichis,
Nuc. cupress. ana ℈j.
Spodij,
Croci martis ana gr. xviij.
Vesic. apri tosti ℈j.
Trag. ligni aloës,
balaustiar. ana gran. x.
Pellicul. ventr. galli gr. xv.
Amygd. amar. ʒj.
Nucl. persicor. ʒiß.
Rad. glycyrrh. ℈ij.
Gland. excortic. ʒß.
Sacchari ʒvj.

F. Pulvis subtiliss. Dosis ℈j. vel ʒß. in vino adstringente dum itur cubitum.

℞. *Herb. myrthi,*
plantag.
absinthij Miiß.
Flor. rosar. Mß.
prunell. sylvestr. Mß.
Granor. myrth. ʒij.
Fol. qvercûs Miß.
Radic. bistort. ʒj.

Incidantur & contundantur pro balneo, cui insideat manè & vesperi per horam: Vel fomentetur Regio ossis sacri & perinæum ad regionem Vesicæ: Post fomentationem ungantur eædem partes seqventi linimento.

℞. *Ol. myrth.*
cyd. n.
absinth.
mastich. ʒß.
Mucilag. sem. cydon. ʒij.
Pulver. rosar. rubr. ʒiiß.
Succi plantag. ʒß.
Super ignem cum paucâ cerâ

F. Linimentum molle.

OBSERVATIO & CURATIO L.

DE INCONTINENTIA urinæ.

JUvenis qvidam eodem affectû laborans, paucis diebus sic liberatus fuit.

℞. *Pulver. glandium* ʒj.
Olibani ʒiij.
Coriandri,
Boli Armeni,
Gummi Arab. ana ʒij.
Rosar. Spodij ana ʒiß.
Sem. lactuc.
burs. pastor. ana ʒij.
Camphoræ ℈ij.

F. pulvis, detur in Schatula. Dosis ʒj. in vino adstring. Cerotum pectini imponendum.

℞. *Unguent. Arragon.* ℥ß.
Ol. mastich.
costin.
spicæ ana ʒij.
cydon. ℥ß.
Mastichis ʒj.
Fol. ros. rubr. ʒiiß.
Thuris,
Gland. excortic. ana ʒj.
Ceræ q. s. pro Cerato.

℞. *Balaustiar. cortic.*
Gallarum.
Gran. myrth.
Hypocystid.
Acatiæ ana ℥ß.
Rosar. rubr. Mij.
Fol. querc. Miiiß.

Ebulliant in aqva ferrariorum pro balneo.

OBSERVATIO & CURATIO LI.

DE DEBILITATE VIsus.

APparitor in pago Sachswerffen/ ex destillatione è capite lippitudine & debilitate visûs, cum dolore vehementissimo laborans, petiit ut sibi conducibilia medicamenta, qvibus ab isto affectû liberaretur, præscriberem. Obtuli igitur ipsi seqvẽtia medicamẽta,

℞. *Aqv. beton.*
euphras. ana ℥iß.

Syrup. d. stæchad.
de beton. ana ℥ß.
Chrystall. Tartarisat. ℥ß.
Misce. S. Weichtränklein.

℞. *Mass. pil. luc.* ℈ij.
sine qvibus ℈j.
aurear.
cochiar. ana ℈ß.
d. Extract. ℈j.
Extract. hermodact. gr. xij.
Alhand. troch. gr. vj.
Diagridij gr. iiij.
cum aqv. euphrag.
fiat massa, addaturqve
Ol. anthos,
anisi ana gutt. ij.

Dividatur in qvatuor partes æqvales.

Ex qvalibet parte parentur pil. Nro. ix. dentur seorsim. S. Pillen.

℞. *beton.*
salviæ,
euphrag.
stæchad. ana ℥j.
rorismarin. ʒß.
rad. pæon.
Ireos florentin. ana gr. xxvj.
Sem. coriandr præp.
anisi,
fæniculi ana ʒiß.
Sileris montan.
Cubeb. ana ʒß.
Cinamomi,
Nuc. mosch.
Caryophyll. ana ℈iiij.
Cardamomi,
Ligni aloës,
sassafras ana ℈iiß.
Sach. albi ad pondus omnium.
Deinde S. Pulver.

Hujus pulveris dimidia pars infundatur vini Spirit. ex hoc capiat manè cochleari. Altera pars usurpetur dum itur cubitum ℈ij. vel ʒj. Cucurbitulæ cum scarificatione qvoqve appositæ sunt Scapulis. In aliis aliqvando usus sum cauteriis loco cucurbitularum.

OBSERVATIO & CURATIO LII. DE ELONGATIONE uvulæ.

Johannes Hieronymus Statius juvenis viginti qvatuor annorum, cùm ex nimia

miâ ingurgitatione cerevisiæ diu laborâsset catharris, è capite in uvulam & partes vicinas, qvas folium nominant Medici das Blatt delabentibus & destillantibus, accidit tandem ut elongatio uvulæ seqvatur cum magno dolore deglutiendi, & difficultate spirandi.

Ego in consilium adhibitus præcipio, ut Chirurgus illam attollat, vel relevet spatulâ, in cujus cuspide esset aliqvid de pulvere piperis longi vel Zingiberis, & vertici imponeret seqvens Emplastrum.

℞. *Fol. rosar.*
Thuris,
Mastichis,
Succini ana ℨj.
Fermenti q. s.
F. Emplastrum.

Hiscè nihil juvantibus præcepi, ut Chirurgus uvulam elevaret, crinibus verticis tractis, qvo motû repentino trahatur uvula donec cutis à cranio elevetur, qvod sono animadvertitur, & posteà æger uteretur seqventi Gargarismate.

℞. *Gallar.* ℥ij.
Sumach.
Psillij,
Berberis ana ℥j.
Aqv. commun. ℔. j.
aceti vini ℥ij.

Decoqvantur & in colaturâ resolventur aluminis ossi & mastichis ana ℨj. Thuris ℨß. mellis rosar. q. s. F. Gargarismus.

Hunc Gargarismum cum aliqvot menses usurpâsset, eoqve nihil efficeret, svasi ut incisio uvulæ fieret per medietatem instrumento Chirurgico, qvod & factum. Factâ deniqve consolidatione aqva vulnerariâ tandem convaluit, remanente vocis raucedine.

OBSERVATIO & CURATIO LIII.

Reverendus & doctissimus Ille, Johannes Lerche, Pastor Haselfeldensis,

ſis, Vir qvadraginta annorum, longo tempore, illa qvæ comedebat & bibebat, evomebat, qvod cùm medicamentis non poſſet compeſci, opem meam Medicam implorabat, qvam ego etiam Deo auxiliante tuli. Et ſic his uſurpatis tandem ceſſavit vomitus, & aſſumpta poſtea benè retinuit.

℞. *Cruſtæ panis in vini aceto bene macerat. q. ſ.*
Garyophyll.
Maſtichis,
Cinamomi,
Roſ. rubr. ana ℨiſ.

F. Emplaſtrum calidè ventriculo imponendum.

℞. *Vini Malvatici* ℥vj.
Spirit. vitrioli gutt. xiiij.

Benè diluantur. Dentur duabus vicibus.

Aliis ſeqventia benè profuerunt.

℞. *Ol. Abſinthij,*
Maſtichis,
mentæ ana ℨj.
Spec. diambræ,
diamoſch. d. ana ℈j.

His mixtis inungendus eſt ventriculus.

Potus ſit vinum abſinthites.

Edendi ſunt cibi facilis concoctionis, qvibus momentum Zingiberis admixtum eſt.

Vel:

℞. *Herb. meliſſæ,*
menth.
abſinthij,
roſar. ana ℨſ.

Coqve in l. q. vini & aceti ad tertias.

F. Fomentatio pro Stomacho.

Vel:

Mentham ſiccam ſacculo lineo inditam, & aqvâ menthę coctam ad ventriculi regionem applica, & bibe aqvam menthæ. Laudanum opiatum valdè juvat. Vomitûs enormes ſiſtit Aqva menthæ ad ℥ij. ſemel atqve iterum ſumpta.

Vide meam Medicinam Pract. pag. 228.

OBSERVATIO & *CURATIO LIV.*

DE

DE HYPERCATARSI.

Ecclesiæ Stolbergensis Archidiaconus, nomine Arnoldus Zeitfuchs/ liberalium Artium Magister, ex usu xij. gr. Flor. Antimonii in tantam incidit hypercatharsin cum dolore capitis, ut non modò in lipothymiam incideret, verùm etiam qvilibet adstantium putaret, jam nunc actum esse de vitâ ipsius; qvem tamen Deo adjuvante seqventibus ex Orco in vitam qvasi revocavi.

℞. *Lapidis hæmat.*
Carabe,
Psillij assati,
Corall. rubr. præp. ana ℈j.
Cum syrup. de Cydon. q. s.
Fiat Electuarium.

℞. *Fermenti acris* ℥iij.
Menthæ sicc. pulv.
Mastich. pulver. ana ℥iiß.
Garyophyll. ℈iß.
Aceti parum.

Misce, fiat massa qvæ extensa super pannum lineum & calide applicata, ventriculo insignem operationem præstat. Jussi qvoqve ut podex ablueretur aqvâ frigidâ, & manûs in aqvam frigidam imponerentur.

Item, ut acciperetur fumus ex mastiche & olibano ano per infundibulum.

Qvo compressus est fluxus, qvi si neqve iis medicamentis cessâsset, consuluissem, usum laudan. opii, vel Syrup. d. mastich. vel cydon. vel de myrtillis.

Pòst compressam hypercatharsin usus qvoqve est dies aliqvot aqvâ cinamomi cydoniatâ.

Ad capitis dolorem.

℞. *Aqv. rosar.*
anethi,
acetos. ana ℥j.
Acet. rosar. ʒvij.
Ol. violar. ℥j.
Misce. F. Epithema.

Empl. d. crusta panis & cætera adstringentia hîc qvoqve conferunt. Vide meum Flor. Chymic. pag. 85.

OBSERVATIO & CURATIO LV.

DE RUPTA VENA IN Pulmone.

Anno 1624 die 17. Martii accidit, ut cùm Civis Stolbergensis, nomine Valentin. Stoleler/ in currû Blanckenburgo donum veheretur, ex currû in itinere discussus fuerit. Ita ut duabus costis confractis & compressis sputum sangvinis, tussisqve etiam valida subseqveretur. Anxiè igitur petiit, ut aliqvot medicamenta huic affectui accommodata præscriberem. Morem igitur petenti gerens præscripsi formulas remediorum seqventes.

Primò præscripsi vel magis mandavi, ut vena Basilica funderetur, & ad sangvinis ℥iij. elicerentur.

Postea ad usum seqventia ordinavi.

℞. *Mumiæ* ℈ij.
Rhabarb. torref.
Boli armeni,
Spodij,
Terr. sigill. ana ʒß.
Syrup. cydon. ℥ij.
Aqv. plantag.
Veronicæ ana ℥iij.
F. Mixtura.

℞. *Ol. chamomill.*
myrth.
hypericon ana ℥j.
Misce pro inunctione lateris.

℞. *Emplastr. oxycroc.*
albi coct.
grisei ana ℥j.
Ungvent. nicotian. ℥ij.
Cum oleo hyper. & myrtillor.
fiat lege artis Emplastrum.
S. Pflaster nach dem schmieren auffzulegen.

Ultimò dedi hanc purgationem.

℞. *Cryst. Tartari* ℈j.
Mechaac. nigræ gr. xviij.
Rhabarb. gr. xv.
F. pulvis, cui inspergantur
Ol. anisi,
fænic. ana gutt. ij.

OBSERVATIO & CURATIO LVI.

DE VOMITU SANGVINEO.

Civis Stolbergensis, Vir qvadraginta annorum, incidit in crebrum sangvinis Vomitum, & ita ut adstantes consangvinei de ipsius vitâ desperarent. Ego multùm rogatus deplorato exhibeo seqventia, Deo priùs omnipotente rogato fideliter, ut per medicamenta ægro exhibita suam benedictionem dare vellet.

℞. *Panis secalin.* Miij.
Salis Mj.
Aceti q. s.

Fiat pulticula seu Emplastrum. Qvod ventriculo applicatum citò supprimit vomitum & sangvinis rejectionem.

Cùm maximè sitiret, dedi hoc.

℞. *Syrup. ex rof. sicc.*
d. endiv. ana ℥iß.
d. cichor. cum rhab. ℥j.
d. portul. ℥i.
Aqv. plantag.
endiv.
portulac. ana ℥ij.
Misce.

℞. *Lac. amygd. d. ex aqvâ chalybeatâ confectum q. s.*
S. Mandelmilch.

Cibus coqvebatur cum aqva chalybeata, cui admiscebatur Serpentaria major pulverisata.

OBSERVATIO & CURATIO LVII.

DE CATARRHO SALSO *delabente ad fauces ibidemq; excoriationem faciente.*

Rusticus qvidam Roslaviensis, Vir triginta annorum, conqveritur de qvadam salsâ materiâ delabente ad fauces, ibiq; excoriationem faciente, cui malo seqventibus medicamentis obviam ivi.

℞. *Diamoron.* ℥j.
Mellis rosat. colat. ℥iß.
Syrup. d. ros. sicc.
myrtin. ana ℥ß.
Aqv. prunell. ℥iß.
Salis prunell. ℈j.
M. S. Safft.

℞. *Herb. pyrol.*
sannicul.
prunell.
alchimill.
Fol. rub. idei ana Mß.
Balaustiar.
Ros. rubr. ana ℥j.
Glycyrrh. ras.
Radic. symph. ana ℨiij.
Passul. minor. ℥ß.
Alum. ℥ß.

Incide & contunde s. a. pro gargarismate, deinde Signetur Kräuter zum Gurgelwasser.

Coqvat. in aqva prunell. plantag. & veron. q. s. Colaturæ adde parum sacchari & syrupor. prius dictorum & gargariset calide.

OBSERVATIO
&

CURATIO LVIII.
DE ANGUSTIA PECTOris & Tussi ferinâ.

Virgo Nobilis in Wolckramshausen / viginti annorum nata, sentiebat circa præcordia angustiam, tussim immensam, qva invadente tantoperè cerebrū concutiebatur, ut qvasi oculos ex capite jam fore protrusos, arbitraretur, fortasse ex viscidâ materiâ, & qvamvis usa fuisset, multis medicamentis, his tamen absqve ullo profectu. Tandem ego vocor rogatus, ut in hoc aliqvid ex arte nostrâ adferrem. Curationis igitur initium sic auspicatus sum.

℞. *Spec. diapenid.* ℥iß.
diatrag. frigid. ℨij.
Flor. Sulphuris,
Lac. Sulphuris ana ℈j.
Loch d. passul.
d. farfar.
Oxymel. sqvillit. ana ℥j.
Syrup. violar.
d. glycyrrh. ana ℥ß.

M. D. S. Brustsafft. Benè profuit.

Li-

Linimentum pro pectore.

℞. *Ungvent. dialth.* ℥iß.
Pingved. capon. ℥ß.
anserin. ℥iß.
Ol. amygd. d.
violar. ana ℥ß.
nucistæ ana ℥ß.
Misc. D. S. Salbe.
Qvo inungatur pectus.

Pulvis corroborans.

℞. *Magister. perlar.*
corallor. ana ℈iiß.
C. C. Philos. præp. ℈j.
Os. d. Corde cervi Nro. ij.
Rubin.
Sapph. præp. ana ℈j.
Spec. cord. temp. frigid. ℈j.
de hyacynth. ℈ß.
Lapid. bezoard. gr. v.
Fol. auri fini,
argent. fin. ana Nro. iij.
Rot. manûs Christi perl. ℥iiß.
F. pulvis. Utatur ægra bis in die, nimirum manè & vesperi, in seq. mixtis Syrupis.

℞. *Syrup. violar.* ℥iß.
d. cort. citri ℥j.
d. succo borrag. ℥ß.
Conserv. radic. cichor. & cortic. citri ana ℥ß.
Myva cydon. ℥iij.
Spir. rosar.
Tinctur. rorismarin.
meliss. ana ℈ß.
Ol. cinamomi gutt. iiij.
Misce. D. S. Safft zum Pulverlein.

℞. *Rad. mechaacan.* ℈j.
Turpeti optimi gr. xj.
Cremor. Tartari.
Rhabarb. ana ℈ß.
Diagridij extract. gr. iiij.
Sacch. candi ℈j.
Fiat pulv. subtiliss.
conspergat. Ol. cinamom. gutt. ß.
Deinde S. Purgirpülverlein.
Hôc ultra octies fuit purgata. Et sic juvante Divinâ gratiâ, paucorum dierum spatio sanitati restituta est.

OBSERVATIO & CURATIO LIX.

DE ASTHMATE.

MAter mea piæ memoriæ, mulier sexaginta annorũ, cùm me visendi gratiâ in hyeme Imperialem Northusam accederet, in tantam spirandi difficultatem incidit, ut ferè de vita periclitaretur. Cùm igitur malum non remitteret, sed incrementum accrescere viderem, maturè illi occurrendum duxi seqventi medicamentorum usurpatione.

℞. *Succi enulæ noviter expr.* ℥ſ.
Spirit. Tartari ℈ſ.
Aqv. fœnic. vini opt. ℥j.
Digere per noctem in balneo, vitro benè clauso. Manè adde
Syrup. d. glycyrrh.
violar.
Oxymel squillitici ana ℥iij.
Spirit. anisi ℈ſ.
Misce. S. Digestiv.

℞. *Extract. mecchaac: composit.* gran. ix.
Diagridij gran. ij.
Extr. panchymag. gr. vj.
Ol. fœnic. dissolv. in Syrup. violar.
glycyrrh. ana ℥iiß
adde aqv. farfar. ℥iß
M. D. S. Purgiersafft.
Tantum qvater dejecit.
Ergo repetiit.
Extr. mechaacan. comp. ix.
Diagridij gran. iiij.
Panchymag. Crollij gr. viij.
Extract. Enulæ ℈j.
Croci gr. iij.
Syrup. violac. ℥j.
Aqv. farf. ℥ſ.
Misce.
Ex his satis purgata est.

℞. *Oxymell. sqvillit.* ℥j.
simplic. ℥ſ.
Mellis sqvillit. ℥vj.
Syrup. d. hyssop.
d. glycyrrh. ana ℥j.
Spirit. anisi. ℥iſ.
Ol. facch. ℥ſ.
Balsami Sulphuris ℈j.
Extr. enulæ. ℥i.
Misce omnia exactè.
S. Brustsafft.

Cùm respueret hoc Eclegma, præscripsi rotulas qvasdam ad seqventem modum.

℞. *Extract. Irid. Illiric.* gr. xij.
glycyrrh. vij.

Sem.

Sem. melon. ex ort. ℈iß.
Spec. diatrag. frigid. ʒiß.
d. hyssopo ℥i.
Ol. nuc. mosch. destill. gutt. vj.
anisi,
fœnic. ana gutt. v.
Sacch. albiss. dissol. q. s. in aquâ hyssop. & cinamomi ℥iij.
F. confectio in rotulis.

Atqve sic post octidui temporis spatium hæc mea Mater, cujus salus non solùm apud me, verùm etiam apud omnes conclamata erat, ex orci qvasi faucibus, benignitate Dei, erepta, nullis aliis remediis adhibitis integerrimæ sanitati restituta est.

Additamentum.

℞. *Loch. san. & expert.*
à pulm. vulp.
d. pino ana ℥iß.
Enulæ condit. contusæ & aqua cardben. humectat. ʒiiiß.
Spec. diayr. simpl. ʒß.
Sem. anisi,
fœnic.
aqvileg. ana ℈i.
Extract. glycyrrh. ℈i.
Cum Syrupo de hyssop & brodij de rad. enulæ condit. ana q. s.

Hic affectus reqvirit medicamenta humectantia partim & refrigerantia, sistentiaqve affluxum materiæ tenuis.

Qvalia sunt Spir. sulph. acidus per campanam factus mixtus cum aqvâ fontana. Infunduntur autem tot guttulæ, qvot sufficiant cyatho uni aqvæ fontis, ut manifestum acorem præ se ferat, sæpè exhibetur cochleare unum: sanctè affirmare possum, me cùm primũ exhiberi viderem, qvasi obstupuisse. Nam statim rediit liberior respiratio, & paroxysmus non modò infreqventiùs reiterabatur, sed etiam qvotiescunqve repetere velle advertebatur, hôc remedio compescebatur.

Vidi ante multos annos ad undecim horas asthmatico paroxysmo conflictari, ita tamen ut de ipsius vitâ desperaretur: Cui cùm fortè ab adstantibus offerretur spongiola aceto rosaceo intincta, ut vires colligeret, subitò fluxus interceptus, & ita fluxus vel paroxysmus qvasi [illegible] il-
lo

lo qvodam sedatus est. Vidi aqvam ex floribus raparum cum croco & pauco moscho mixtam, miraculosè Asthmaticis restituere respirationem liberam.

Extremum & nunqvam fallax habetur potiuncula subseqvens.

℞. *Gumm. ammoniac.* ℥iß.
Aqv. hyssopi ℥iiij.
Vini Rhenani ℥ij.
Misce ut decet.

Tantâ à suffocatione efficaciâ liberat, ut præclarius remedium non viderim. Plurimum adferre adjumenti qvoqve Asthmaticis vidi ad expectorandam materiam pituitosam tale cataplasma:

℞. *Caricar. ping.*
Dactylor. ana ℥j.
Herb. malv.
bismalv.
Flor. melilot.
chamomill. ana Mj.
Farin. lini,
fænugræc. ana ℥j.
Rad. malvæ,
Rad. althææ,
lilior. albor. ana ℥j.
Herb. hyssop.
marrubij albi,
scabios.
tussilagin. ana Mj.
Rad. ari ℥iij.

Decoqvantur ad mollitiem, postea adde
stercoris columbini ℥j.
pulver. sem. fænugræc. ℥j.
pingved. anatis,
gallinæ ana q. s.

Ad sufficientem pingvetudinem, fiat Cataplasma molle, pectori applicandum.

Asthma, Orthopnœa, dispnonea facilè curantur vomitoriis.

Item, fecula etiam radicis Ireos nostratis, cujus dosis ʒß. vel ʒj. in conveniente liqvore, imprimis verò in vino Malvatico, citissimè expellit humorem crassum. Flor. Sulphuris vel Sulphuris vivi cum asâ dulci in ovis tremulis (ad Sulphuris vivi ʒj. Benzoës ʒß. vel ʒj.

Hujus compositi datur ℈j. in ovo tremulo, addito salis mo-

momento; per aliqvot dies exhibitus pulmones infarctos à crassis humoribus liberat. Idem præstat Lac Sulphuris.

Præstantissimũ omnium sunt flor. sulph. albissimi, qvorum præparationem vide in Exegesi Chymiatrica Tenzelii.

Potentissimè qvoqve operatur, si aqvæ, qvæ fit ex compositione sacch. albi cum raphani taleolis simul in duobus patinis hinc inde commotis recenter facta (si nimirum ad horam unam vel alteram servetur, fætet) cochl. j. manè & serò exhibetur.

Balsamus Sulphuris idem præstat.

Si timeas catharrum suffocativum utere hoc.

℞. *Oxymel. sqvill.* ℥iiß.
helleborat. ʒvj.
Loch. d. pino,
Syrup. d. Peto descript. simpl. Querc.
d. adiantho,
d. hyssop. ana ℥j. ʒij.
Aqv. helenij,
salviæ,
scabios. ana ℥iiiß.
calam. aromat. ℥iß.
fænicul. ℥iß.
Mithridatis,
Theriac. Androm. ana ʒj.
Croci Orientalis ℈ß.

M. S. in mundo fictili Lufftewasser/ Vide meam Medicinam Pract. pag. 167.

OBSERVATIO & CURATIO LX.

DE SPUTO SANGVINIS.

Henricus Rittmeyer/ Rhedarius Stolbergensis, vir qvadraginta annorum, cùm in itinere à militibus graviter fustibus tractaretur, fit, ut domum rediens difficulter spirare, sangvinem rejicere, & vehementer in lecto decumbere incipit.

Mittit igitur uxorem ad me petentem medicamenta. Ego igitur, ut in hoc præstarem officium Medici diligentis, præ-

ſcripſi ſeqventia, qvibus poſt paucos ſeptimanas cæpit benè valere.

Primò juſſi ſecari venam Baſilicam: Poſtea dedi in aqva cherefolii bis pulverem contra caſum ex officinâ.

Ultimò præſcripſi.

℞. *Mumiæ* ℨj.
Rhabarb. torref.
Boli Armeni,
Spodij,
Terr. ſigillat. ana ℈ſ.
Syrup. d. cydon. ℥iſ.
Aqv. plantag. q. ſ.
F. Electuarium.

Tandem adhibui oxycroceũ, & benè ſe habuit, poſt inunctionem priùs Ol. roſar. & myrtin. vel hypericonis, & chamomill. & ſumptionem medicamentorum catharticorum.

OBSERVATIO & CURATIO LXI.

DE INAPPETENTIA cibi.

BAlneator qvidam è pago Groſſenſeinungen qvinqvaginta annos natus ἀνορεξίᾳ vel diſpepſiâ multas ſeptimanas laborabat, qvi intra dies qvatuordecim integrè ſeqventibus ſanatus fuit. Præſcripſi pro evacuatione duo medicamenta, pilulos & pulverem arbitriũ relinqvens, utrum ſumat.

℞. *Maſſ. pilular. d. extract. meæ deſcription.*
bryon. comp.
helleb. nigr. comp. ana gran. vj.
mechaac. comp. gr. iiij.
Rhabarb. gran. iij.
Diagridij,
Trochiſc. alhand. ana gr. j.
F. pil. Nro. ix.
Ol. arant.
aniſi ana gutt. j.

D. S. Pillen. Non ſumſit, ſed ſeqventem pulverem.

℞. *Cremor. Tartari* ℈ſ.
Mechaacan. gr. xvj.
Turbith. optimi,
Cortic. myrabol. citrin. gr. vj.

Ex-

Extract. diagridij gr. iiij.
Magister. perlar. gran. v.

F. pulvis subtilissimus, qvi aspergatur

Ol. cinamomi,
citri ana gutt. j.

Misce. & S. Purgirpülverlein.

Qvinqvies dejecit.

℞. *Spec. aromat. ros. Gabr.* ℥j.
dianthos ℈j.
diamosch. d.
diambræ ana ℈ß.
diarh. Abbat. ℈iiij.
Sacchar. albiß in aqv. menth. dissolut. ℥iij.

F. confectio in rotulis, addendo

Ol. nuc. mosch. expr. gutt. iij.
garyophyllor.
cinamomi ana gutt. ij.

S. Magenküchlein.

℞. *Herb. absinthij,*
menthæ,
meliß.
beton. ana Mj.
Flor. anthos,
salviæ,
rosar.
centaur. minor. ana Mß.
Calami aromat. ℥iß.
Garyophyll.
Macis,
Zingib. ana ℥ß.

Incisa & contusa S. Magensäcklein mit Weine zu befeuchten und auffzulegen.

Si hic affectus non remisisset, dedissem vomitorium ex vitriolo albo, qvo exhibito decet corroborare ventriculum. Principaliora, qvibus uti soleo ad confortandum Stomachum sunt seqventia.

Elixir. proprietatis,
Spiritus Salis,
vitrioli,
frumenti Agricolæ,
absinthij,
menthæ,
Acidula Antimonij,
Tinctur. absinthij,
centaur. minor.
menthæ,
Conserv. rosar. cum Spirit. vitrioli.
Pulv. aronis Querc.

Cætera vid. in meâ Medicinâ Pract. pag. 230.

OBSERVATIO & CURATIO LXII.

DE TUMORE ET INflammatione Testium.

Studiosus qvidam Theologiæ, juvenis viginti qvinqve annorum, incidit nescio ob qvam caussam, in Tumorem & inflammationem Testium. Rogatus igitur præscribo prescribenda. Qvibus iste Studiosus, auxiliante Deo & operâ meâ, à Tumore & Inflammatione liberatus, & pristina corporis vigori restitutus est.

℞. *Rhabarb.* ℈iiij.
Fol. sen. ℥iiß.
Agarici trochiscati ℥ß.
Infunde in aqv. endiviæ q. s.
Colaturæ ℥iiij. *adde*
Syrup. rosat. solutiv. ℥ß.
Misce pro haustû purgativo.

℞. *Ol. Chamomill.*
anethi ana ℥j.
rosar.
Sulphuris Rulandi ℥ß.
Empl. d. muscilagin. ℥iß.
Misce.

℞. *Muscilag. sem. alth.*
fænugræci,
lini fact.
Aqvâ malvæ ana ℥ß.
Ungv. Martial.
dialthææ ana ℥ß.
Empl. de melilot.
d. muscilag. ana ℥iß.
Pingved. anserin.
Ol. amygd. amar.
anethi,
chamomill. ana ℥iiß.
Ceræ q. s.
F. Emplastrum. S. Pflaster nach dem schmieren.

℞. *Antimonij diaphoret.* gr. xij.
Salis prunellæ gr. iiij.
Spec. diamarg. frig. ℈ß.
Lapid. bezoardici gr. ij.
Aqv. cardbened.
acetos. ana ℥iß.
Misce. S. Schwitzunge.

Præsentissimum præsidium in Tumore & inflammatione Testium est Emplastrum de Cicula.

Item Cataplasma ex foliis rutæ & ebuli aceto coctum & applicatum.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LXIII.

DE EPILEPSIA.

EX mandato cujusdam Ducissæ Illustrissimæ pro Virgine Nobili N. N. in Epilepsiæ insultibus.

℞. *Cremor. Tartari* ℈j.
Magister. Gelap gr. xij.
Magister. perl. gr. vij.
Ol. anisi gutt. ij.
Fiant pilulæ cum Syrup d. stæchade Nro. xj. S. Pillen.

℞. *Magister. corall.* ℈j.
Margarit. præp. ℈ß.
Cranij humani præp. succin. albi præp. gr. ix.
C. C. præparat. gr. xxv.
Unicorn. gran. vj.
Rad. pæon.
Yreos Florent. ana ℈iß.
F. pulvis.

℞. *Aqu. pæon.*
lilior. conval. ana ℥iß.
Epileptic. Langij ℥j.
cerasor. nigr.
lavandul. ana ℥ß.
Spir. rosar. gutt. x.
Misce. S. Wasser zum Pulver.

OBSERVATIO & CURATIO LXIV.

DE FEBRI TERTIANA intermittente simplici.

EOdem tempore in eadem aula præscripsi Nobili Adolescenti in Febri tertianâ intermittente simplici seqventia medicamenta.

℞. *Syrup. d. agrest. s.*
d. succ. citri ana ℥j.
d. cinamomo ℥ß.
d. limon. ℥j.
Rob. ribium,
berber. ana ℥iß.
cerasor. acidor. ℥ß.
Julep. rosar.
violar. ana ℥vj.
Spiritus vitrioli gutt. xx.
M. d. in fictili mundo.
S. Safft pro Siti & calore.

Ad somnum.

℞. *Unguent. popul.* ℥j.
Ol. papav.
violar.
nenuph.
mandrag. ana ℥ſ.
Opij Thebaici gr. xx.
Croci ℈ſ.
Ceræ q. ſ.
Fiat Ungventum.
S. Sälblein.

℞. *Cremor. Tartari,*
Tartari vitriolati ana ℈ſ.
Rad. mechaacan. ℈j.
Turbith. gr. xij.
Extract. diagridij gr. iiij.

F. pulvis ſubtiliſſ. deinde detur in chartâ, & utatur in pulli ſ. brodio. Hiſce convaluit qvidem, ſed cùm in nuptiis fratris ſtrenuè potâſſet, in recidivam incidit febris inordinatæ. Conſilium autem meum ulteriùs non petiit.

In Febribus tertianis intermittentibus ſæpiſſimè magno nominis honore Reſin. Scammonii ad gran. viij. vel x. in conſerv. roſar. ℥ſ. vel ℥j. uti ſoleo.

OBSERVATIO & CURATIO LXVI.

DE PURGATIONE ANTE VENÆ SECTIONEM.

CHriſtophorus Arnoldus Zeitfuchs/ Paſtor Roſpelvvendanus, vult ante venæ ſectionem ſic purgari.

℞. *Decocti aperitiv. & lenitiv. ana* ℥ij.
Syrup. acetoſ. citri,
d. cichor. cum rhab.
d. lupulo ana ℥ſ.
Tartar. vitriolat. ℨſ.
Spir. vitrioli gutt. v.

Miſce. S. Hauſtus digeſtivus.

℞. *Extract. rhabarb.* ℈ſ.
hellebor. nigri gr. iiij.
Reſin. galapiæ gr. v.
Diagridij gr. iij.
Ol. aniſi,
Tincturæ martis ana gutt. ij.

F. pilul. Nro. xvij.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LXVI.

DE SCROFULIS.

Cùm anno 1636. Nobilis qvædam, Anna Maria à Reckerot dicta cum metueret Scrophulas, præscripsi rogatus seqvens Ungventum cum purgante.

℞. *Gummi ammoniac.*
bdellij ana ℥ß.
opopan. ʒiij.

Dissolve in aceto sqvillitico, adde

Ol. lilior. albor.
chamomill.
amygd. amar. ana ʒiij.
spicæ ℈ij.
Muscilag. fænugr.
Ungvent. dialthææ ana ℥ij.
Medull. crurum vitulin.
Pingved. galli ana ʒiß.
Terebinth. ʒij.
Ceræ q. s.

M. D. S. Salbe zum Halse.

℞. *Decoct. aperitiv. min.* ℥iij.
bulliant in illis Fol. sen. ʒiiß.
Rhabar. ʒj.
Agarici trochiscat. ℈iiij.
Cremor. Tartari ℈ij.
Sqvinenth. ℈ß.
Sem. anisi,
fænic. ana ʒj.
Fortissimæ expres. adde mannæ selectæ. ℥j.

Detur in fictili. S. Purgiertränklein.

OBSERVATIO & CURATIO LXVII.

DE FISSURIS MAMMILlarum.

Anna Maria Wonnen in pago Breitungen/ papillarum fissuras habebat, qvas axungiâ canis inunxit, & sic paucis diebus facta est sana.

In aliis usus sum

Ol. lilior. alb.
violar.

Un-

Ungvent. pomad.
alb. coct.
Mucilag. cydon. &c.

OBSERVATIO & CURATIO LXVIII.

DE INVOLUNTARIA mictione.

Mulier Ustrungensis Rustica, post puerperium ab obstetrice malè tractata, cùm lotium retinere non posset, unà cum lotio accessit me consultandi gratiâ, cùm Praxin Northusæ exercerem.

Alvum pilulis solvit.

Postea hoc clareto utebatur.

℞. *Cyperi* ℈ij.
Gran. myrth.
Rad. consol. major.
Nuc. cupreß.
Balaustiar.
Sumach. ana ℈iß.
Xyloaloës,
Calami aromat. ana ʒj.

Bulliant in ℔. ij. *vini stiptici rubri ad libr.* iß.
Edulcoretur sacch. alb. ʒiiß.
F. Claretum.

Mox & seqventibus usa est.

℞. *Cyperi* ℈ij.
Gran. sumach.
Balaustiar.
Nuc. cupreß.
Cort. granator.
Xyloaloës,
Calam. aromat. ana ℈j.

Coqvantur in ℔. ij. vini rubri & ʒiiß. aqvæ eqviseti, & fiat decoctio ad ℔. iß. qvæ chalibe ignita ter qvaterve extingvatur, deinde coletur & aromatisetur

Cinamomi ʒiß.
Trochisc. d. terr. sigill.
d. carabe ana ℈j.
Addendo sacch. albi pro sapore.

Qvibus remediis Deo benedicente commodè adjuta fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXIX.

DE

DE CURATIONE MORbillorum.

DOmini Reverendi & Doctissimi Viri, *Wilhelmi Wehleri*, Vice-Superintendentis Stolbergici, filius sexennis morbillis corripitur, & jam qvintus erat dies, qvo capite dolebat, febricitabat, & tussiebat, paucis morbillis exeuntibus. Ad horum itaq; exitum accelerandum, præscripsi illi seqventem Emulsionem.

℞. *Sem. nasturtij* ℥iiß.
napi,
aqvilegij ana ℥iij.
Terantur in mortario cum
C. C. præp. ℨj.
Magister Corallior. ℈j.
F. Emulsio.
Cum aqva Capill. veneris,
Cardbened. ad ℥iiij.
adde pulveris cordial. Officinar.
ana ℨß.

Detur cochlear unum per intervalla.

Sed & hoc sudoriferum ei decrevi, qvod sumsit horâ secundâ pomeridianâ, qvo sudor elicitus fuit.

Circa vesperam ejus diei ab epato sudorifero copiosè erupuerunt morbilli per totum corpus, exceptis solùm pedibus, seqventi die cum per biduum, alvum non dejecisset, hoc jusculo laxativo soluta fuit sexies.

℞. *Fol. sen. mund.* ℈iiij.

Infundantur per noctem in ℥vj. cerevisiæ. Manè ad ignem leviter ebulliat unà cum foliis senæ, postea ita calida cerevisia transcoletur per linteum mundum expressis simul foliis senæ: addatur parum butyri & panis communis, cujus tessellatim incisi, ut jusculum, qvo sumitur manè. Est expers planè alieni saporis. Sed & circa vesperam ejus diei iterùm illi dedi sudoriferum de Antimonio diaphoretico in aqvâ Cardbened. qvo optimè sudavit.

Tandem confortandarum virium gratiâ jussi subinde illi præberi de condito seqventi.

℞. *Conserv. cort. citri* ℥j.
flor. tunic.

borrag.
flor. anthos,
bugloss. ana ℥ß.
Spec. diamarg. frig.
cordial. temp. ana ℥ß.
Magister. corall.
perlar. ana ℈j.
Lapidis bezoard. gr. v.
Tinctur. meliss.
rosar. ana ʒj.
Syrup. d. acetos. citri q. s.
F. Electuarium.

OBSERVATIO, & CURATIO LXX.
DE DYSENTERIA.

Rusticus qvidam è Pago Ufftrungen / cui nomen erat Johannes Weber, cùm Dysenteriâ laboraret, ad me venit, ut Dei auxilio curaretur, & cùm ego agnoscerem intestina superiora & graciliora oblæsa esse, hujus ægri curam institui auxiliis illis, qvæ per os sumuntur.

Ergo huic ægro primo dedi seqvens,

℞. *Pulveris Rhabarb. infus.* ʒj.
in Decocti hordei non excorticati ℥iij.
Rob. ribium ℥j.
Misce. S. Decoctum.

℞. *Terr. sigill.* ʒiij.
Boli Armen. ʒj.
Rasur. C. C. ʒiß.
Sem. plantag.
acetos.
Macis ana ʒß.
Croci gr. iiij.
F. pulvis. S. Pulver.

Memini à me olim multos curatos fuisse solo pulvere seqventi, cum Syrup. de cyton.

℞. *Pulv. myrobalan. citrinor.*
rhabarb. parum torrefact. ana ℈j.
Syrup. cytoneor. ℥iß.

Hæc materia ansam mihi præbet, ut in gratiam eorum qvi Praxin incipiunt, pauca qvædam hic inseram desumpta è meo Tractatu de Dysenteria, qvæ lectori benevolo non ingrata futura uti spero.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LXXI.

DE MEDICAMENTIS *absterſoriis in Dyſenteriâ.*

Potus.

℞. *Aqv. hordei ſimplicis* ℥iij.
Syrup. roſat. ſolut. ℥j. vel ℥iſ.

Addi etiam poteſt præſertim ſi magna copia humorum adſit, Tamarindor. ℥ſ.

Vel:

℞. *Tamarindor.* ℥ſ.
Cortic. myrab. citrin. ʒij.
Coqve in aqvâ hordei & plantag. ana q. ſ.
Colaturæ infundantur rhabarbar. ʒiſ.
Spicæ Indic. gr. viij.
Colatur. ℞ ℥iiij.
Adde Syrup. roſat. ſolutiv. ℥j.
Miſce.

Vel:

℞. *Rhabarb.* ʒj.
Fol. ſen. ʒij.
Spic. Indic. gr. vj.
Infundantur in aqv. plantag. q. ſ Colaturæ addatur Syrup. roſat. ſolutiv. ana ℥ſ. Miſce.

Si humor melancholicus vel aduſtus admixtus ſit.

Vel:

Si phlegma admixtus ſit.

℞. *Myrabol. chebul. & emblicor. ana* ʒiſ.
Mechaacan.
Rhabarb. ana ʒj.
Coqve in aqvâ plantag. & hordei ana q. ſ.
Colat. ℥iiij. *adde mellis roſat.* ℥j.
Miſce.

Vel:

℞. *Polypod. q.*
myrobol. Ind.
Fol. ſen. ana ʒiij.
Epithymi ʒj.
Sem. aniſi ʒſ.
Flor. cordiat. p. j.
Coqve in ſero lactis.
Colatur. ℞ ℥iiiſ *& in eâ diſſolv: diacathol.* ʒſ.
Iterùm coletur
F. hauſtus.

Boli.

℞. *Pulp. Thamar.* ʒſ.
Rhabarb. ℈ij.
Conſerv. roſar. recentium ℈ij.
Cum ſacchar.
F. Bolus.

 Vel:

Vel:

℞. *Rhabarb.* ʒj.
Spec. diarh. Abbat. vel diatrion santal. ℈ß.
Conserv. rosar. ℥ß.
Cum saccharo,
Fiat Bolus.

Vel:

℞. *Agaric. trochisc. vel Mechaacan.* ʒj.
Conserv. rosar. ℥ß.
Cum Saccharo
F. Bolus.

Si pituita præsertim admixta sit.

Pulveres.

℞. *Rhab. pulveris.* ʒj. vel ℈iiij. pro ratione ætatis, qvod vel cum vino rubr. vel aqvâ plantaginis, vel in jusculo exhibeatur.

Vel:

℞. *Rhabarb. pulv* ʒj.
Cortic. mirobalan. citrin.
Spec. diamar. ana ℈ß. vel ℈j.
F. Pulvis.

Panis Martius.

Pro infantibus & delicatioribus paratur ex Mechaacanna Panis Martius laxativus talis.

℞. *Amygd. d. excortic.* ℥iß.
Sem. melon. excort. ʒiij.
Pulv. mechaacan. albiss. ʒj.
Sacch. albiss. ℥ij.
C. C. præparat.
Mucilag. gummi trag. fact. cum aqvâ rosarum ana ʒj. *cum s. Aqv. rosar.*
F. s. a. panis Martius.

Aliter.

℞. *amygd. d. excort.* ℥iß.
Pulv. mechaacan. ʒiij.
rhabarb. par um tost. ℥ß
C. C. ust. præp. ʒiij.
Mucilag. tragac. ʒij.
Sacch. alb. ℥iiß.
cum aqv. rosar. l. a.
F. placentulæ.

De his robusti sumant ℥j. mediocres ʒvj. pueri vel ʒij. vel ʒiß. S. in Scatula Purgier-Morschellen.

Clysteres.

℞. *Decocti hordei* ℔. j.
Sacch. rubri ℥ij.
Syrup. ros. solut. ℥j.
F. Clyster.

℞. *Decoct. gallinæ,* ℔. i.
Mellis rosat. ℥ij.
Vitel. ovor. Nro. ij.
F. Clyster.

Vel:

Vel:

℞. *Seri lactis caprin.* ℔. i.
Mellis rosar. ℥ij.
Vitel. ovor. Nro. ij.
F. Clyster.

Vel:

℞. *Hord. mundi purgat.* Mj.
rosar. pallidar.
Furf. ana Mß.
Coqve in lacte recenti. Colatur.

℞. ℔. *j.*
Mellis rosat.
Sacch. rubr. ana ℥ii.
Vitell. ovor. Nro. *ij.*
F. Clyster.

Vel:

℞. *Flor. Verbasc.*
Rosar. rubrar. Mß.
Coqve in aqva hordei. Colatur.

℞. ℔ *j. Adde mell. rosat.* ℥iß.
Sacch. rubri,
Ol. rosar. ana ℥*j.*
Vitell. ovor. Nro. *ij.*
F. Clyster.

Vel:

℞. *Herb. violar.*
malvæ,
mercurial. ana Mß.
Rosar. rubr. Mi.
Coqv. in aqvâ hordei. colatur.

℞. ℔. i. *adde Elect. diacathol.* ℥i.
Ol. rosar. ℥*ij.*
Mell. rosat. colat. ℥i.
F. Clyster.

OBSERVATIO *LXXII.*

FLUXUM SEDANTIA.

Pulveres.

℞. *Terr. sigillat.* ʒiij.
Boli Armeni ʒj.
Rasur. C. C. ʒiß.
Sem. plantag.
Acetos.
Macis ana ʒß.
Croci gr. iiij.
F. pulvis. & infantibus conveniens.

Alius.

℞. *Terr. sigill.* ʒj.
Corall. rubr. præp. ʒß.
Margarit. præpar.
Boli Armen. ana ℈i.
C. C. ust. præparat. ʒj.
Lapid. bezoard.
Smaragd. præp. ana ℈ß.
F. Pulvis.

Alius.

℞. *Maſtich.*
Thur.
Corall. rubr. præp.
C. C. uſt. præp. ana ʒß.
Lapid. hæmat. præp. ℈ij.
F. Pulvis.

Vel:

℞. *Radic. Torment.* ʒj.
Croc. martis,
Trochiſc. d. Charab. ana ℈j.
Sem. Plantag.
Acetoſ. ana ℈ij.
Santal. rubr.
Bol. Armen.
C. C. uſt. præp. ana ʒß.
F. Pulvis.

Alius.

℞. *Gumm. Trag.* ʒij.
C. C. uſt. præp. ʒß.
Corall. rubr. præparat. ℈ij.
Eſſent. croci mart. ℈ß.
F. pulv. ſubtiliſſ.

Alius.

℞. *C. C. uſt. præp.* ℈ij.
Corall. rubr. præp.
Terr. ſigillat. ana ʒß.
Sem. plantag.
Radic. Torment.
biſtort. ana ℈j.
Margarit. præparat. ℈ß.
Eſſent. croci mart. gr. xij.
Nuc. moſch. toſt. ℈ß.
Gumm. trag. ℈j.
F. Pulv.

OBSERVATIO LXIII.

DE PRÆSERVANTIBUS.

℞. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒvj.
Extract. Zedoar. gr. xvj.
Succin. alb. præp. ʒij.
C. C. uſt. præparat.
Corall. rubr. præp. ana ʒj.
Radic. Torment. ℈ij.
Liqvor. nuc. moſchat. gr. xij.
Margarit. præp. ℈ß.
Conſerv. citri ex toto ʒij.
Sacchar. in aqv. torment. &
borrag. q. ſ.
diſſolut. ℔ ß.
F. Rotulæ. ſ. a. add.
Ol. Zedoar. gutt. ij.
citr. gutt. iiij.
aurant. gutt. ij.
D. in ſcatulâ.
S. Præſervativ-Morſchellen.

℞.

℞. *Conserv. rosar.*
Antos ℨß.
Acetos. citr. ex toto ℨj.
Cortic. citr. cond. ℨij.
Diascord. Fracast. ℨiij.
Ol. aurant. gutt. ij.
Zedoar. gutt. j.
Syrup. acetos. citr. ℨj.
F. Mixtura D. S. Præservativ-Latwerge.

℞. *Extr. Zedoar.* gr. xvj.
Diascord. Fracast. ℨiiiß.
Elect. d. ovo ℨj.
Conserv. citri ex tot.
borrag.
acetos. ana ℨj.
Cort. citr. condit. ℨß.
Succ. alb. præp. ℈ij.
Radic. torment.
bistort. ana ℈j.
Corall. rubr. præp. ℈ß.
Ol. Zedoar. gutt. v.
aurant. gutt. ij.
citri,
angelic. ana gutt. j.
Sacch. in aqv. torment. q. s.
diss. ana ℨiiij.
F. Morsuli s. a. D.
S. Præservativ-Morschellen.

℞. *Diascord. Fracast.* ℨij.
Corall. rubr. præparat.
C. C. ust. præp. ana ℈j.
Margarit. præpar. gran. viij.
Liquor. nuc. mosch. gran. vi.
Extract. Zedoar. gran. iiii.
Sacch. in aqv. ros. diss. ℨiii.
F. Rot. s. a. add.
Ol. citri,
aurant.
Zedoar. ana gutt. j.
Da in scatulâ. S. Küchlein.
Vide meam Medicinam Practicam pag. 243. Florilegium meum Chymicum pag. 369.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIV.

DOLOREM LENIENTIA.

℞. *Ol. amygd. d.* ℨiß.
Sacchar. alb. q. s.
Pro Electuario, de qvo sumatur aliqvando particula instar castaneæ.

Alii qvi nauseam habent, vel abhorrent ab oleo, sumunt butyrum s. sale. Parantur qvoqve Clysteres anodyni solo

ex solo lacte vaccino vel ovill. in qvo sæpiùs lapides igniti extincti sunt.

Vel:

℞. *Rad. & fol. althææ ana* Mj.
Flor. verbasci,
chamomill.
melilot. ana Mß.
Sem. fænug.
lini ana ℥ß.
Coqve in lacte vaccino.

℞. *Colatur* ℔. j.
Ol. rosar.
Butyri s. s. ana ℥iß.
Vitel. ovor. Nro. j.
F. Clyster.

℞. *Rad. althææ,*
plantag. ana ℥j.
Flor. verbasci,
chamomil.
Rosar. ana Mß.
Sem. fænugr.
cydon. ana ℥ß.
Coqve in lacte vaccino ad iij. part. in Colatur. dissolve vitel. unius ovi,
Ol. rosat.
Butyr. s. s. ana ℥ij.
F. Clyster, qvi dolorem lenit & nonnihil adstringit.

Vide Florilegium meum Chymicum pag. 369. & Medicinam meam Pract. pag. 243.

Neqve solum interna adhibenda, verùm etiam externa dolorem lenientia usurpari possunt.

℞. *Absinthij,*
Menthæ,
Plantagin.
Summitat. rubi Idei,
Centumnod. ana Mj.
Flor. melilot.
chamomill.
rosar. ana Mß.
Myrtill. sicc. ℥ß.
Sem. sumach.
plantag.
coriandr. ana ℥vj.
Garyophyll.
Nuc. mosch. ana ℥ß.
Furfur. Mß.
Sem. cydon.
lini ana ℥ß.

Coqve in vino rubro & aqva, & decocto calido venter ante cibum foveatur, ad dolorem leniendum & fluxum sedandum.

℞. *Lau-*

℞. *Laudan. opiat.* gr. iij.
Detur in Syrup. de cyton. vel formentur pil. Nro. iij.

OBSERVATIO & CURATIO LXXV.

TENESMUM CURANTIA.

℞. *Hordei tosti integri* ℥j.
Conyzæ ℥ij.
Furf. ℥iij.
Passular. ℥vj.
Fol. verbasci ℥iij.
Sem. lini,
plantag. ana ℥j.
Coqve in aqv. s. Colatur. ℥viij.
Lactis caprini ℥v.
Mellis rosat. ℥j.
Sacch. ℥ß.
Vitel. ovi Nro. j.

F. Clyster, non admodum calidus injiciendus. Ex hoc plerunq; mucosa materia excernitur.

SUFFITUS PARANDUS.

℞. *Terebinth.* ℥iß.
Resin. pini ℥j.
Thuris ℥ij.
Misce.

℞. Hujus ℥ij. ex qva formentur globuli tres, igniatur postea lamina ferrea, injicianturq; globuli, & fumus excipiatur ano in sellâ accommodatâ.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVI.

DE DEJECTA APPETENTIÂ.

Puerpera qvædam Consulis in Franckenhausen Uxor, tantam dejectionem appetitûs habebat, ut omnia edulia extremè nausearet, nec qvicqvid cibi assumere valeret. Consilio meo cùm uti cuperet, illi seq. præscripsi conditum.

℞. *Conserv. rosar.* ℥ij.
Cort. citri condit. ℥j.
Rob. ribium ℥vj.
Extract. stomach. quercetan. ana ℥ß.
Nuc. mosch. condit. ℥ij.

Spec. diacymini ℈ij.
diarh. Abb. ʒß.
Syrup. cinamomi q. s.
& Spir. vitrioli tot guttas, qvot ad acorem svavem sufficiunt.

Hisce puto ipsam puerperam pristinam valetudinem recepisse, cum amplius me non accesserit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVII.

DE DOLORE PODAGRÆ.

Dominus Joachimus N. L. L. Candidatus, circa finem Mensis Augusti anni 1623, primo omnium dolore podagrico corripiebatur. Huic igitur ut maturè occurreretur, me ad se vocans, ex meo præscripto, pro subducendâ alvo leviterqve evacuando humore seroso & aqvoso, tanqvam autore Podagræ, manè hunc pulverem laxativum in brodio carnis sumsit,

℞. *Hermodact.*
Turpet. optimi,
Diagridij,
Fol. sen.
Rasur. cranei hum.
Sacch. ana ʒj.

Misce, & fiat pulvis subtilis. Dosis ʒj. manè ex aqvâ Ivæ arthreticæ per dies qvatuor. Copiosè satis seu effluenter inde evacuatus fuit cum alleviatione non parvâ. Postea imposito loco affecto seu pedibus dolentibus Emplastro diapalmæ, biduo post à dolore acerbo planè liberatus fuit.

Interim tamen monui, ne dolor reverteretur, ut in omnibus, subducta uteretur victûs ratione, abstinendo ab acribus cibis, salsis, fumo induratis, item piscibus stagnosis ac lacustribus, vitando crapulam, compotationes nocturnas, & omne vinum generosum caputqve facilè petens fugiendo.

OB-

OBSERVATIO & CURAT. LXXVIII.

DE DOLORE ISCHIAtico.

Anno 1664. die 12. Octobr. corripitur Dn. Joachimus Huldaricus Amthor, Consiliarius Aulicus hujus loci, maximo dolore Ischiatico. Hic de salute corporis sui vehementer anxius & sollicitus, qvia malum hoc (qvod indies expectaverat) non cedere videret, tandem qvendam hominem ad me ablegavit, qvi factâ apud me priùs expositione ipsius affectûs operam meam & consilium imploraret. Ego re intellectâ & probè mecum deliberatâ absqve ullâ aliâ cunctatione præscribo seqventia.

℞. *MP. de ammoniaco Qvercetan. ana* ℥ſ.
rosar. ʒj.
Cum Ol. juniper. f. l. a.

Pilulæ instar pisorum minorum. S. Abziehende Pillen auf etlichemal.

De his pilulis 1. 2. 3. diebus ante Novilunium 20. vel 30. deglutiantur in haustû cerevisiæ frigidæ, superbibendo aliqvot cochlearia cerevisiæ calidæ.

℞. *Essent. ligni sassafr.*
chamomill. ana ʒij.
flor. rorismarin. ʒj.

De hâc Essentiâ singulis vicibus manè & vesperi ante cænam 30. guttulæ sumantur in cerevisiâ calidâ.

Locus affectus aliqvoties calidis pannis foveatur, illeqve inungatur Spiritû lumbricorum terrestrium & formicarū.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIX.

DE BIMESTRI FERE Alvi obstructione.

Rarum casum & memoratû dignum consignabo. In Urbe Northusâ de-

degebat Stannarius, Vir qvidam annorum 56. qvi per septam septimanas alvum constipatum habebat, adeò, ut ne tantillum excrementorum redderet; Unde venter ei in tantam molem excreverat, & ab umbilico ad os Xiphoides adeò intumuerat, ut ruptionis periculum immineret. In præcordiis qvoqve, seu in loco illo, ubi orificium superius ventriculi situatur, tres tumores parvuli invicem distinctè, & ad tactum perduri & renitentes manifestè deprehendebantur. Re igitur deliberatâ sine morâ, ut in hoc casû periculi plenissimo, alvum laxante aliqvo medicamento actutum adoperiendum esse svadeo, nisi enim hoc fieret, sed neglectui haberetur, mortem in propinqvo futuram oblata sunt igitur huic seqventia.

℞. *Decocti prunorum* ℥xj.
Vitel. unius ovi,
Ol. rutæ,
chamomill. ana ℥iß.
Mannæ Calabrin. ℥iiß.
Salis ʒiß.
F. Clyster.

Hoc injecto tamen alvus pigra permansit. Postero die cùm alia medicamenta præscriberem, lubrica illa facta est, excretis primo meris scybalis, deinde ingenti corruptorum humorum copia. Sicqve tumor ille prædurus subsedit.

℞. *Radic. hybisc.*
malvæ ana ℥ij.
Fol. malvæ,
parietar.
mercurial.
bliti,
bismalv. ana Mj.
Rad. turpeti,
rhabarb.
colocynth. ana ʒij.
Sem. lini,
psillij,
fænugræc. ana ℥j.

F. Ex contusis & incisis Fotus pro ventre.

℞. *Fol. sennæ* ʒiij.
Rhabarb. ʒiß.
Cinamomi acut. ℈j.

Irro-

Irrorentur ol. tart. per deliqvium facti gutt. iiij. Infunde

Vini Rhenani ℥ij.

Aqv. menthæ ℥iſ.

Stent per noctem, manè exprime.

In expreſſione ebulliendo diſſolv. Mannæ Calabrinæ ℥ſ. Colatur, & clarific. adde

Succi citri ℥iij.

Eſſent. citri,

cinamomi ana gutt. iij.

S. in mundo fictili S. Purgiertranck.

Et ut alvus aperta maneret, ſvaſi, ut per dies aliqvot juſculis ex avenâ excorticatâ & aliis cibis lumectantibus & parum laxantibus uteretur.

OBSERVATIO & CURATIO LXXX.

DE APOSTEMATE INterna Maxillæ.

Anna Maria Steinmetzin/ Camerarii hujus loci uxor, patiebatur in parte maxillæ dextræ interiori apoſtema, qvod cum maximo dolore erat conjunctum adeò ut nec rectè cibos maſticare, nec noctû ſomnum capere poſſet. Ad hoc maturandum juſſi, ut maxilla exteriùs freqventer in die ſeqventi linimento calidè inungeretur.

℞. *Ol. lilior.* ℥j.

amyg. d. ℥ſ.

Fol. malvæ,

ſcabioſ.

violar. ana Mj.

Sem. lini,

cyton. ana ℥ſ.

Coqvantur ſ. q. aqvæ communis, Decoctum coletur & uſurpetur.

Qvo decocto ſeu collutione cùm ſemel atqve iterum uteretur, apoſtema ruptum eſt, effusâ multâ materiâ purulentâ, ſicqve ab hac moleſtiâ liberata.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXI.

DE APPETENTIA DEjectâ.

Rustica mulier qvædam me accedens consilium petebat pro appetentiâ, qvâ dejectâ afficiebatur, una cum dolore Stomachi à flatibus & cruditatibus collectis in eo jussi, ut pro abstersione humorum excrementiorum redundantiũ uteretur seqventibus.

℞. *Crem. Tartari* ʒß.
Cryſtall. Tartari ℈j.
Salis cichor.
abſinthij ana gr. iij.
Aqv. meliſſ. ℥ij.
F. Digestivum.

℞. *Panchymag. Crollij* ℈j.
Trochiſc. alhand gr. iij.
Ol. aniſi,
fænic. ana gutt. ij.
F. pil. Nro. xv.

℞. *Rotul. ſpec. diambr.*
dianthos,
aromat. roſ. Gabr. ℥iß.
S. in Scatula Magenküchlein.

Si optâsset pulverem, præscripsi.

℞. *Spec. diamoſch. d.*
dianthos,
aromat. roſ. ana ʒß.
Sacch. pulv. ℥iiß.
F. pulv. manè, vesperi & finito pastũ sumendus.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXII.

DE URINÆ INCONTINENTIÂ, vel de mictione involuntariâ nocturnâ.

Anno 1624. venit ad me Rusticus sexagenarius, conqverens de urinæ incontinentiâ. Qvam curam etiamsi non libenter susceperim, qvia hoc vitium curatũ perdifficile, maximè in senibus: Attamen, invocato Deo, seqventia adhibui.

℞. *Trochiſci d. carabe* ℥iß.
de bolo ʒj.
Corall. rubr. præp. ℈ij.
Maſtichis,
Traganth.
Ligni aloës,

Nuc. cupress. ana ʒij.
Spodij,
Vesic. apri tost.
Pellic. ventric. galli ana ʒß.
Spic.
Schænant. ana ℈j.
Croci martis ℈ij.
Amygd. amar. excort.
Nucl. persicor. excort. ana ʒj.
F. pulv. tenuissimus. Dosis ʒß. in aqvâ bursæ pastoris.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIII.

DE EODEM AFFECTU.

Alium alio tempore de incontinentiâ urinæ conqværentem, auxiliante Deo, sic curavi.

℞. *Trochisc. d. carab.* ℈ij.
d. bolo ℈j.
Corall. rubr. præp. ʒß.
Mastichis gr. xxvj.
Nuc. cupreß. gr. xvj.
Spodij,
Croci martis ana ℈j.
Vesic. apr. tost. ℈ß.
Tragac. gr. xvj.
Lign. aloës,
Balaust. ana gr. viij.
Pellic. inter. ventr. gall. ℈j.
Amygd. amar. ʒj.
Nucl. persic. ʒiß.
Radic. glyc. ras. ℈ii.
Gland. excort. ʒß.
Sacchar. ʒiij.
F. pulv. subt.

Exhibeatur ℈j. vel ʒß. in vino astringente, dum itur cubitum.

℞. *Herb. myrt.*
plantag.
absinth. ana Miiß.
Flor. rosar. rubr. Mi.
acat. sive pruni.
sylv. Mß.
Granor. myrt. ʒii.
Fol. querc. Miß.
Radic. bistort. ʒi.

Incid. & coqv. Paretur balneum, & insideat manè & vesperi per horam 1. vel fomentetur Regio ossis sacri & perinæum ad regionem vesicæ: Post fomentationem ungantur eædem partes seqv. linimento.

℞.

℞. *Ol. myrt.*
Cyton.
absinth.
mastich. ana ℥iiß.
Mucilag. sem. cyton. ℥iß.
Pulv. rosar. rubr.
Santal. rubr. ana ℈ij.
Alum. ℈j.
Succi plantag. ℥ß.
Super ignem cum pauxillo ceræ vel cerato santal.
F. linim. molle.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIV.
DE CACHEXIA.

CAchectico olim præscripsi seqventia:

℞. *Herb. absinthij,*
soldanell.
gratiol.
marrubij,
veron. ana ℥j.
scolopend.
chamædr. ana ℥ß.
Radic. nostr. ireos,
bryon. ana ℥iij.
fœnic.
cichor.
petrosel. ana ℥ß.
enulæ,
polypod. ana ℥v.
Cort. rad. esul. præp. ℥ij.
Fol. sen. s. s. ℥iß.
Rhapontici ℥ij.
Zingib. Galang. ana ℥ß.
Da incisa & contusa ad chartam pro Nodulo.

℞. *Rob. sambuci* ℥j.
Extract. juniper. ℥ß.
Mithridatij ℥ij.
Theriacæ ℥j.
M. D. Signetur Schwitzlatwerge.
Dosis ℥iß. in aqvâ Cardbened.

℞. *Conserv. meliss.*
absinthij,
salviæ ana ℥iß.
rosar. ℥iij.
Cort. arant. condit. ℥ß.
citri condit. ℥iij.
Rad. eryngij condit. ℥vj.
enulæ condit. ℥iij.
Spec. aromat. rosat. ℥ij.
Zingib. condit. ℥iiß.
Calami aromat. condit. ℥ij.
Syrup. conserv. cortic. arant. condit. q. s. F. Mixtura.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXV.

DE AFFECTIONE HYsterica.

Anna Maria Hundemans, Chiliani Weberi Senatoris Stolbergensis Uxor, gravissimâ uteri affectione laborabat, qvam ab illa affectione liberavi, numine divino auxiliante, seqventibus medicamentis.

℞. *Aqv. vit. mulier.* ℥iij.
hyster. Qvercet. ℥j.
cinamomi ana ℥ſ.
Spir. anisi ʒiij.
Miſce. S. Mutterwaſſer.

℞. *Ol. rut. destill.* ʒiſ.
arant. ʒſ.
rorismarin. ℈ij.
ſuccini ʒj.
Miſce. S. Oel.

Sumat ex oleis gutt. v. in cochleari parvo aqvarum.

Repetet poſt horas aliqvot, qvietè ſe habenbo.

Qvin & regionem umbilici inungat iisdem oleis.

Superimponat etiam ſeqvens Emplaſtrum geſtando continuè.

℞. *Maſſ. Empl. d. Galban.* ℥xv.
diaphænic.
d. bacc. lauri ana ℥vj.

Malaxentur Ol. nard. & rutac. Induc alutæ q. convenienter ſuper inducto Zondalo rubro interbaſt. S. Mutterpflaſter. Venam ſecare volui, ſed noluit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXVI.

DE APPETENTIA DEjectâ.

Ruſticus Breitenſteinenſis me accedens, conſilium petebat pro appetentiâ dejectâ, qvâ afficiebatur, unà cum dolore Stomachi à flatibus & cruditatibus collectis in eo. Juſſi, ut pro abſterſione excre-

mentitiorum humorum redundantium in primâ regione corporis primò sumeret seqvens.

℞. *Pulver. laxativ. officin.* ℥j.
S. Purgierpulver. Morgens mit warmen Bier zu nehmen.

Deinde qvotidiè parum ad juvandam concoctionem de seqventi pulvere stomachali.

℞. *Radic. aragn.* ℥j.
Calami aromatici ℈iiſ.
Piper. nigr.
Garyophyll. ana ℈j.
Sem. anisi,
fœnic. ana ℥ij.
Cinamomi,
Mastichis,
Tartari Cryſtall. ana ʒſ.
Macis ℈ſ.
Sacch. ℥j.
F. pulvis.
S. Magenpulver.

Consilui ego qvoqve, ut ad minimum bis vel ter in septimanâ manè cum juſculo caperet Spirit. Vitrioli gutt. vij. Conducit enim valdè ad absumendas cruditates & stimulandum appetitum.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXVII.

DE TUMORE ERYSIPElatode in facie.

Anna Maria Grülings/ Cognata mea, nata 18. annos, tumorem Erysipelatodem cum maximo dolore ac calore conjunctum in capite patiebatur, qvi potissimùm frontem & genas occupabat. Ortus autem erat à prægressâ iracundiâ & vehementi animi commotione. Hanc primò ita purgavi.

℞. *Rhabarb. elect.* ʒij.
Cinamomi ʒſ.

Infunde per noctem in aqva endiviæ ſ. q. Manè fortiter exprimantur & colentur colaturæ ℞. ℥iiſ.
Syrup. d. cichor. c. rhab. ʒſ.
Cryſtall. Tartari ʒj.
Spir. vitrioli gutt. vj.
Misce pro potione.

Qvinqvies ab hoc alvus mota est. Seqventi die manè

nè in lecto hoc sudoriferum capiebat.

℞. *Aqv. Cardbened.* ℥j.
Spir. Tartari ℈iiij. *vel mixtur. d. tribus* ℥j.
Misce.

Tumori nihil aliud applicabat, qvàm sindonem rubrum. Et sic sexto die, discusso tumore, impostèrum rectissimè habuit.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXVIII.

DE LIENIS OBSTRUCTIONE & dentium mobilitate.

SEnator qvidam Northusanus annorum circiter 50. constitutione corporis melancholicâ, Lienis obstructionem patiebatur cum dentium mobilitate. Huic cùm me consuleret, ad expediendam obstructionem ordinavi ei seqventem Nodulum.

℞. *Rad. centaur.* ℥iij.
filicis,
polypod. ℥ij.
Herb. cochlear.
scolopendr.
fumar. ana M ſ.
Cort. rad. tamarisci,
cappar. ana ℥iſ.
Rhabarb. ℥v.
Cort. rad. helleb. seorsim priùs in aqvâ calidâ coct.
Cryſtall. Tartari ℥iiſ.
Cinamomi,
Sem. anisi ana ℥j.
Incisa minutim irrorentur priùs
Spirit. vitrioli ℈ſ.

Postea includantur Nodulo. De hoc indito vino absinthidi qvotidiè haustum bibebat. Ad dentes verò firmandas utebatur seq. pulvere.

℞. *C. C. præparat.*
Aum. usti ana ℈ij.
Lapidis pumicis,
Corall. rubr. præp.
Tartar. præp. ana ʒſ.
Rad. Ireos ℈j.
Garyoph. gran. xv.
Moschi gr. iiij.
Misce. F. Pulvis.

Qvâ sæpiùs in die fricabat dentes, ore colluto postea hâc aqvâ.

℞. *Aqv. beton.* ℥iiij.
plantag. ℥ij.
rorismarin. ℥j.
Spirit. vitrioli ℈ii.
Misce.

OBSERVATIO
&
CURAT. LXXXIX.
DE DOLORE RENUM.

Dominus Johannes Hoffman / Consul meritissimus Inclytę Northusæ, afficiebatur dolore Renum & omnium ferè membrorum à Calculo. Cui tollendo ei Autor fui, ut illicò hunc Clysterem sibi injiciendum curaret.

℞. *Rad. althææ* ℥j.
lilior. albor. ℥ſ.
Herb. parietar.
malvæ,
hyssopi,
beton. ana Mſ.
Flor. chamomill.
melilot. ana p. j.
Bacc. juniper.
lauri ana ℥iij.
Sem. anisi ℥ij.
Coqve in s. q. ad ℔. j.
In colaturâ dissolve Electuarij Benedict. laxat.
diaphænic.
Ol. chamomill. ℥iſ.
rutæ ℥vj.
Salis communis ℥iſ.
Misce pro Clystere.

Qvo unico remedio confestim ab omni dolore liberatus est.

OBSERVATIO
&
CURATIO XC.
DE PARTU DIFFICILI.

Uxor Domini Magistri Andreæ Chemnitii, Juris Practici, mulier 24. annorum, per biduum continuũ irrito & inani pariendi conatû laborabat. Vocor ego ad ipsam, in his angustiis

guſtiis conſtitutam, horâ primâ noctis. Veniens intelligo innumera auxilia à muliercu-lis peritis ei ad partum facilitandum adhibita fuiſſe, variaqve item experimenta in aliis mulieribus in ſimili casû feliciter ſæpiùs comprobata, ſed omnia incaſſum & absq; fructû. Cùm igitur jam de vitâ periclitaretur à viribus omninò exhauſtâ, ne nihil conſilii dediſſe viderer, illicò hunc hauſtum ei offerendum mandavi.

℞. *Aqv. pulegij,*
artemiſiæ, ana ℥vj.
Syrup. d. artemiſ. ℥j.
Extracti croci gr. v.
Trochiſc. d. myrrhâ ℈j.
Succini albi,
Magiſter. perlar. ana ℈ß.
Ol. cinamomi gutt. ij.
M. F. potiuncula.

Ventrem qvoq; juſſi inungi hoc linimento ad dilatandas & emolliendas partes abdominis.

℞. *Ol. lilior. alb.* ℥ij.
amygd. d.
Pingved. galli,
anatum ana ℥ij.
Ungvent. dialthææ ℥iij.
Miſce. F. Linimentum.

Item, umbilico peculiariter inſtillata ſunt aliqvot guttulæ olei ſuccini. Qvia autem vires planè fatiſcerent, idcircò ad erigendas eas ter in horâ ex meo conſilio datus eſt ℈j. Magiſterji perlarum ex aqvâ cinamomi.

Qvibus medicamentis, Dei auxilio, tantum effectum eſt, ut elapſis tribus horis fœtum vivum fœminei ſexûs in lucem enixa fuerit, qvi tamen paulò pòſt ob virium imbecillitatem expiravit.

OBSERVATIO & CURATIO XCI.
DE INAPPETENTIA.

JOhannes Schmidichen annos qvinqvaginta natus, ſutoriam artem in patriâ meâ exercens, de plurium ſeptimanarum inappetentiâ ac ventri-

culi cruditatibus conqvestus meum consilium expetebat. Cui ad exturbandam humorum excrementitiorum colluviem præbui seqvens purgativum.

℞. *Decocti aperit. & alterativ.* (*cum foliis senæ* ℥ij.) ℥iij.
Tartari vitriolati ʒſ.
Infunde per noctem.
Agarici ʒj.
Rhabarb. ʒſ.
Turpeti ℈j.
Spic. Indicæ gran. vij.
Misce. F. potiuncula.

℞. *Absinthij,*
menthæ ana Mj.
Flor. rosar.
Nuc. mosch.
Galangæ,
Calami aromat.
Cort. citri,
Garyophyllor. ana ʒſ.
Cinamomi ʒij.
Fol. rorismarin. Mſ.

Incisis & contusis fiat sacculus, qvi intersutus coqvatur in Vino, & imponatur ventriculo.

℞. *Panis sacch.* ʒſ.
Carn. cyton. sicc. ʒij.
Nuc. mosch.
Corall. rubr. præp.
Coriandr. præp. ana ʒj.
Rosar. rubr. ʒſ.
Confect. anisi,
fænic.
coriandr. ana ʒiſ.
Sacch. rosat. tabulat. ʒj.

M. Fiat pulvis, qvi detur in Scatulâ, & signetur Magenpulver nach essens.

Qvibus paucis usurpatis mox meliùs sese habuit.

OBSERVATIO & CURATIO XCII.

DE FEBRI TERTIANA.

Rustico *W*igersdorfiensi, Vir qvinqvaginta annorum, laboranti Febri tertianâ intermittente, seqventibus medicamentis profui.

℞. *Cremor. Tartari* ʒij.
Tartari vitriolati ʒj.

Salis

Salis absinthij,
cichor. ana ℈j.
M. Sign. Weichpulver auff zweymal.

℞. *Resina diagr.* gran. viij.
Salis absinthij gr. v.
Misce. S. Purgierpulver.

Hôc peractô vena mediana secta fuit.

℞. *Spiritus cardbened.* ℥ß.
Aqv. Cardbened. ℥j.
Salis absinthij gr. ix.
Misce. S. Schwitzungt.

℞. *Essent. Cardbened.*
centaur. min.
absinthij ana ℥ij.
Elixir propr. Paracelsi ℥iij.
Misce. Dosis gutt. xvj. ad xx. in brodio carnis vel calidâ cerevisia.

Et horum paucorum remediorum ope, denuò à Febri liberatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XCIII.

DE TUSSI CUM ANHELITÛS DIFFICULTATE.

AHenarius qvidam 60. annorum ex pago Wolfferstätt/me consultum adiit, ut aliqvid remedii ei communicarem ad Tussim inhibendam, qvâ per 18. dies detentus fuisset. Proficiscebatur autem hæc Tussis à materiâ frigidâ pectori inpactâ tenaciter, qvæ spirandi qvoqve difficultatem inducebat.

Qvam ut inciderem, & per pectus tandem educerem, hoc lambitivum ei trado.

℞. *Syrup. d. prassio* ℥ij.
Oxymel. sqvillit. ℥iß.
Flor. Sulphuris ℥ß.
Extract. heder. terrestr. ℈j.
eleni ℈ß.
Spec. diaireos ℥iß.
Balsam. Sulphuris ℈j.
Cum aquæ scabios. q. s.
M. F. Eclegma.

Nullo ampliori remedio indiguit, Tussi hôcce unico sedatâ.

OB.

OBSERVATIO & CURATIO XCIV.

DE RAUCEDINE vocis.

Afficiebatur ingenti vocis raucedine Adamus Kesemacher, Vir Senatorius, qvam amoliri studui, præscriptione hujus Eclegmatis.

℞. *Loch. san. & expert.* ℥iß,
Syrup. d. jejub.
violar. ana ℥j.
Extract. liqviriz. ℈ij.
scabios. ʒß.
Flor. Sulphuris ℈ij.
Spec. diatr. frig. ʒj.
Rubini Sulphuris ℈j.
Misce. S. Looch.

OBSERVATIO & CURATIO XCV.

DE DOLORIBUS FÆMORis in sinistro pede.

Virgo Nobilis 18. annos nata, per multas septimanas patiebatur dolores acutissimos in fæmore sinistri pedis, & qvamvis multis medicamentis, ut purgantibus, sudoriferis & anodynis uteretur, attamen hæc omnia nihil opis ferebant, tandem ego præscripsi seqventia, qvibus usurpatis instar miraculi evanuêre dolores.

℞. *Ol. lumbricor.*
vulpin. ana ℥j.
hyoscyami ℥ß.
Misce. S. Oel zum schmieren.

Vide Florilegium meum de anodynis.

OBSERVATIO & CURATIO XCVI.

DE CATARRHO SUFFOcativo in filiolo 14. hebdomadum.

Domini Johannis Fundani, Pastoris in pago Hayn, natu minimus filiolus

liolus 14. hebdomadum, à catharro impetuoſo deſcendente in pulmones ferè ſuffocabatur. Difficillimè enim reſpirare poterat, inſuperqve ſigna nonnulla aderant imminuentis Epilepſiæ. In hâc difficultate puerulo conſtituto pater ejus actutum me in conſilium vocabat. Ego omnibus ponderatis hunc linctum præſcripſi.

℞. *Mannæ elect.* ℥iij.
Ol. amygd. d. ℥v.
Sperm. ceti ℈j.
Cremor. Sulphuris ℈ß.
Loch. d passulis ℥ß.
Aqv. flor. tiliar. ℥j.
Miſce.

De hoc lambitivo cum ſemel tantum cochleare parvum puerulo datum fuiſſet, alvus qvinqvies inde ſubducta fuit, cum maximo juvamento. revulsâ enim materiâ à pectore ad inteſtina, ſtatim meliùs reſpirare cæpit, ita ut ampliori dicti lambitivi usû minimè opus fuerit. Pectus tamen ratione majoris dilatationis ſeqventi qvoqve linimento calidè inungebatur.

℞. *Ol. lilior. albor.*
vilolar. ana ℥ß.
Pingved. gallinæ ℥ij.
Croci ℈j.
Ceræ parum.
M. F. Ungventum.

OBSERVATIO & CURATIO XCVII.

DE FEBRE TERTIANA.

Andreas Schwartze Piſtor, Vir qvadraginta annorum, in Febrem tertianam ſimplicem incidit, & jam qvinq; ſuſtinuerat paroxyſmos, cum me conſuleret. Invadebat plerunqve eum Febris circa ſextam matutinam. Huic igitur cùm nullam expertus fuiſſet evacuationem, obtuli pro ſaburrâ corporis exigendâ manè, die ἀπυρέτῳ ſeqventem purgationem.

℞. *Decoct. aperativ. & alterat.* (*cum foliis senæ* ℥iſ.) ℥iij.

Infunde per noctem

Rhabarb. ℈iiſ.

Agarici ℈j.

Salis vitrioli gr. vij.

Manè expressis adde

Electuar. d. succo rosar. ℥ſ.

Syrup. rosar. solutiv.

d. cichor. c. rhab. ana ℥iij.

Ol. anisi,

fænic. ana gutt. ij.

Spiritûs vitrioli gutt. iij.

Miſce. F. hauſtus.

Ex hoc novies vel ultra dejecit.

Vena qvoqve ſecta fuit.

Poſtea bis ſudavit.

℞. *Extract. cardbened.*

centaur. minor. gr. xv.

C. C. Philosoph. præp.

Salis absinthij,

centaur. minor. ana ℈ſ.

Syrup. d. cardbened. ℥j.

Miſce. S. Schwitzunge.

Tandem præſcripſi, ut alternatim qvotidiè in brodio carnis uſurparet tum Spiritum Vitrioli, tum ſal abſinthii, illius gutt. vij. hujus ℈j. vel circiter. Et ſic priſtinæ ſanitati, DEI beneficio, reſtitutus eſt.

OBSERVATIO & CURATIO XCVIII.

DE LUXATO CUBITO.

JOhannes Apollo Agricola, Civis *W*ernigerodanus, patitur Luxationem cubiti, qvi etiamſi uteretur multis Chirurgis, attamen omnibus ſine fructû. Ego accitus utor ſolo (poſt repoſitionem cubiti) Ol. Balſami Sulphuris & Emplaſtro Diaſulphuris Rulandi, qvibus Remediis priſtinam ſanitatem recuperavit.

OBSERVATIO & CURATIO XCIX.

DE EODEM AFfectu.

Hie-

HIeronymus Strenkel/ πολιόγραφος Stolbergensis, idem patitur malum, qvem restitui seqventibus. Primò usus sum decocto florum Chamomillæ, hyperici, agrimoniæ & Verbasci, postea svasi usum olei Ceræ.

OBSERVATIO & *CURATIO C.*

DE SCROFULA.

MUlier post partum in collo habebat Scrofulam enatam, ob partum difficilimè & cum sonitû respirabat, ut suffocatio timeretur. Qvam curavi similiter Ol. Sulphuris & Emplastro Diasulphuris Rulandi. Nam in viginti diebus omnis tumor evanuit.

Deo sit laus honor & gloria in secula seculorum Amen.

APPENDIX HUjus Centuriæ.

DE INFLICTO VULnere.

JOhannes Martinus N. juvenis Literatus, cùm affligeretur morbo Ungarico, & supra modum delitaret, cultro sibi ipsi vulnus inflixit latere dextro, penetrans ad Costas, qvod meo svasu & consilio à nostro Chirurgo perfacili remedio, & sine majori negotio ita curatus fuit.

Manè enim & vesperi vino mundificabat vulnus, postea linteolum (aliqvandò loco linteoli usus sum Gossypio) in Oleo hypericonis intinctum vulneri applicabat.

CENTURIÆ VI.

INDEX CURATIONUM.

XXII. de

INDEX.

LXXX. de

INDEX.

PHILIPPI GRÜLINGII OBSERVATIONUM, ET CURATIONUM MEDICINALIUM, CENTURIA SEPTIMA.

LIPSIÆ,
Sumptibus GEORGII HEINRICI FROMMANNI
Bibliop. Anno 1668.

DEDICATIO.

PRæter omnem ſpem atqve opinionem, VIRI AMPLISSIMI PRUDENTISSIMI ET DOCTISSIMI, mihi fortè vitio vertatur, quod VESTRAS AMPLIT. ET PRUDENT. literis hiſce adire, & chartaceo hoc licet levidenſi munuſculo ſalutare audeam. Verùm ſi res hæc nonnihilo penitiùs conſideretur & ponderetur, facilè hæc mea audacia excuſari poterit. Omnibus enim notum eſt, quòd ii qui Scriptum aliquod BONO PUBLICO communicare nituntur, illud Patrono ac Mæcenati cuidam inſcribere & conſecrare ſoleant, idqve plerumqve ob ſequentes cauſas; Ut ſcilicet hoc ipſo Nomen & Memoriam ipſius Patroni immortalitati commendent. Tum, ut Patrocinium contra Invidos, Malevolos, omniumque dente Theonino roſores ſibi concilient, & porrò denique illuſtre aliquod operi præfixum nomen ſit inſtar heredæ, ſub cujus ſigno, tanquam generoſum vinum repoſcatur, collaudetur & vendatur. Hæ ipſæ cauſæ & me impulerunt, ut VOS huic præſenti Domini Parentis mei dilectisſimi τȣ̃ νυ̃ν ἐν ἁγίοις Labori Patronum, & Contra Zoilos Defenſores, uti vocant, præ reliquis eligam. Quæſo igitur VIRI AMPLISSIMI PRUDENTISSIMI ET DOCTISSIMI, ut & eadem quâ Literatos alios complecti ſoletis humanitate & favore, & meam tenuitatem quoque complecti, hancque Domini Parentis mei piè defuncti CENTURIARUM utpote QVINTÆ SEXTÆ & SEPTIMÆ Curationum Medicinalium TRIGAM oblatam benevolo vultu reſpicere, declaratumque hunc meum in VOS honoris affectum, ſtudiumque benignè interpretari velitis. Quam ſi benevolentiæ VESTRÆ benigneque interpretationis teſſeram à VESTRIS AMPLITUD. & PRUDENT. obtinuero, certo ſibi perſvadeant velim, me quicquid & impoſterum ingenii & ſtudii à mea tenuitate profectum fuerit, id omne VEST. AMPLITUD. & PRUDENT. in ſinum refuſurum & collaturum eſſe. Quod autem ſuperat, Deum illum cœleſtem παμϐασελέα invoco, & precibus devotis ſolicito, ut VESTR. AMPLITUD. ET PRUDENT. in Reipubl. Chriſtianæ tutelam firmisſimam in Neſtorios usque annos ſoſpites, & Incolumes in tranquilla pace & incolumitate omnimoda

bono

bono Publico servare & conservare, consiliis earundem benedicere omnium salutarium Conatuum Author ADIUTOR & DIRECTOR adesse, Ipsasque tandem sempiternâ ac cælesti felicitate beare velit: Sic quidem ego ex animo voveo, voventi verò faveat ALTISSIMUS, ille παντοκράτωρ, cujus Directrici dextræ VESTR. AMPL. & PRUD. devotè, commendo & committo non unquam non permansurus. Scribebam Stolbergæ Tertio cal. Maji cIↃ IↃↃ LXVI.

V. AMPL. ET PRUD.

Observantissimus & Paratissimus

Philippus Gerhardus Grülingius,
Medicus.

D. O. M. A.

OBSERVATIONUM ET CURATIONUM MEDICINALIUM

CENTURIA VII.

OBSERVATIO & CURATIO I.

DE VULNERIBUS.

MUlta Vulnera hactenus Deo adjuvante, & qvæ ferè insanabilia videbantur, (absit jactantia) solo Oleo ovorum, hypericonis, vel sulphuris Rulandi sanavi.

Vulnera manè & vesperi vino, vel Aqva hypericonis mundifico, hoc facto, Gossypium aut linteolum in prædictis oleis intinctum, Vulneri impono. Qvibus remediis præsertim pauperum Vulnera, ut jam dixi, facili negotio curare soleo.

OBSERVATIO & CURATIO II.

DE VULNERE MILITIS.

MIles qvidam, cujus patria erat Svecia, cultro suo infixit sibi vulnus satis pro-

fundum pedi dextro, Chirurgo igitur absente & peregrè profecto, Ego qvidem vocor, sed venire recuso, svadens ut accersaretur Balneator, ejusq; opera Patiens uteretur, qvi verò etiam eodem tempore domo aberat, & lignatum abierat. Tandem toties totiesqve vocatus advenio, & curam sic instituo.

Primò fluxus sangvinis communi more Barbitonsorum sedatus fuit.

Postea Turunda Balsamo Sulphuris Rulandi, Oleo hypericonis præparato, imbuta manè & vesperi vulneri inserta fuit super imposito loco læso Emplastro Diasulphuris Rulandi.

Qvibus medicamentis intra paucorum dierum spacium vulnus sanatum fuit.

Hisce remediis Vulnera cætera omnia, etiamsi à tormentis bellicis & sclopetis causata, felicissimè, Deo sit laus & honor, curavi.

Balsamus Sulphuris Rulandi nostræ descriptionis.

℞. *Flor. Sulphuris* ℥ij.
Ol. hypericon. ℔. ß.
Vini boni ℥iij.

Macerentur per aliqvot dies, aliqvoties movendo, postea bulliant igne Carbonum lentissimo, donec vinum consumtum fuerit semper movendo. Tandem cola & serva ad usum. Hoc oleo etiam Emplastrum Diasulphuris Rulandi præparare soleo.

OBSERVATIO & CURATIO III.

DE SCIRRHO EPATIS.

Colonus Bilaviensis, Martinus Habermann dictus, cum valdè sitibundus tempore messis, multum frigidæ aqvæ ingurgitasset, nihil mali timens, accidit, ut post duas septimanas manè surgens, sentiat tumorem durum in hypochon-

chondrio dextro, in regione Epatis. Mittit igitur ad me urinam, qvæ erat tenuis ſpicea ſine hypoſtaſi. Ego hunc tumorem pro Scirrho Epatis habens, ſeqventia medicamenta præſcribo.

℞. *Decoct. aperitiv. alterativ. ana* ℥iiiſ.
Syrup. d. cichor. cum rhab. ℥j.
Extracti cichor. ʒſ.
Tart. vitriolati ʒj.
Salis Tartar. ℈ſ.
Spiritus veneris gutt. viij.
Aqvæ cichor. ℥j.
Miſce. Signet. Weichtränck=lein auf zweymal.

℞. *Decoct. commun. fact. cum Fol. ſenæ* ℥iſ.
Tartari vitriolati ℈iiſ.
Infunde per noctem
Rhabarb. ʒj.
Agarici ℈ij.
Spicæ Indicæ ℈ſ.
Cremor. Tartari ℈j.
Facta expreſſione & colatura adde
Syrup. ſolutivi ℥j.
Miſce. Sign. Purgiertränck=lein.

℞. *Spec. diarhod. Abbat.*
dialaccæ,
diaturcum.
roſat. novell. ana ʒſ.
Trochiſc. de capp.
d. rhabarb.
de eupator. ana ℈j.
Sacch. q. ſ. diſſol. in aqva cichorei,
Fiant rotulæ. Sign. Leber=küchlein.

℞. *Emplaſtr. d. melilot.* ℥iſ.
Ungvent. ſantalin. ℥j.
Ol. chamomill.
amygd. amar. ana ʒvj.
Gummi ammoniaci in acet. diſſolut. ʒiſ.
Miſce. & fiat Linimentum.
S. Leber=Liniment.

Qvibus medicamentis Patiens à tàm moleſto tumore liberatus, & præter omnem ſpem curatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO IV.

DE VULNERE IN MANU.

MEus Affinis Valentinus Börner, Civis Northusanus, & arte sua Sartor, cùm in vicini domo cerevisia satis obrutus esset, & valedicens Sodalibus domum properaret, fit, ut intereundum benè potus incidat in cuspidem lapidis, & ex eo casu vulnus in manu cruentum, & penetrans ad officula accipiat. Qvod intrà septem dierum spacio conglutinatum fuit Oleo Sulphuris Rulandi nostræ descriptionis, & Emplastro Apostolico, qvod ad omnia vulnera conducit, sive sint recentia, vel antiqva, & ad nervos præcisos, & musculos, ad puncturas, vel morsum animalium terrestrium peculiariter convenit. Sagittas, calamos & similia altius membris infixa, sine dolore extrahit.

OBSERVATIO
&
CURATIO V.

DE ULCEROSIS PEdibus.

DOmini Consulis Valentini Gothi Uxor habebat pedes ulcerosos, & valdè periculosos, unde multorum Chirurgorum & Medicorum consilio utebatur, sed sine fructu. Tandem deserta à Medicis, ad me consultandi gratia venit. Qvæ feliciter à me ab his ulceribus medicamentis paratu facilimis curata fuit.

℞. Herb. consolidæ Saracenicæ decoct. (nostrates vocant Braunstengel) qvo manè & vesperi ulcera mundificabantur.

Post mundificationem inspersus fuit foliorum Aristolochiæ longorum pulvis, in loco umbroso siccatorum.

Vide meam Medicin. Pract. pag. 588. de vulneribus, qvæ tibi in hoc usqve ad nauseam satisfaciet.

OBSERVATIO
&
CURATIO VI.

DE

DE GRAVI COMPRESSIONE *pectoris*.

DOminus Johannes Krause Senator Stolbergensis, vir septuagenario major, gravem compressionem pectoris patiebatur, ortam ex fluxione humorum pituitosorum è capite descendentium. Usus fuerat, antequam me accederet, nescio quo pharmaco purgante, ipsi à pharmacopæo præbito, postea consilium meum experens, seqv. ei præscripsi syrup.

℞. *Syrup. d. prass.*
d. hyssopo ana ℥iß.
Oxymel. sqvillit. ℥ij.
Balsami Sulphuris ℈j.
Misce. Benè contulit.

OBSERVATIO & CURATIO VII.

DE VULNERE MANUS.

NObilis ille Gvilhelmus ab Ebra, Hereditarius in Ustrungen, vulneraverat cultro graviter manum lævam, adeò ut intumueret valdeqve dolore afficeretur.

Hanc neqve Chirurgi, nec Medici, vel Barbitonsores sanare poterant. Ego autem in consilium vocatus, manè & vesperi adhibui Oleum ovorum mixtum cum oleo hypericonis. Iisqve tumor recessit, & vulnus sanatum est.

OBSERVATIO & CURATIO VIII.

DE DISLOCATIONE *brachij*.

DOminus Hieronymus Strentzel, olim poliographus Stolbergensis, Vir qvinqvaginta annorum, ex casu in hypocausto dislocationem brachii patitur. Vocatur noster Chirurgus, qvi, nescio qva de causa, renuit venire. Ergò Barbitonsoris consilium expetitur.

Qvi præſens more uſitato brachium in ſuum locum reponit, applicatq; decoctum florum chamomillæ, hypericonis & verbaſci, cum panno cæruleo, qvo dolores ſopiti ſunt. Poſtea adhibuit ſeqvens Emplaſtrum:

℞. *Sevi arietini,*
Ceræ albæ ana ℔. ſ.
Diſſolvantur, permiſce
Farinæ volatilis ℥iſ.
Thuris,
Maſtiches,
Boli Armeni,
Sangvinis Dracon. ana ℥i.
Radic. conſol. pulveriſat. ℥iſ.
Fiat Emplaſtrum, qvod benè profuit.

OBSERVATIO & CURATIO IX.

DE CASU E SCALA.

FRater meus Andreas, Paſtor Breitungenſis, cùm in Encæniis Breitungenſibus columbarium ſuum viſitaret, & nimium ſcalis fideret, accidit, ut fractis ſcalis in terram delabatur, qvo caſu totum corpus ita concutitur, ut ultrà horas ſex neqve oculos neqve os aperiret. Ego valdè perterritus accurro, (præſens enim eram eodem tempore vocatus cum mea Coſta ad Encænia) pulſum tentans, qvi fratrem adhuc vivere indicat. Frater igitur deportatus domum, fovetur calidis pannis, ex aqva cinamomi intrò data, & ſpongiola naribus, labiis, pulſibus manuum, temporibus, cordisqve regioni adhibita reficitur, alvusqve qvæ erat obſtructa, Clyſtere domeſtico ſolvitur.

Poſtea cùm ad ſe rediret, dedi ſeqventem hauſtum bis, qvi ſangvinem congelatum reſolvere ſolet.

℞. *Pulveris Mumiæ,*
Spermatis ceti,
Rhabarb. ana gr. xxiiij.
Aqvæ cerefolij ℥iij.
F. hauſtus.

Præ-

Præscripsi quoque sequens decoctum.

℞. *Radic. tormentill.*
consolid. major. ana ℥j.
Herb. lim.
fænicul.
pyrol.
verben.
alchimell.
persic. ana Mj.
Flor. hyperic.
centaur. min.
verbasci ana p. ij.
Herb. vinc. pervinc. Ruberti ana Mß.
Astacorum purgat. & exsiccatorum Nro. vj.
Mumiæ ʒß.

F. decoctum in vino albo, & aqva veronicæ, qvantum sufficit; Dosis manè & vesperi cochlear. iij.

Ex horum paucorum remediorum usu factum est, ut frater meus ita ab Orci qvasi faucibus liberatus fuerit.

OBSERVATIO
&
CURATIO X.

DE LÆSIONE OCULI dextri à candenti carbone.

IN incendio Pagi Hermansacker dicti accidit, ut in mulieris cujusdam oculum dextrum insiliat carbo candens, unde exoritur dolor acerbus, non modò, verùm etiam ulcus & visus diminutio: & qvamvis adhiberet multa & varia medicamenta ophthalmica: attamen nihil adjuta, tandem sola mucilagine seminis cytoniorum oculo superimposita, brevi integrum visum recuperavit.

Vide meam Medicinam Pract. p. 106.

OBSERVATIO
&
CURATIO XI.

DE DOLORE MAGNO in Sura dextra.

AFficiebatur in Sura dextra pedis Johannes Unger Colonus Ufrungensis,

ſis, qvem nullus Medicus, vel Chirurgus, etiamſi eorum conſiliis diu uſus fuiſſet, curare poterat; Tandem & meo conſilio uti voluit. Venit igitur ad me auxilium petiturus. Ego ſeqvens anodynum, à me maximè in pauperibus expertum adhibeo.

℞. *Lactis caprini* ℥viij.
Mellis colati ℥iſ.

Bulliant ſimul & infuſa in veſicam ſuillam, filo conſtrictam loco dolenti impoſitum fuit. Et mox dolor evanuit.

OBSERVATIO & CURATIO XII.

DE DOLORE POST INGVINA.

EGo ſæpiſſimè obruor dolore incredibili ſupra ingvina, cujus cauſa, ut ego opinor, Calculus, paulò poſt ſeqvitur ingens vomitio, perſeverante tamen dolore; Cui ſic medeor. Recipio ſacculum plenum floribus chamomillæ, & in aqvâ coctum, ſuperimpono loco dolenti, qvo paulatim dolor recedit.

Nota.

Flores Chamomillæ, & ejus oleum deſtillatum, ſunt duo anodyna multùm experientiâ probata.

Vide Florilegium meum tertiæ Editionis de Anodynis pag. 320. Item Centuriam III. pag. 55. 56.

OBSERVATIO & CURATIO XIII.

DE INGENTI DOLORE brachij ſiniſtri.

DOmini Hieronymi Strenzelii, tunc temporis poliographi Stolbergenſis Uxor, angebatur dolore ingenti ſiniſtri brachii, ob cujus gravitatem ferè per integrum annum noctes inqvietiſſimas & mo-

molestissimas habebat & trahebat.

Ego accersitus svasi, ut uteretur meo seqventi ungvento anodyno, qvo inungebat brachium bis qvotidiè, sc. manè & vesperi, & sic dolor paulatim remissior factus evanuit.

℞. *Ungvent. Alabastrin.* ℥iß.
Opij gran. xxv.
Croci ʒß.
Misce.

OBSERVATIO & CURATIO XIV.

DE VIRGINE SPERMATA RANARUM IMBIBENTE.

Martini Bombitz Musici *W*ernigerodani, Filia major patiebatur præsertim jejuno Stomacho tormina ventris, cum murmure & coaxatione ranarum (qvem sonitum vel murmur ipsemet percepi meis auribus.) Interrogata unde hoc accepisset, respondebat, se hujus mali originem contraxisse ex potu aqvæ palustris, qvam tempore verno intenso Solis æstu sitibunda hausisset, & sic ex illa aqva palustri fortasse genituram ranarum imbibisset. Usa qvidem hæc Virgo fuit multis remediis citra tamen evidentem mitigationem.

Tandem ego in consilium vocatus, præscribo & exhibeo meum vomitorium, qvod qvidem officium suum præstitit, sed sine ulla animadversione ranarum. Ergo post biduum dedi, qvod seqvitur, purgans.

℞. *Extracti rhabar* gr. xv.
Mercurij vitæ gr. iiij.
Theriacæ gr. vij.
Ol. citri gutt. iij.
Misce. F. Pil. Nro. ix.

Qvo qvidem humores malè olentes ejecti sunt; sed iterum sine animadversione ranarum.

Tandem usa fuit pilulis seqventibus.

℞. *Extract. panchymag.* ℈j.
Mercurij dulcis gr. xviij.
Pulveris galapiæ gr. vij.
serpentum ℈ß.
M. F. pil. Nro. xix.
cum pauco syrupi de succo citri.

Qvibus non modo fætidi & varii coloris humores, verùm etiam vivæ & mortuæ ranæ ejectæ sunt. Et sis hæc Virgo ægra sanitati integræ restituta fuit paucis diebus.

Meum vomitorium est seqvens, cujus paulò ante facta est mentio:

℞. *Pulveris rad. asari* ℈j.
Salis vitrioli gr. xj.
Misce. S. Brechpülverlein.

OBSERVATIO & CURATIO XV.

DE ULCERE IN MAMMA.

Anna Maria Hundemanns/ Chiliani Weberi Uxor, Mulier fortè qvadraginta annorum, olim rixabatur cum Marito ob levem causam, vel uti dicitur, de lana caprina, unde ita excanduit, ut in deliqvium incideret. Post biduum sentit in mamma dextra tumorem, qvi ingenti dolore qvotidiè sensim intumescebat. Venit igitur ad me expetere consilium. Ego svadeo, ut utatur consilio Chirurgi nostri, verum hoc consilium respuit, volens meo consilio uti, præscribo inde seqventia:

℞. Picis, qva utuntur Sutores ana ℥j. (magnam enim vim habet tumores ad suppurationem promovendi.)

F. Emplastrum, qvod mammæ imposuit.

Hoc intra triduum mammam ad suppurationem produxit, & ipsa aperta fuit multis in locis. Qvæ ulcera post mundificationem oleo ovorum consolidata fuerunt.

Hic multum valet Balsamus Sulphuris Rulandi, & Emplastrum Diasulphuris.

Vide hujus Centuriæ Curatio-

tionem primam & seqventes. Emplastrum qvod citò sanat vel consolidat vulnera mammarum,

℞. *Vitell. duorum ovorum,*
Croci ℈ij.
Mellis puri,
Farin. tritic. ana q. s.
F. Emplastrum.

Hoc Emplastrum etsi videatur leve medicamentum; attamen plus habet in recessu, qvàm in fronte promittit.

OBSERVATIO & CURATIO XVI.

DE FEBRE TERTIANA *intermittente in muliere.*

DOmini M. N. Hildebrandi Præpositi Cœnobii *W*alckenrödensis Uxor, anno ætatis 40. Northusæ corripitur Febre Tertiana intermittente, cum capitis dolore, Siti ingenti, & prostratione appetitus, qvam liberavi à tali malo intra duas Septimanas, Deo benedicente, seqventibus medicamentis:

℞. *Cremor. Tartari,*
Tartari vitriolati ana ʒß.
Salis absinthij,
cichor.
centaur. min. ana ℈j.
M. S. Weichpulver auf 2mal.

℞. *Conserv. rosar.* ʒij.
Resin. scammonij gr. viij.
Misce. S. Purgierzucker.

Dedi die ἀπυρέτῳ.

Biduo post secta est vena.

Deinde dedi hoc sudoriferum, non neglectis tamen sitim sedantibus.

℞. *Pulv. Cardbened* ʒß.
Aqv. Cardbened ʒiß.
Misce. S. Schwitzunge.

Porrò

℞. *Essent. Cardbened.*
Cent. minor.
absinthij,
Elixir. proprietat. ana ℈iiij.
Misce. S. Mixtur.

Dosis gutt. xxv. manè & vesperi in brodio carnis vel alio vehiculo.

OBSERVATIO & CURATIO XVII.

DE GANGLIO.

NOn ante multos annos accidit, ut Cantori hujus loci appareat Ganglion in carpo manus, qvod indies incrementum capiebat. Hic me consulens, solo usu Balsamo Sulphuris Rulandi, & ipsius Emplastro Diasulphuris, intra paucos dies tumore evanescente sanus factus. Vide parvam Chirurgiam D. D. Agricolæ pag. 304.

OBSERVATIO & CURATIO XVIII.

DE FACIE LEPROSA.

QVidam Magister Artium & Philosophię, anno ætatis suæ trigesimo, homo pius & doctus, faciem habebat veluti leprosam, qvi intra paucos dies à tali malo, Deo auxiliante, seqventi medicamentorum ordine liberatus fuit.

℞. *Aqv. fumariæ,*
cichorei ana ℥ij.
Syrup. d. fumar,
d. lupulo ana ℥j.
Salis cichor. gr. vj.
Cremor. Tartari,
Cryſtall. Tartari ana ℈iß.
Misce. S. Digestiv. auff zweymal.

℞. *Extract. maſſ. d. fumo terræ ana* ʒj.
Radic. mech. ℈j
Reſin. ſcammonij gr. vij.
Ol. fænic. gutt. v.
Cremor. Tartari ℈j.
Formentur pilulæ Nro. 63. aspergantur pulvere canellæ. S. Pillen auf dreymal.

℞. *Conſerv. roſ. vitriol.* ℥j.
cichorei,
anthos,
abſinthij ana ℥ß.
Spec. diarh. Abbat.
dialaccæ ana ʒß.
Trochiſc. d. Eupat.
d. rhab. ana ʒj.

Spec.

Spec. diatr. santal. ℈ij.
Rad. Cich. condit. ℥iß.
Syrup. d. cichor. c. rhab. q. s.
F. Conditum.

℞. *Aqv. rosar.*
lilior. albor.
flor. fabar.
fragor.
flor. omnium ana ℥j.
Rad. sigill. Salamon.
Lac. vaccinum cum micis simillat. ana q. s.
Fiat destillatio.

OBSERVATIO & CURATIO XIX.

DE DOLORE VENTRIS.

Virgo Nobilis octodecim annorum nata, diu patiebatur dolorem acutissimũ ventris, & qvamvis uteretur multis medicamentis, attamen ea nihil opis ferebant. Tandem ego præscripsi seqventia, qvibus dolor evanuit, & nunqvam rediit.

℞. *Herb. absinthij,*
mentha,
Flor. rosar. ana Mj.
Garyophyll.
Mastichis,
Macis ana ℥j.
Nuc. mosch. Nro. ij.
F. sacculus in vino coqvendus.

℞. *Spirit. frument. Agric.* ℥iij.
Dosis cochlear. j.

OBSERVATIO & CURATIO XX.

DE MORBO PEDICULARI.

Præfectus mendicorum Christophorus Steinfels / Germanicè dictus Bettelvoigt / qverebatur de Pediculis qvibus totum corpus & Vestes scatebant. Huic consultus svasi, ut aliqvot dies universum corpus & Vestes fumificaret solis Corticibus baccarum Lauri; Qvo facto omnes pediculi intra paucorum dierum spatium enecti evanuerunt.

OBSERVATIO & CURATIO XXI.

DE OBSTRUCTIONE Epatis ac Lienis.

Patruelis meus nomine Johannes Grülingius J. U. Studiosus, obstructum habebat Lienem & Epar, qvod patebat ex subseqventibus signis. In utroq; enim latere pungitivum dolorem sentiebat, qvià concitatiori motu & exercitio corporis subinde exacerbatur, nec non de compressione Diaphragmatis, maximè ab assumto Cibo conqverebatur, unà cùm difficultate respirandi, eaqve non continua, sed per intervalla recurrente. Hisce igitur malis obviam ivi seqventibus medicamentis.

℞. *Radic. polypod.*
fænic.
Apij,
petrosel.
Liqvirit. Ras.
Cort. rad. capp. ana ℥iij.
Herb. Chamæd.
Capill. vener.
Betonic.
Fumar.
Epithym. Cret. ana Mj.
Sem. anis.
Fænic. ana ℥j.
Prunor. Damasc. Nro. x.

F. Decoctio in s. q. aqv. ad tertias s. a: Colatur. ferventi infunde

Fol. Senæ ℥iß.
Agar. trochisc. ℥iij.
Rhabarb. opt. ʒj.
Schænanth. ℈j.
Calam. arom.
Zingib. ana ʒß.

Facta ebullitione & expressione.

℞. *Colaturæ hujus* ℥xvj. *add.*
Syrup. d. Eupator.
pomis,
duab. Radic.
Scolopend. ana ℥iß.

Misce. F. Apozema, aromatisetur cùm cinamomi ʒj. per 5. dies usus est hoc apozemate. Sumendo seu ebibendo ℥iiiß. pro vice. Et multum juvit, ita ut melius inciperet respirare, doloribus ex toto cessantibus.

Qvia

Qvia autem aliqvantulum debilitatus erat, virtute subscribendi conditi pristinas Vires resumsit, integreqve convaluit.

℞. *Cort. citr. condit.* ℥j.
Flor. Cichor. condit. ʒvj.
Conserv. borrag.
N. gt. condit. ʒiiſ.
Spec. arom. Rosat.
diarh. Abb. ana ʒj.
Syrup. d. ſ. borrag.
pomis ana q. ſ.
F. Conditum.

OBSERVATIO & CURATIO XXII.

DE PUSTULIS EXTUberantibus in facie.

RHedarius Stolbergensis, Johannes Kuntnagel dictus, habebat multas extuberantes pustulas in facie, qvibus universa facies valdè fædebatur. Huic hoc consilium dedi, ut prius purgato corpore singulis diebus bis faciem perungeret Oleo Sulphuris Rulandi, qvo facto sine ullo alio medicamento pustulæ evanuere, & nunqvam rediere.

Ancilla mea, qvæ idem malum aliqvando patiebatur, sana facta post usum Mucilaginis Sem. Cotoneorum, qvâ per aliqvot dies perungebat faciem defædatam.

OBSERVATIO & CURATIO XXIII.

DE EXITU ANI.

AFfinis mei Filiola, ætatis suæ duorum annorum, ani exitu laboravit duas septimanas, ad instar pugni fere tumefactus, qvem cum alii in locum suum reducere non possent, meum consilium expetitur, qvod fuit tale.

Primo foveabatur anus decocto fol. malvæ & Chamomillæ,

millæ, qvo facilè reducta est. Postea pulvis seqvens Ano inspersus.

℞. *Boli Armeni præparat.*
Mastichis,
Balaustiar.
Capul. gland.
Salviæ ana ℥j.

Jussi qvoqve ut sæpè Filiola assideat asseri qvercino calido.

OBSERVATIO & CURATIO XXIV.

DE OCULORUM LIPpitudine cum magno dolore.

NObilis è Silesia, Cæsareus miles, Vir qvadraginta annorum, ex destillatione à Capite oculi dextrâ lippitudine gravissimâ laborans; ita dolore & rubore continuè afficiebatur, ut oculum ægrè aperire posset.

Huic exploranti meam operam seqventibus satisfeci.

Usus est prius pilulis aureis, Lucis & Cochiis.

Post adhibui seqvens Collyrium.

℞. *Aqv. Rosar.*
fœnic.
euphrag.
plant. ana ℥j.
Lapid. calamit. ʒj.
Sief. alb. ℈ij.
Margar. præparat. ℈j.
Camphor. gr. iij.
F. Collyrium liqvidum.

OBSERVATIO & CURATIO XXV.

DE COLICA CUM ALvi astrictione in infante.

CUjusdam Scrinarii infantulus, decem tantum septimanarum, per triduum integrùm conflictabatur colore colico acerbissimo, cum ploratu continuo & vigiliis. Alvus ei valdè adstricta erat, pro

proqva ſolvenda, ego conſultus hoc enema ei ſtatim injiciendum curavi:

℞. *Rad. Alth.*
lilior. ana ℥j.
Herb. Pariet.
Malv. ana M I.
Flor. Chamomill.
Melilot. ana P j.
Sem. Lin. ℥j.
Aniſ. ℈ij.
Coq. in ſ. q. aqv. ℥iiſ.
Colaturæ add.
Ol. Chamomill. ℥ſ.
Violar. ℥j.
Mellis Roſat. colat. ℥iſ.
Sacch. rubr. ℥iij.
M. F. Clyſter.

Intra verò corpus parum ei dari juſſi de ſeqventi medicamento.

℞. *Ol. amygd. d. rec. non ramid. ana* ℥j.
Mell. Roſat. colat. ana ℥iſ.
Mann. Calabrin.
Miſce.

Qvibus & alvus ſolvebatur, & colicus dolor ſedabatur, ſed altero die denuo in eundem morbum incidens; atrociſſimi illius inſultibus fractus, anteqvam dictis remediis locus eſſet, ex hac vitâ migravit.

OBSERVATIO & CURATIO XXVI.

DE TUBERCULIS FACIEI, id eſt Pfinnen.

Anna Maria Kleinkauffs/ mulier 30. annorum, à puerperio multa tubercula, qvæ Germani Pfinnen vocare ſolent, in facie habebat. Qvæ intra ſex dies ſolo Oleo Sulphuris Rulandi, qvotidiè bis inunxit Faciem, curata fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XXVII.

DE HÆMORRHOIDIBUS *fluentibus.*

DN. Hieronymus Strenzel/ olim poliographus

curiæ Stolbergensis, afficiebatur singulis annis qvater vel pluries hæmorrhoidibus præter modum fluentibus. Qvem curavi sacculo pleno glandibus & foliis qvercuum, cocto in forti aceto, & imposito ano. Qvo remedio sisto, DEI beneficio, omnes hæmorrhoides præter modum fluentes.

OBSERVATIO & CURATIO XXVI.

DE CÆCIS HÆMORrhoidibus.

PHarmacopæius qvidam acerbo dolore cæcarum hæmorrhoidum afficitur. Hinc in consilium vocatus, adhibeo Balsamum Sulphuris Rulandi, qvo calidè hæmorrhoides perunxit, ac statim ab acerbissimo & odioso illo dolore liber sanusqve factus est.

OBSERVATIO & CURATIO XXIX.

DE COLICO DOLORE.

VIr qvidam, arte sua Machæropæus, circa annum ætatis 40. sævissimum & crudelissimum Colicum dolorem ex esu carnis vervecinæ, cum cibi & potus vomitu perpatitur. Ego statim ipsi hunc Clysterem applicari jussi, qvo facto prædictus patiens ilicò, ex Dei misericordia sanus factus est.

℞. *Malvæ,*
Betæ,
Mercurial. ana Mj.
Flor. Chamom.
Furfur. ana Mſ.
Radic. Alth. ℥j,
Sem. carvi,
anisi,
fœnic. ana ʒiiſ.
F. decoctio in aqva communi ad ℥xij.
Add. Elect. hieræ picræ ℥j.
Ol. Chamom. ℥iſ.
F. Clyster.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO XXX.
DE VOMITU PRÆTER naturam.

JOhannes Gustavus Zellermann Civis Neustadius, Vir 50. annorum, qverebatur de Vomitu præternaturali, & qvod non minimum cibi retinere posset, sed omnia ubi ingesta statim rejiceret. Lotium ejus erat subturbidum & spumosum. Huic valdè debilitatum seqventibus paucis curavi medicamentis:

℞. *Conserv. menth.* ℥vj.
Laudan. opiat. gran. iij.
Misce.

℞. *Herb. absinth.*
menth.
rosar.
Flor. centaur. min. ana Mj.

Fiat sacculus, qvi in Vino & aceto coctus imponatur Ventriculo.

Potus erat Vinum absinthites.

OBSERVATIO & CURATIO XXXI.
DE ANI EXITU.

FIlius meus communis Ani exitu laboravit, qvi ante Tussi gravi & molestâ tortus fuerat.

1. In anum ejus, prius vino rubro calido ablutam, candela sebacea indita fuit. 2.

℞. *Mastich.*
Thur.
Sumach.
Rosar. rubr.
Cort. granat. ana ℥ß.
Balaust.
Myrtill. ana Mß.

Omnia cum vino rubro styptico redigantur s. a. in Emplastri formam, qvod calidè ano applicetur: vel anus proluatur Vino rubro, in qvo prædicta fuerint decocta.

Ex his paucis filiolus meus convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXII.

DE CONDYLOMATUM dolore.

PHarmacopæus qvidam, Mariscarum seu Condylomatum dolore acerbissimo afficiebatur, qvem ita curavi:

℞. *Aqv. fanic.* ℔. ß.
Croc. metall. ʒß.

Stent infusa per diem naturalem, subsidente jam pulvere colentur. Colatæ aqvæ addatur Olei Vitrioli Roman. chymicè parati q. s. ad adstringendum. Hac misturâ madidum linteolum loco affecto sæpiùs applicari jussi.

Hisce remediis dolor remisit, & patiens intra octiduum, per DEI clementiam, sanus evasit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIII.

DE URINÆ SUPPRESsione.

NObilis qvædam matrona, 50. annorum, devenit in omnimodam Urinæ suppressionem, qvæ sic sanata:

℞. *Aqv. rad. Urtic.*
Raphan. ana ℥iiß.
Syrup. rosar. solut.
Mont. ʒij.
Bened. laxat. ʒj.
Extract. Esulæ ℈j.

M. pro potione, qvâ insumptâ ocyssimè & copiosè alvus & urina commota sunt.

Pectini simul imposuit sæpè cæpas incisas, & aceto coctas.

Cibus erant juscula Gallinæ, qvibus incoqvebatur Raphanus sylvestris incisus: Potus decoctum Fragariæ saccharatum. Atq; ex his paucis sana facta est, intra aliqvot horas.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIV.

DE

DE GONORRHOEA.

NObilis qvidam è Silesia oriundus, temperatura Sangvineus, 30. annos natus, ad me venit, & qvestus est, sibi diu semen, præter voluntatem & modum, elabi: & qvia aliorū Medicorum curas frustra pertentasset, vehementer me rogavit, ut sibi fidele auxilium subministrarem. Id qvod lubens feci in hunc modum.

1. Venam Basilicam dextri cubiti aperui, & sangvin. ℥vj. emisi.

2. Post Venæs. die secundâ bibit seqvent. emulsionis ℥vj. vel ℥viij. tepidas, & pauco saccharo dilutas: Idqve in aurora per qvatuor dies.

℞. *Sem. Melon.* ℥iij.
Contundantur in mortario lapideo optimè cùm aqvæ font. q. s. Deinde colentur, & f. potio lactea.

3. Interea renis, dorsum, ilia & pecten manè & vesperi inungebantur qvotidiè seq. Ungvento.

℞. *Oliban.* ℥ij.
Gallar. ℥j.
Laudan. ℥ß.
Ol. mastich.
spicæ,
myrtin. ana ℥ß.
Pulverisentur subtilissimè, & cum Cera q. s.

Fiat Ungventum molle, in fine addendo Camphor. ℈ß.

Cibus erat frigidus, siccus, acidus: partim calidus & siccus: Potus aqva fontana chalybeata; item Vinum rubellum: verum unicuiqve haustus admiscebat aliqvot guttas Aceti rosac.

Hisce remediis, DEI auxilio, in diebus perpaucis, bonum & pristinum sanitatis gradum adeptus est.

OBSERVATIO & CURATIO XXXV.

DE DYSENTERIA CUM capitis dolore & deliramentis.

VIrgo 18. fermè annorum, patiebatur Dysenteriam cum Capitis dolore &

Deliramentis. Huic Cibi dati sunt liqvidi & sorbiles: Potus decoctum, qvod seqvitur.

℞. *Flor. Buglossi* Piiij.
Rosar.
Violar. ana Pj.
Sacch. Cand. ℥j.

Misc. & coq. in aqva ℔. viij. ad consumptionem ℔j. fiatq; decoctum.

Fronti applicabatur sæpius seq. Cataplasma.

℞. *Rosar. rubr.* ℥iij.
Semperv. ʒv.

Contundantur cum Aqva rosar. in formam Emplastri. Atqve his sanè mox restituta sanitati est.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVI.

DE GRAVI COMPRESsione pectoris.

Dominus Casparus Moig Vini præfectus, Vir septuagenario major, gravem compressionem pectoris patiebatur, ortam ex fluxione humorum pituitosorum è capite descendentium. Usus fuerat anteqvam me accederet, nescio qvo pharmaco purgante, ipsi à pharmacopæo hujus loci præbito, postea consilium meum expetens, seqventem Syrupum ei præscripsi.

℞. *Syrup. d. praß.*
hyssop. ana ℥ii.
Oxymell. scyllit. ℥ij.
Balsam. Sulphuris ℈j.

Misce. Benè contulit.

OBSERVATIO & CURATIO XXXVII.

DE DOLORE IN DORSO in Calculo.

Dominus Henningius Oppermann Consul meritissimus, afficiebatur dolore dorsi, & omnium ferè membrorum à Calculo. Cui tol-

tollendo autor ei fui, ut ilicò hunc Clysterem sibi injiciendum curaret.

℞. *Rad. Alth.* ℥j.
lilior. ℥ß.
Herb. pariet.
malv.
hyssop.
betox. ana Mj.
Flor. Chamom.
melilot. ana P. j.
Baccar. Junip.
Laur. ana ℥iij.
Sem. anis. ℥ij.
Coq. in s. q. aqv. pro ℔. j. *in colatura dissolv.*
Bened. laxat.
Diaphæn. ana ℥ß.
Hier. Logad. ℥iij.
Ol. Chamom. ℥iß.
Rutæ ℥vj.
Sal. communis ℥iß.
Misce pro Clystere.

Quo unico remedio confestim ab omni dolore liberatus est.

OBSERVATIO & CURAT. XXXVIII.

DE CATARRHO TENUI ac falso ad pectus delabente.

Domini Johannis Schwartz Organædi filiolus sex annorum, circa canicularium dies infestabatur Catarrho falso, tenui & acri, è capite ad pectus descendente, unde ingens tussis oboriebatur, citra tamen ullam materiæ excretionem. Cum ipsi corpus esset Cacochymicum, illud evacuandum leviter duxi per intervalla, sumptione unius morsuli subscribendorum.

℞. *Rhabarb. pulv.* ℈ij.
Extract. Rhab. ℈j.
Sacch. ℥vj.
Dissolut. in aqv. rosar. &
Violar.
F. Morsuli Nro. v.

Ad inhibendum vero fluxum illum tenuem, usus est hoc Eclegmate.

℞. *Loch. d papav.* ℥ij.
Syrup. violar. ex succo
Scabiosæ ana ℥ß.

Flor.

Flor. Sulphuris ℈j.
Spec. diatrag. frigid. ℈ij.
Aqv. violar. ℥ſ.
Spir. Sulphuris gutt. x.
Miſce. F. Loch.
Doſis cochl. j.

Ex uſu hujus ſanus eſt factus.

OBSERVATIO & CURATIO XXXIX.

DE MANIA.

Nobilis ille Martinus à Toſtungen/ Hæreditarius in Groſſen-Wechſungen/ cum opilionem in ſegete comprehenſum noctu improvidè globulo ſcopedario occidiſſet, fit, ut ex mærore diuturno per multos dies & noctes pervigilis vexatus in Maniam incidat. Ipſius Uxor de ſanitate Mariti ſollicita me vocat, & in conſilium adhibet.

Ego igitur in hoc triſtiſſimò valetudinis ſtatu & malo ſeqventem proceſſum medicamentorum inſtituo, qvo per Dei gratiam brevi temporis ſpatio ad ſe rediens, integræ ſanitati reſtitutus eſt.

Primo ſecui venam Medianam ſiniſtri brachii.

Poſtea præparavi humorem ſeqventi modo.

℞. *Aqv. borrag.*
nymph. ana ℥vj.
Syrup. borrag.
violar.
nymph. ana ℥ij.

Miſce. Pro tribus doſibus.

Deinde purgavi ægrum ter ſeqventi pulvere.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ℥i.
Sem. fænic.
aniſi ana ℥j.
Glycyrrh.
Flor. violar. ana ℥ſ.
Cremor. Tartari ℥vi.

F. pulvis. Doſis ℥j.

℞. *Aqv. borrag.*
nymph.
violar. ana ℥j.
Sem. papav. alb. ℥ij.
canab. ℥j.
Opij thebaici ℈ſ.

F. Emulſum pro capite.

℞.

℞. *Laud. opiat.* gr. iij.
F. pilulæ Nro. ij. S. Pillen.

Hæc cùm non juvarent, jussi ut secaretur vena Frontis, & usurparetur seqvens confortativum, qvo curam Deo auxiliante feliciter absolvi.

℞. *Conserv. rosar.*
violar.
bugloss.
borrag.
tunicar.
Cort. citri condit.
Lactuc. Ital. cond. ana ℥ß.
Pulveris sem. ocymi,
Spec. diamarg. frigid.
diarh. Abbat. ana ℈ij.
Confect. alkekermes ℥iß.
Syrup. nymph.
acetosit. citri ana q. s.
F. Electuarium.

OBSERVATIO & CURATIO XL.

DE SERPIGINE.

PAstoris Northusani Uxor, Mulier qvadraginta annorum, habebat in dorso tristes atq; flebiles Serpigines cum magno pruritu & dolore. Hinc vocatur Chirurgus Northusanus, cujus consilio qvidem omnis Serpigo sublata est, verùm spacio unius atqve alterius mensis semper recruduit malum. Tandem Ego in consilium adhibitus præscribo seqventia: Inde Dei benedictione convaluit Mulier, malo non amplius redeunte.

℞. *Rasur. ligni sancti* ℥iiij.
Cort. ejusdem ℥j.
Sarsapill. ana ℥ß.
Sassafras,
Radic. Chinæ ℥vj.
Aqvæ fontanæ ℔. iiij.

Infunde per 24. horas, & coqve in olla ad consumptionem medietatis pro sudorifero. Dosis ℥iiij.

Postea iterum remanentias coqve in ℔. iiij. aqva hordei ad medietatem pro potu qvotidiano, & huic ultimæ concoctioni pro libitu adde passul. & cum pauco cinamomi aromaticetur.

OBSERVATIO & CURATIO XLI.

DE SCABIE PRURIginosa.

Consul Neustadensis, Vir fortasse qvadraginta annorum, Scabie valdè pruriginosa per universum annum adeo ut nullam reqviem noctesqve diesqve haberet. Neqve etiam Medici, qvos multos consuluerat, qvicqvam juvamenti attulerunt. Tandem ad me venientem juvi seqventibus.

℞. *Aqv. fumar.*
scabios.
cardbened. ana ℥vj.
Syrup. d. fumariæ,
d. lupulo ana ℥j.
Misce. S. Abendträncklein.

℞. *Pilul. d. fumar.* ℈ß.
aggregat.
aurear. ana ℈j.
F. pil. cum syrup. d. fumar.
Nro. xx.

Post secta est vena Mediana dextri brachii.

℞. *Rasur. lign. s.* ℥iß.
sassafr. ℥ß.
radic. Chinæ ℥ij.
Aqv. Cardbened. ℥iij.
Coqve & colaturæ adde
Syrup. acetos. citri,
d. cinamomo ana ℥ß.

Hisce usurpatis omnis Scabies qvidem evanuit, verùm remansit pruritus tædiosus, cui sic obviam ivi.

℞. *Ungv. infrigid. Galeni* ℥iiß.
populeon. ℥iß.
Opij gr. ix.
F. Ungventum.

Atqve sic per DEI misericordiam pristinæ incolumitati citò restitutus est. Ne autem ægritudines istæ in posterum recurrerent, qvotannis usus fuit pilulis prædictis circa veris tempus, qvarum virtute, Deiqve voluntate maximè, multos jam annos firmo & incolumi fuit corpore.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO XLII.

DE PLEURITIDE.

CHristophorus Nitzman Studiosus Juris, cùm in Nuptiis saltando se nimium movisset, accidit, ut afficiatur graviter Pleuritide. Cui primo malvam in recenti lacte coctam lateri dolenti imposui, qvo dolor mitigatus est.

2. Venam tundi curavi in affecto latere.

3. ℞. *Syrup. violar.*
jejubin.
d. liqviriz.
Aqv. scabios.
cardbened.
papav. rhaead. ana ℥ij.
Dosis. ℥iß.

OBSERVATIO & CURATIO XLIII.

DE TORMINIBUS VENtris.

NObilis Matrona 60. annos nata, corripitur gravibus Torminibus ventris. Cui adhibui sacculum Farinæ avenaceæ in lacte coctæ per sacculum; sæpius mutando.

Et cum alvus obstructa erat, usa fuit duobus suppositoriis. Qvibus ab omni dolore levata fuit.

OBSERVATIO & CURATIO XLIV.

DE DOLORE VENTRIS.

NObilis cujusdam Filius decem annos natus, qveritur de ingenibus ventris doloribus circa umbilicum, qvi seqventi potiuncula ilicò sanus per Dei nutum factus est.

℞. *Syrup. rosat solutiv.* ℥vj.
de cinamom. ℥i.

Extr. Panthymag. gr. vj.
Diagridij gr. iij.
Tartari vitriolati ℈ſ.
Cremor. Tartari gr. vij.
Ol. citri gutt. ij.
Miſce. Hæc potiuncula operabatur novem ſeceſſus.

OBSERVATIO & CURATIO XLV.

DE OBSTRUCTIONE *ventris, & aliis accidentibus in puerulo duorum cum dimidio annorum.*

FIliolus cujusdam Senatoris, puer duorum cùm dimidio annorum, malè ſe habens qveritur de obſtructa alvo, Torminibus ventris cum aliis ſymptomatibus. Ego vocatus ſvadeo uſum ſeqventis Clyſteris, qvo injecto ſtatim convaluit puer.

℞. *Decocti herbar. emoll.* ℥iiſ.
Syrup. roſat. ſolut. ℥ſ.
de polypodio cum fol. ſenæ ana ℥ij.
Ol. amygd. dulc. ℥ſ.
Salis ℈ſ.
Miſce. F. Enema.

OBSERVATIO & CURATIO XLVI.

DE HYDROPICIS PEdibus.

MUlier Ruſtica ab Hydrope curata, adhuc habebat pedes aqva tumidas. Cui ſvaſi, ut illiniret pedes ſolo ſucco de baccis ſolani, qvod cùm ter faceret, detumuêre pedes, & ægra ſana facta eſt.

OBSERVATIO & CURATIO XLVII.

DE EODEM MALO.

EOdem die ad me venit Ruſticus, eodem malo laborans. Cui ſvaſi, ut plantis pedum herbam contritam baccabungiæ imponeret, illamq; ſingulis diebus renovaret; Qvo facto Ruſticus confeſtim convaluit.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO XLVIII.

DE QVODAM EX CASU sputo cruento laborante.

BAlthasarus Kundnagel Rhedarius Stolbergensis, cum ex eqvo prolapsus, rotâ per totum pectus circumductâ, animam qvasi agere videretur, sangvinem ex pectore extussiens, sic à me Dei beneficio seqventibus remediis curatus fuit.

℞. *Rad. Symph major.* ℥j.
Ireos ℥ß.
Enulæ,
Glycyrrh. ana ℥iij.
Herb. Sannic.
Alchym.
Pyrolæ ana ℥iiß.
Aristol. rotund. ℥ij.
Flor. chamom.
melilot.
hypericon. ana p. j.
Passul. ℥vj.
Ficuum Nro. iiij.

Decoqv. s.a. in s. aqv. q. ut sint colaturæ ℥vj. adde
Mellis de pur. virg. ℥iß.
Sqvillit. ℥ß.
Misce pro tribus haustibus. Da conven.

℞. *Radic. Symph. major. condit. ana* ℥j.
Sangv. dracon.
Lapid. hæmat. ana ℈j.
Boli armeni veri ℈iiß.
Terr. lemn. ℥j.
Pulv. Haly contra Phthisin ana ℥iß.
Diatrag. frig. ℥ij.
Conserv. rosar. antiqv. ℥j.
Syrup. d. myrtin.
d. Portulac. ana q. s.

Pro Electuario. Subindè ex hoc ad qvantitatem nucis juglandis sumpsit.

OBSERVATIO & CURATIO XLIX.

DE CRUENTA SPUItione.

PRo Rustico Franrodano Phthisico hæc ordinavi:

℞. *Spec. Diatrag. frig.*
Diayr. simpl. ana ℥j.
Loh. san. & expert.
Passular. ana ℥vj.
Succi Glycyrrh. in aqu. farfar. dissolut. ana ℥ij.
Trochisc. bech. alb. ℥ij.
Alipt. mosch. gr. viij.
Conserv. violar.
Hyssop.
Rosar. ana ℥ß.
Sacch. penid. ℥iiß.
Balsam. Sulphuris gutt. xxij.
Ol. Anisi ℈j.
Sem. papav. alb. ℥j.
melon. excort.
amygd. & excort. ℥ij.
Syrup. violar. ℥iß.
di glycyrrh.
Mellis rosat. ana ℥vj.
Oxymell. sqvillit. q. s.

Fiat mixtura admodum Eclegmatis.

OBSERVATIO & CURATIO L. DE ASTHMATE.

JOhannes Hartungius civis Northusanus, & destillator Spiritus vitrioli, cùm per aliqvot dies in nivibus frigoribusq; penetrabilibus iter faceret, accidit, ut illa aëris intemperies nimis frigida dissolveret capitis catarrhos, ipsosqve faceret fluere ad pectus: Hinc materiâ in pulmonibus collectâ, tantâ respirandi difficultate obruitur patiens, ut metueret, ne suffocaretur: Propterea ego in consilium adhibitus, hæc pro usu & curâ ordinavi.

℞. *Rad. bryon.*
Ireos flor.
Urticis min. cum fol. ℥ij.
Polypod.
Enulæ ana ℥j.
Glycyrrh.
Farfar. ana ℥ß.
Herb. hyssop.
Pulmon.
Praß. ana ℥ij.
Passul. ana ℥ij.
Ficuum Nro. vj.
Sem. Urtic. magnæ,
Fænic. ana ℥ß.

Anisi,

Anisi,
fænugr. ana ℥iſ.

Incidant. & contund. & fiat nodulus: Superfunde vini & aqvæ ana ℔ ij. coqve in duplici vaſe parum. Capiat per aliqvot dies bonum hauſtum manè. Poſtea

℞. *Herb. Salv.*
hyſſop.
Satur. ana ℥j.
Fol. ſen. ℥vj.
Agaric. ℥iſ.
Sem. aniſi ℥ij.
Zingib.
Maceris ana ℈j.
Sem. cartham. ℈iiij.

Ex inciſis & contuſis fiat Nodulus, ſuperfunde ex priori decocto ℥ix. vel etiam ℔j. ſtent infuſa per xx. horas in loco calidiuſculo: deinde exprime nodulum fortiter, & divide expreſſum in duas partes. ℞. manè partem unam.

Dehinc iterum ſemel vel bis utatur primo decocto, & demum alterâ parte ſuperioris infuſionis.

Poſthæc qvotidiè manè & veſperi capiat de ſeqv. mixtura, qvæ inſtar Eclegmatis erit.

℞. *Paſſul. enucl.* ℥vj.
Caric. pingv. Nro. vij.

Coqve in aqv. ſuff. (adde mellis ℥ij.) donec ſit abſumpta aqva & molleſcant omnia, tunc per colum trajice, adde Loh ſani & experti de pulmone Vulp. ana ℥ſ.

Conſerv. violar.
hyſſop. ana ℥j.
Spec. diatrag. frig. ℥iſ.
Flor. ſulph. ℈j.
Balſam. ſulphuris ℈ſ.
Pulv. aniſ. ℥iſ.
Syrup. de glycyrrh. q. ſ.

Fiat inſtar Eclegmatis. Convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO LI.

DE ASTHMATE ET CORdis anguſtiâ.

RUſtica qvædam è Pago Sachswerffen / cùm Northuſam Filium, qvi ibi-

ibidem artem Sartoriam exercebat, visendi causâ veniret, aliàs Asthmatica, fit, ut ex citatiori cursu in itinere noctu molestissimâ Spiritus difficultate, pectorisqve angustiâ obrueretur: Hinc ego vocor, ut subveniam ægræ salutari remedio & medicinâ: Propterea pro valetudine sine morâ hæc in officina præparari curavi.

℞. *Succi enulæ noviter expr.* ℥ß.
Spiritus Tartari ℈ß.
Aqv. fœnic.
Vini optimi ana ℥j.
Digere per horam in balneo benè clauso vitro: postea cola & adde
Syrup. viol.
d. Glycyrrh. ana ℥j.
Oxymel. s. ℥ß.
Spirit. anis. gutt. v.
M. & S. Digestiv.

℞. *Extract. mechoacan. temposs.* *ana* gran. x.
panchy. Croll. gr. viij.
diagridij gr. iij.
Dissolve in Syrup. violar. & de Glycyrrh. ana ℥ij. adde
Aqv. farfar. ℥ß.
M. & S. Purgiersafft.
Qvater dejecit.
Repetiit igitur.

℞. *Extract. mechoacan.* gr. xij.
diagridij gran. iiij.
panchym. Croll. gr. viij.
enulæ ℈ß.
Croci gran. iij.
Ol. fœnic.
Anisi ana gutt. ij.
Syrup. violar. ℥vj.
Aqv. farfar. ℥ß.
M. & S. Purgiersafft.

℞. *Oxymell. s.* ℥j.
Sqvillitici ℥ß.
Mellis sqvillitici ℥vj.
Syrup. de hyssop.
de glycyrrh. ana ℥j.
Spirit. anis. ℥v.
Ol. sacchar. ℥ß.
fœnic. gutt. iiij.
Balsam. sulphur. ℈ß.
Spec. diamarg. frigid.
Diayr. simpl. ana ℥iß.
Flor. sulph. ℈j.
Extract. enulæ gr. vij.
Aqv. cinamom. ℥ß.
Misce omnia exactè, & S. Brustsafft.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LII.

DE VENTRICULI DEBILitate, Cardialgia &c.

PRo filio Nobilis matronæ Annæ à N. genere à Bergk 10. annorum, qvi crebris divexatus vomitionibus, cardialgiâ, adstricta alvo, anorexiâ, viscidorum humorum abundantiâ, his per Dei gratiam medicamentis sanitati restituitur.

℞. *Ol. mastich.*
Cyton. ana ℥ß.
Myrtin.
Absinthij ana ʒj.
Nuc. mosch.
Nardin ana ʒß.
Maß. Empl. diaphæn. ʒij.

Misce ad ignem, ut fiat linimentum, & S. Magensälblein.

Inungatur regio orificii ventriculi, ut vomitiones sistantur.

Ad incisionem humorum.

℞. *Syrup. de cap. veneris,*
de duabus rad.
acetos. citri,
Oxymel. s. ana ʒiij.
Spirit. Salis gutt. ij.
Ol. citri gutt. j.
M. & S. Säfftlein uf einmal.

Ideoqve cùm soluta alvus, sic tandem processi.

℞. *Magister. Corall.* ℈ß.
Margarit. præp. ℈ß.
C. C. ust. præp. gr. viij.
Oß. de cord. Cerv. gr. iiij.
Spodij gr. v.
Cinamomi elect. gr. iij.
Rotul. manus Christi perl. ʒj.

Fiat pulv. subtiliss. S. Stärck-pülverlein.

℞. *Aqv. Carbuncul.* ℥iß.
Epilepsiæ Langij ℥ß.
Spirit. rosar. ʒß.
M. & S. Wasser.

Hæc ad roborationem:

℞. *C. C. ust. præp.* ℈ß.
Ligni aloës,
Radic. Diptamni,
Cort. arantiar. ana gr. vj.
Sem. lumbr. ℈j.
Sacch. alb. gr. vij.
F. pulvis subtilissimus & S. Pülverlein.

Exhibeatur in pomo asso, vel Syrup. de Absinthio, vel etiam in decocto cort. arant.

℞. *Cortic. arantiar. sicc. benè mundat. ana* ʒß.

Incise & coqve in aqv. q. s. ut ferè lib. i. restet: bibat manè & vesperi edulcoratum cum saccharo.

℞. *Ungvent. de Artan.*
Aloës,
Trochisc. alhand. ana gr. x.
Ol. Nardin.
Absinthij ana ʒj.
Ceræ ℈iß.

Misc. ad ignem pro linimento, & S. Sälblein. Ungatur regio umbilici.

℞. *Suppos. comm.* Nro. iiij.

Dentur in Schat. S. Stulzäpfflein unum post alterum indatur.

℞. *Pulv. mechoacan.* ℈ß.
Extract. Diagrid. gr. iij.
Tartari albi vitriol. gr. iiij.
Cremor. Tartari ℈ß.

M. fiat pulv. inspergantur.

Ol. citri,
anisi,
cinamomi ana gutt. i.

Da in charta S. Purgierpülverlein.

Alvus inde soluta maximè cum prius suppositorio esset solicitata.

His ita adhibitis, & exhibitis convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO LIII.

DE IMBECILLITATE Ventriculi & Uteri.

PRo Uxore Dn. Johannis Schöneri Senatoris Sangerhusani, annos nata xxxiij. hæc laborabat imbecillitate ventriculi & uteri: urina erat alba & cruda (prægnans enim erat ad tertium mensem.) Ante annos duos laboraverat febri malignâ post nonanâ (nono enim singulo die sensit paroxysmū) jam per noctem qvadam præcordiorum compressione, cardialgiâ, anxietate &c. premebatur, ante plures annos graviter divexata calculo: cephalalgia etiam suberat, ut & anorexia, sitis, sensus alicu-

jus

jus salsedinis in ore dum surgeret manè.

℞. *Aqu. vit. mul.* ℥ij.
Cinamomi ℥j.
Elixir vitæ minus Querc. ℥j.
M. & S. Wässerlein.

℞. *Margarit. præp.* ℈ß.
Magister. corall.
Spodij ana ℈j.
Spec. Diamargar. frig. ʒß.
Extr. calami arom. gr. viij.
Conserv. flor. rorismar. ℈ij.
Flor. Salviæ ℈j.
Citri condit. ℥iiß.
Ol. nuc. mosch. expreß. ℈j.
Mastichis gr. vj.
Sacch. albi in aq. rosar. dissol.
Fiant morsuli s. a. adde
Ol. citri,
cinamomi,
Garyophyll.
Arant. gutt. ij.
M. & S. Morschellen.

OBSERVATIO & CURATIO LIV.

DE FEBRE QVARTANA.

JAm prædictæ Matronæ filiola annorum vij. ante biennium laboravit qvartanâ, qvæ duravit per annum 1. & menses duos: Nunc anorexiâ premebatur: neqve enim cibo consveto delectabatur, sed sorbilia potulentaqve tantùm appetebat. Maculis qvandoq; & lituris per totum corpus conspersa conspiciebatur flavis ad nigredinem qvasi vergentibus fuscis scilicet. Subesse adhuc obstructionem Mesenterii & membrorum circumjacentium colligebatur ex lateris puncturis & doloribus; aliàs benè colorata & vegeta.

℞. *Tartar. albi vitriol.* ℈ij.
infunde in aqu. Cichor. ℥vj. adde
Syrup. de Cichor.
de Endiv.
de Fumaria ana ℥ß.
Oxymell. s. ℥j.
Julep rosar. ℥vj.
Acet. hellebor. ℥iij.
Spirit. veneris gutt. x.
Misc. & Sign. Säfftlein/ sumat singulo manè cochlear. unum.

 Post-

Postea

℞. *Passul. laxat.* ℥iij.
Syrup. de Cinamom.
M. & S. Laxier Rosinlein.

Sumat ℥vj. pro vice continuando singulis septimanis.

Ad maculas crurum.

℞. *Rad. Ireos,*
Enulæ ana ℥ß.
Lilior. alb. ℥iij.
Flor. Chamomill.
Hypericon. ana ℥iiß.
Sem. Aqvileg.
Cumini ana ℥ij.
Baccar. Juniper. ℥ß.

Coqv. in lixiv. non admodum forti, sub finem adde aceti acerrimi mensuram j.

Foveantur crura & laventur.

Post fomentationem utatur seqv. aqv. destill.

℞. *Vini optimi* ℔. j.
Aceti fortissimi ℥ij.
Album ovor. diligenter conqvassat. Nro. iij.
Mellis optimi ℥iiij.
Succi folij solani,
Plantag.
Semperv. major. ℥iiß.
Folior. vitis ℥ij.
Fabar.
Radic. sigill. Salom. ana benè contus. ℥ij.

Misc. diligenter & stent ita per dies vj. postea destilla.

℞. *Hujus aqvæ destillat.* ℥iiij.
adde Borrac. ℥ß.
Camphor. ℈ß.

Misc. inunge crura post fomentationem, sinantur per se exiccari.

Utatur aliqvando Rob. Sambuci parum cum haustulo aqv. Cardbened. aut Scabiosæ, sudetqve.

OBSERVATIO & CURATIO LV.

DE VENTRICULI GRAVITATE, Cardialgiâ & Vertigine.

Nobilis adolescens Johan Christophorus à N. hereditarius in N. & N. per aliqvot huc usqve menses matutino maximè tempore non modò ventriculi qvandam gravitatem, sed & qvandam cardialgiam,

giam, vertiginem &c. experiebatur: coßi qvin insuper & pustulæ tàm per frontem & partem faciei; qvàm per totũ caput sub capillis erumpebãt. Color faciei fuscus, Melancholicum humorem dominium in corpore obtinebat.

℞. *Herb. fumar.*
Alsin.
Epat.
Anagall. aqvat.
Epithym.
Chamæd.
Chamæpith.
Scolopendr. ana ℥ij.
Summitat. lupul. ℥iß.
Radic. diptamn. alb.
Scorzon.
Vincetox. ana ℥ij.
Polypodij.
Cichor. ana ℥ß.
Cort. rad. hell. nigr. præp. ℥jß.
Arantiar. ℥ij.
Citri ℥ij.
Fol. senæ s. s. ℥ix.
Agarici ℥ij.
Rhabarb. el. ℥j.
Pulp. tamarind. ℥vj.
Passul. ℥ij.
Cinamomi elect.
Sem. Carthami ℥ß.

Incisa & contusa da in chartâ. S. Specerey zum Weine/ ad ℔. iij. vini.

℞. *Spirit. Tart.* ℥v.
Extract. Ireos flor. ℈j.
Spirit. vener. ℈iiß.
Elixir. prop. ℥iß.

Misc. & cola, & S. Mixtura.

℞. *Spec. aromat. rosat.* ℥j.
Corall. rubr. præp. ℈iiij.
Conserv. melißt. ℥iiß.
Nuc. mosch. cond.
Cort. citri condit. ana ℥ij.
Sacch. albiß. in aqvâ melißt. dißolut. ℥iij.
Ol. cinamomi,
citri,
arantiarum,
fænic.
Carvi ana gutt. j.

Fiant morsuli s. a. Vel:

℞. *Ol. nuc. mosch. expreß.* ℥j.
Cinamomi,
Citri ana gutt. iij.
Fænic.
Arant.
Garyophyll. ana gutt. ij.
Extract. calami aromat. ℈j.
Sacch. albiß. in aqv. rosar. & melißt. dissolut. ℥iii.

Fiant rotulæ s. a. S. Stärckküchlein.

CU-

OBSERVATIO & CURATIO LVI.

DE VENTRICULO NImis humido, Utero imbecillo, capitisq; dolore.

Rustica è Pago Woseleben/ ventriculum habebat admodum humidum, uterum imbecillum, caput dolebat, singulo manè non modò eructationes, sed & vomitiones patiebatur gravissimas, ejectâ solùm materiâ aqvosâ bile mixtâ: Huic in consilium adhibitus, seqventia transmisi medicamenta:

℞. *Comar. absinthij,*
Herb. menthæ ana ℥ijß.
rorismarin.
Salviæ,
Origan. ana ℥j.
Flor. Spic. nard.
rosar. rubr.
Coriandr. præp.
Fæniculi ana ℥j.
Cort. citri,
Galang.
Garyophyll.
Calam. aromat.
Nuc. mosch.
Baccar. laur. ana ʒß.
Gran. paradis.
Cardamom. ana ℈ß.
Mastichis ℈iß.

Pulver. crass. ut convenit pro sacculo stomachali, & S. Species zum Magensäcklein.

℞. *Spec. aromat. ros.*
Diamosch. dul.
Diamarg. frig. ana ℈j.
Ol. nuc. mosch. express. ʒß.
Extract. calami arom. gr. vj.
Conserv. melissæ ʒij.
Margarit. præp. ℈ß.
Sem. Coriandr. præp.
cinamomi elect. ana ℈j.
Sacchar. in aqv. rosar. & melliss. dissolut. ℥iiij.

Fiant rotulæ l. a. adde
Ol. anisi,
citri ana gutt. ij. Vel:

℞. *Ol. mastich,*
absinthij,
Nardin. ana ʒiß.
Spic. gr. vj.
Nuc. mosch. express. ℈ij.
anthos,

Ani-

Anisi,
Garyophyll. ana gutt. ij.
Cum ceræ pauxillo,
Fiat linim. f. a. & S. Magensälblein.

℞. *Spirit. salis* ʒiß.
Et Sign. Saltzwässerlein.
Utatur bis ter vè in septimana, singulâ vice iiij. vel v. guttis in jusculum carnis instillando.

OBSERVATIO & CURATIO LVII.

DE VENTRICULI DEbilitate, vomitionibusq́; salivinis.

CIvis Sangerhusanus, qvi habebat ventriculum debilem ex frigiditate & humiditate: vomitionesqve patebatur crebras salivinas, sic à me per DEI misericordiam curatur.

℞. *Rad. mechoacan.* ʒij.
Agarici ʒiß.
Fol. sen. s. f. ʒj.
Turbith. elect. ʒj.
Rad. petrosel.
cichorei,
scorzoneræ ana ʒiij.
polypod. q. ʒij.
Sem. anisi,
Fænic.
Carthami ana ʒiß.
Herb. absinthij ʒij.
Cardbened. p. ij.
Zingib.
Galang.
Cinamomi ana ℈ß.
Incisa & contusa dentur pro Nodulo.

℞. *Ol. absinthij,*
mastichis,
rosar.
myrtin. ana ʒß.
Nuc. mosch. expr. ℈ii.
Spicæ ℈i.
Ceræ pauxill.
Fiat Liniment. additis Ol. garyophyll. gutt. iii.

℞. *Syrup. de cinamom.* ʒii.
cyton. ʒiii.
Spec. diamarg. frig. ʒß.
Corall. rubr. ℈i.
Elixir. vit. minis Qverc. ʒiii.
Ol. anisi,

Ol. garyophyll. ana gutt. ij.
M. & S. Säfftlein.

℞. *Absinthij,*
Meliß.
Menthæ ana M ſ.
Salviæ,
Rutæ,
Rorisſmarin.
Serpill.
Origani ana P. ij.
Calami aromat. ℨij.
Nuc. moſch. Nro. j.
Garyophyllor. ℨſ.
Sem. aniſi,
fænicul.
coriandri ana ℨj.
Rad. Ireos flor. ℨſ.
Pæoniæ ℨiſ.

Incidantur & contundantur pro ſacculo ſtomachali. Benè inde habuit.

OBSERVATIO & CURATIO LVIII.

DE FREQVENTIBUS *vomitibus & graviſſimo circa regionem ventriculi dolore & cruciatu.*

Qvidam Venator ex potu cerevisiæ frigido facto, poſt eſum carnis pingviſſimæ ad vomitus freqventes concitatus, graviſſimos circa regionem ventriculi ſenſit, & expertus eſt dolores & cruciatus: ſic per tres dies permanſit. Tandem hæmorrhagia narium ſubſecuta eſt per integram noctem, qvæ vires plurimùm proſtrabat: miſit urinam, qvæ erat ſpumoſa; prædixi periculum, noctemqve inqvietam ſeqventem, qvam ita eſt expertus.

Primò igitur, qvo vocabar, die, præſcripſi Electuarium confortans:

℞. *Conſerv. roſar.*
Rorismar.
Borrag. ana ℨſ.
Cortic. citri condit. min. inciſ. ana ℨvj.
Syrup. de cortic. citri,
de Pomis ana ℥j.
Spec. Diamarg. frig.
Diambr. ana ℨſ.
Fiat ſ. a. Electuar.

Permiſi, ut biberet hauſtulum

lum vini lenis propter vires: ad noctem subtraxi omninò vinum: præparata qvoq; fuit Aqva hordei cum Syrup. de succo citri & limonum, & Aqva cinamomi.

Bibit, & fluxus narium sedatus fuit.

OBSERVATIO & CURATIO LIX.

DE COLICA PASSIONE.

Qvidam mercator nomine Cunradus Hilsebrandt in Kelbra mercaturam faciẽs, in cœna comedit pernæ suillæ bonam qvantitatem, superbibendo cerevisiam novam nondum defecatam ad libitum: Sensit mox ventriculum premi; vomuit, altero die Heringam abit, ubi colicâ excruciatur sævissimè, qvæ duravit usqve dum Northusam curru vectus me vocaret. Ad sedandum dolorem colicum sacculum ex milio sale semine cumini &c. fieri jussi: Exhibui qvoqve seqvent.

℞. *Extract. juniper.* ʒj.
Ol. cumini,
menthæ,
arantiar. ana gutt. j.
Spir. Sambuci gutt. vj.
Misc. sumsit & levamen sensit.

Verùm cùm ad plures dies constipatam alvum haberet, nec suppositoriis solvi posset: præscripsi:

℞. *Elect. Diaphœn.* ℈iiii.
Elesc. ℈ij.
de succ. ros. ʒj.
Extract. diagridij gr. ij.
Pulv. panchymag.
Qvercetan. ℈ß.
Ol. anisi gutt. ij.
cum Sacchar. & pulv. cinamom.

Fiat bolus. d. conv. Sed semel tantùm respondit alvus. Ergò hæc dedi;

℞. *Elect. Diacatbol.* ʒiiiß.
Diaphænic. ℈iiij.
de succ. ros. ℈iiiß.
Spec. Elesco.
Pulv. Panchy. Qverc. gr. vj.
Diagridij gr. iij.

 Ol.

Ol. Anisi,
fæniculi ana gutt. j.
Cum Sacchar. fiat bolus:

Neqve sic justè mota est alvus: Ergò sic in usu purgantium perrexi.

℞. *Mass. pil. de Extract.* ℈ß.
Extract. mechoacan. gr. vj.
Diagridij gr. ij.
Absinthij,
Tartari alb. vitriol. gr. ij.
Ol. Anisi gutt. iij.
Fiant pil. Nro. v.

His septies, vel octies, tardè tamen, purgatus est.

Tandem ad roborationem.

℞. *Spec. arom. rosar.* ʒj.
Diacym. ʒß.
Nuc. mosch. ʒj.
Galangæ,
Zingiberis,
Cardamom.
Garyophyll. ana ℈j.
Sem. anisi ʒiß.
Coriandr. præp.
Cubebar. ana ʒß.
Sach. rosat. tabulat. ℥ß.

Fiat pulvis subtilissimus, detur in Schatula, S. Trisenettz/ Morgens und Abends zu gebrauchen. Sic convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO LX.

DE VOMITU OB VENtriculum non potentem cibum retinere.

Anno 1625. mense Januarii vocabar ad Pastorem Dn. Johannē Winter in Ufstrungen/ qvi habebat crebros vomitus ob ventriculum non valentem retinere cibum, rogatus igitur de bono consilio, præscripsi seqventia:

℞. *Suc. citri vel arantiar.*
acetosar. ℥ß.
Aqv. cinamomi ℥ij.
Infunde per horas vj. *croci metallor.* gran. viij. *postea cola. adde Aqv. Endiv.* ℥ß. *stent iterum per horas* vj. *Iterum cola & adde*
Syrup. de Cinamom. ʒij.
de cortic. citri ʒiß.
Aqv. Cardui bened. ℥vj.

Maximam pravorum humorum copiam per inferiora vigesies aut ultra: per superiora qvinqvies, vel sexies dejecit.

Cùm

Cùm debilitaretur ad roborationem & pleniorem naturæ irritatæ sedationem, hæc præscripsi:

℞. *Emplastr. de crusta panis* ℥j.
Cyton. ℥ß.
de baccis lauri ℥iß.
Pulv. nuc. mosch. ʒj.
Absinthij ʒß.
Rosar. rubrar.
Terr. sigill. ana ℈j.
Ol. Cyton. & ceræ q. s.
Fiat Emplastr. Stomachale.

℞. *Ol. Absinthij,*
Mastich. ana ʒiij.
Cyton.
Nuc. mosch. expreß. ʒj
Pulv. Absinth.
Nuc. mosch. ana ℈j.
Misc. ad ignem lentum & cum pauca cera, fiat ungvent. addendo sub finem
Ol. Garyophyll. gutt iij.
Nuc. mosch. destill.
Fœniculi ana gutt. j.
Detur in pyxide. Priùs illinatur ventriculus ungvento, postea adhibeatur Emplastr.

℞. *Spec. Diamosch. dul.*
Dianth.
Diarh. Abbat.
Cord. temp. ana ℈j.
Magister. perlar. gr. vj.
Corall. ℈ß.
Sacch. soluti in aqv. ros. ℥iiij.
Fiant rotulæ, addendo
Ol. Citri,
Garyophyll.
Macis ana gutt. j.
Et ad Scatulam, S. Morschellen oder Küchlein offt 3. oder 4. zu geniessen.

OBSERVATIO & CURATIO LXI.

DE SANGVINIS VOMITU.

Anna Heppen Consulis Stolb. Dn. Georgii Söldneri Uxor, sangvinem recentem cùm evomeret, & ut compescerem, postularet; illud efficere studii primò sangvinis missione, etiam diversione per ligaturas, & cucurbitulas positas in cruribus. Postca sequentia adhibui.

℞. *Trochisc. de Carabe,*

de Terra sigillat.
Aqv. burs. pastor.
portulac.
Plantag. ana ℥j.

Misce, qvæ ilicò juverunt.

Qvæ si non juvissent, externè seqventia adhibuissem.

℞. *Ol. myrtill.*
Coton.
Mastichis ana ℥ß.
Hypocyst.
Boli armen.
Corall. rubri,
Acaci.
Baccar. myrtin. ana ʒij.
Acet. parum,
Ceræ modicum,

Fiat ungvent: Qvo ventriculi regio inungatur manè & vesperi.

OBSERVATIO & CURATIO LXII.

DE DOLORE VENTRICULI.

Puellæ cuidam, qvæ acceperat â me purgans, obveniebant gravissimæ torsiones & dolores ventriculi: Propterea sine mora præscripsi fotum, qvo dolor statim sedatus fuit.

℞. *Rad. Althææ* ℥ß.
Flor. rosar. rubr.
chamomill.
absinthij ana Mj.

Coqvantur in aqva communi q. s. pro ℔iß. Puella hoc medicamentum divinum vocabat.

Vel:

℞. *Absinthij rom.*
commun.
Flor. chamomill.
rosar. rubr.
Mentæ siccæ ana M.j.
Sem. Sumach.
Myrtillor. ana ℥ß.
Flor. melilot. p. j.
Coqve in aqv. communi pro ℔iß.
Colaturæ add. Mastichis pulv.
Spec. aromat. ros. ana ʒj.
Aqv. rosar. ℥ij.
Acet. rosar. ℥iß.

Iterum semel ebulliat, & fiat fotus.

OB-

OBSERVATIO
&
CURATIO LXIII.
DE DOLORE STOMAchi ex pituitoso humore.

PUella admodum pituitosa paupercula cibo crudo utens, lacte & aliis pituitosis, incidit in dolorem gravissimum ventriculi, non sitiebat, neqve aderat ardor, neqve calor: Huic statim accitus, præscripsi seqventem fotum:

℞. *Flor. chamomill.*
melilot. ana M. j.
Sem. Lini.
Fœnugræc. ana ℥ ſ.
Anisi,
Carvi,
Fœnicul. ana ℥ ij.

Coqve in aqva communi q. s. postea ℞. ℔. ij. in qvibus madefiat Spongia: qvæ deinde expressa ventriculo imponat.

Postea Ol. seqv. inungatur.

℞. *Ol. Chamomill.*
Anethi,
Lilior. ana ℥ ſ.

His commixtis fiat inunctio.

Tandem roboravimus ventriculum seqv. rot.

℞. *Spec. arom. ros.*
Diacym. ana ʒ ſ.
Spec. Diarh. Abbat. ʒ j.
Sacch. in aqv. menthæ dissol. ana ℥ iiij. Fiant rotulæ.

Capiat aliqvot ante pastum duabus horis, vel utatur pulv. seqvent.

℞. *Coriandr. præp.* ℥ ſ.
Sem. Anisi,
Fœnic. ana ʒ ij.
Cinamomi elect.
Mastichis ana ʒ j.
Macis,
Calami aromat. ana ℈ j.
Nuc. mosch. Nro. j.
Sach. rosat. tabul. ℥ ſ.

F. pulv. in fine pastus sumend.

OBSERVATIO
&
CURATIO LXIV.
DE VENTRICULO CRUdo & imbecillo.

ANna Maria Becholtin, Johannis Becholti civis Stolbergensis filia, aliàs

aliàs puella admodùm pulchra, laborabat longo tempore ventriculi debilitate & cruditate, cibum non coqvebat, neqve permutabat: semper erat & supra fidem pallida: Propterea accitus præscripsi ad curam seqventia.

℞. *Cinamom. el.* ℥ſ.
Spec. Diarh. Abbat.
aromat. rosat. ana ℨſ.
Sem. Anisi,
Fœnic.
Coriandr. præp. ℨvj.
Corall. rubr. præp. ℈j.
Mastichis,
Macis,
Galangæ ana ℈ſ.

Fiat pulvis: aliqvot cultelli cuspides sumantur post pastũ.

Hic seqvens pulvis sæpè expertus dicitur ad malè coloratos.

℞. *Croci martis aperit.* ℨvj.
Cinamomi ℨij.
Spec. Diarh. Abbat. ℨj.
Succini,
Magister. perlar. ℈ſ.
Sacch. rosat. tabul. ℥ſ.

Fiat pulvis.

OBSERVATIO & CURATIO LXV.

DE COLICO DOLORE ex materiâ flatulentâ.

Soror mea, uxor Valentini Börners in colicum dolorem vehementiorem incidebat ex materia flatulenta & utcunqve pituitosâ: insuper nausea & vomitus aderant: Ad hanc accitus, per seqventia remedia Dei auxilio sanitatem retuli.

℞. *Supposit.* Nro. iij. utere, ut decet.

℞. *Extract rhabarb.* ℈ſ.
Mechoac. comp. gr. v.
Hermod. comp. gr. vij.
Diagridij gr. ij.
Mass pil. de Extractis gr. iiij.
Tart. alb. vitriolat. gr. ij.
Spirit. vitrioli gutt. j.
Ol. arant.
Rutæ,
Menthæ ana gutt. j.

Fiant. pil. Nro. vij. & Sign. Pillen.

An-

Ante pilulas ſumat binis vicibus, manè ſcil. & veſperi ſeqv. pulv. in duas partes diviſum.

℞. *Crem. Tart. pulv.* ʒiſ.
Tart. alb. vitriol.
Salis Tartari,
Cichor. ana gr. vij.

Miſce, divide in duas partes: capiat qvamlibet in brodio pulli.

Ne redeant obſtructiones.

℞. *Salis cichor.* ʒij.
juniper.
Tartari,
chamom.
Geniſt.
Petroſel.
Tartar. albi vitriolati ℈ſ.

M. capiat ter in ſeptimana ad ℈j. vel ʒſ. in aqv. fœnic. & vin. æqv. partibus manè in lecto; poſſunt inde reſerari non modò obſtructiones Meſenterii & Epatis, ſed & inteſtinorum, renum & ureterum.

Ad renes obſtructos & calculum minitantes.

℞. *Radic. Glycyrrh.* ʒſ.
Spec. Diarh. Abb.
Diayr. ſimpl ana ʒſ.
Diatrag. frig. ʒij.
Lithontr.
Sem. milij ſolis,
Oculor. cancri præp.
Oſſic. meſpilor. ana ℈j.

Fiat pulvis, utatur ad ʒj. cum aqva Petroſ. & fragor. ſemel vel bis in ſeptimana. maximè dum balnei labrum ingreditur.

OBSERVATIO & CURATIO LXVI.

DE VIRIUM IMBECILLItate, urinæ difficultate, Scabie ſiccâ &c.

DN. Conſul Georgius Söldnerus in Stolberg, laborabat magnâ virium imbecillitate, urinæ difficultate, ſcabie ſiccâ, & qvadam præcordiorum anguſtiâ: arenulas ſæpè per urinas reddiderat antè. Dudum ab Apoplexia timuit. Phthiſi confectus vix ſalutis, aut ſanitatis ſpem reliqvit.

Ad

Ad Vires restaurandas.

℞. *Spec. Diamosch. d.*
Diambr.
Dianthos ana ℈iß.
Diayreos,
Diapenidij ana ℈j.
Trochisc. gall. mosch. gr. vij.
Cort. citri condit.
Conserv. anthos ana ℥j.
Cinamomi concisi ʒß.
Sacchar. alb. in aqva menthæ dissolut. q. s.

Fiant morsuli addendo
Ol. Cinamom. gutt. ij.
Garyophyll. gutt. j.
Anisi,
Fænic. ana gutt. ij.

D. ad scat. S. Stärckmorsellen.

Ad angustum pectus & Asthmaticum.

℞. *Loch. sani & expert.* ℥j.
Conserv. de hyssop.
Borrag. ana ʒß.
Spec. Diapenidij ʒj.
Diamosch. d. ʒß.
Flor. sulphuris ℈j.
Succi Glycyrrh. ʒiij.
Syrup. de Glycyrrh.
de Hyssop.
Oxymel. squill. ana q. s.

Pro Eclegmate.

Emulsio ad corroborandum.

℞. *Amygd. d. exc.* ʒiiß.
Sem. melon. ʒij.
citri,
cucurb.
cucum. ana ʒj.
Excort. affunde aqv. hordei ℔. ij. *rosar.* ℥ij.
Spec. Diamosch. ʒß.

Fiat Emulsio, qvæ edulcoretur cum rotul. manus Christi perlat. ℥iß.
Sacch. candi ʒß.
Penidij ʒiij.
Affunde aqv. Cinamomi ℥j.
M. S. Stärckmilch.

V. Med. Pract. meam pag.

OBSERVATIO & CURATIO LXVII.

DE QVODAM SPLENETICO.

Rusticus Bilaviensis aliqvot annos laboraverat affectu splenetico, usus qve erat plurimis medicamentis, sed parùm aut nihil auxilii senserat: Hinc

Hinc Northusam veniens, me consulit, qvid sibi faciendum? Propterea seqventia pro ipso in officina ordinavi:

Ad obstructiones tollendas & sangvinem mundificandum:

℞. *Aqv. Cachet.* ℥iij.
Cinamomi ℥ß.
Syrup. d. cich. cum rhab. ℥j.
d. cinamomo ℥ß.
acetos. citri ℥vj.
Spirit. vitrioli ℈j.
Misc. ad vitrum, dosis ij. cochl.

℞. *Extr. helleb. nigr.* ℈ß.
Rhabarb.
Mechoacan. ana gr. iiij.
Diagridij gr. ij.
Cremor. Tartari parum,
Ol. anisi gutt. j.
Fiant pilulæ Nro. vij.

℞. *Ol. cappar.*
Rutæ ana ℥j.
Lilior. albor.
Anethi ana ℥ß.
Adipis anserin. ℥iij.
Ol. destill. terebinth. ℥ij.
Ceræ ℥j.
F. s. a. qvant. suff. ceræ linimentum molle, S. in fictili Miltzsälblein.

Inungatur regio lienis, post inunctionem Emplastrum applicetur.

℞. *Emplastr. de melilot.*
Mucilag. rad. alth. ℥iß.
Fænugr.
Sem. lini ana ℥ij.
Gummi Bdellij,
Ammoniaci,
Styrac. liqvid. ana ℨj.
Gummata in Acet. destill. dissolvantur & redigantur cum cæteris in modum Emplastri, qvod obducatur corio rubro cum syndone, ut moris est, S. Miltzpflaster.

OBSERVATIO & CURATIO LXVIII.

DE OBSTRUCTIONE *Mesenterij, Epatisq́, gravitate circa pectus &c.*

PRo Nobili viro Casparo ab N. in N. qvi laborabat obstructione Mesenterii & Epatis; sentiebat gravitatem circa pectus, tussim, anorexiam, dolorem

capitis, & circa os sacrum, sitim & consequentia ordinata.

℞. *Rad. Cichor.* ℥vj.
Petrosel.
Fœnic.
Aspar. ana ℥ij.
Mechoacan. ℥iij.
Herb. Cuscut.
Capill. veneris,
Borrag. scolopendr. ℥j.
Absinthij ℥iß.
Cardbened. ℥ß.
Flor. borrag.
Bugloß.
Cichor. ana p. j.
Sem. Anisi,
Fænic. ana ℥v.
Fol. sen. s. s. ℥j.
Agaric. ℥iß.
Turbith. opt.
Rhabarb. elect. ana ℥j.
Myrab. citrin. ℥iß.
Zingib.
Galangæ,
Macis ana ℥ß.
Cremor. Tartari ℈iß.
Cort. citri sicc. ℥j.

Incid. & contundantur pro Nodulo ad Mens. j. vini.
Bibit aliqvoties.

Ad sitim:

℞. *Syrup. de liman.*
Acetos. citri.
Acetos. simpl.
Violar. ana ℥vj.
Rob. ribium,
Berberor.
Julep. rosar.
Violar. ana ℥ß.
Spirit. vitrioli ℈ij.
Salis ℈j.
Aqv. Cinamomi ℥j.

Misc. & S. vermischter Safft.

Item:

℞. *Conserv. citri* ℥j.
Borrag.
Violar. ana ℥ß.
Spirit. vitrioli ℈j.

M. & S. Conserv.

Post hæc pilulis his qvoqve usus est.

℞. *Extract. Mechoacan.* ℈ß.
Panthym. Crell. gr. vj.
Diagridij gr. ij.
Ol. Citri,
Cinamomi ana gutt. ij.

Fiant pil. Nro. v.

Pro dolore capitis,

℞. *Ungvent. popul.* ℥ß.
Liqvoris nuc. mosch. ℥ß.
Opij dissol. in aqv. cinam. ℈ß.
Ol.

Ol. Nymph. ℥ij.
Majoran. gutt. iij.
Misc. fiat linimentum. Inungantur tempora & nucha.

Tandem cum de angustia circa pectus conqvereretur.

℞. *Extract. Methoatan.* ſ.
Agarici ſ. ana gr. viij.
Cremoris Tartari gr. xv.
Extract. Diagridij ſ. gr. iiij.
Cinamomi el. gr. vj.

Fiat pulvis ſubtiliſſimus, conſpergatur Ol. citri, arantiar. gutt. j. & S. Pülverlein.

Utatur manè cum juſculo carnium.

℞. *Ungvent. Dialth.*
Pingved. cap.
Ol. Chamom.
Violar.
Lilior.
Amygd. d. ana ℥iſ.
Aniſi gutt. iij
Balſam. Sulphuris gutt. iiij.

Miſce pro linimento, S. Salbe zur Bruſt.

Inungat pectus, & convaluit Dei gratia.

OBSERVATIO &

CURATIO LXIX.

DE OBSTRUCTIONE MEſenterij, Hepatis & Lienis.

Uxor Dn. N. N. Conſulis Northuſani ad me miſit urinam, qvæ cruda erat cum ſedimento craſſo: Symptomata erant oſcitatio creberrima, laſſitudines ſpontaneæ, gravitas circa pectus, tuſſicula ſicca, dolor dorſi ad coxendicem, caput dolebat: Obſtructio Epatis, Lienis & Meſenterii arguebantur, vaporib. hinc, ut & ex utero non parùm elevatis.

Ad obſtructiones reſerandas.

℞. *Acet. hellebor.* ℈iiij.
Vini albi ℥iiſ.
Phlegm. Spiritus Salis ℥ij.
Spirit. vitrioli ℥j.
Aqv. Cichor.
Bornag. ana ℥iij.
Cryſtall. Tartari ℨj.
Tart. alb. vitriol. ℈ſ.
Salis prunell. gr. v.
Rot. manus Chriſti q. ſ.

pro grata edulcoratione, adde
Aqv. Cinamomi ℥j.

Miſce pro duabus vicibus.

Capiat partem unam vesperi, alteram seqventi manè superassumendo aliqvot insuper cochlearia juris pisorum vel carnium, tribus horis ante cibum.

Mixtura cum decocto prunorum.

℞. *Acet. hellebor.* drach. j.
Spirit. vener. gutt. iiij.
Syrup. d. Endiv.
Cichor.
Acetos. Citri drach. iij.
Aqv. Cinamom. drach. ij.

Ex potiunculis singulis non modò obstructio viscerum, sed alvus soluta est, ita, ut ad singulas, ut & ad mixturam, ter qvaterve alvus deposita fuerit.

Purgatio.

℞. *Extr. Mechoac. comp.* gr. xv.
Panchym. Croll. gr. vj.
Magister. perl. gr. vj.
Ol. Citri gutt. ij.

Fiant pil. Nro ix. dentur inter pulverem Cinamomi.

Assumpsit tantùm septem & duodecies, ac ultra purgata est.

Morsulos ordinavi pro corroboratione.

℞. *Conserv. Borrag.* ℥ß.
Meliss. drach. ij.
Cortic. citri condit. drach. iij.
Magister. corall.
Succ. alb. præp. ana ℈j.
Spec. Diamarg. frig. drach. j.
Sacchar. alb. in aqv. melissæ dissolut. ℥iiij.

Fiant morsuli, adde
Ol. citri gutt. ij.
Cinamomi,
Arantiar. ana gutt. j.

Et S. Morsellen.

Ad siccitatem oris, gulæ & lingvæ ordinavi:

℞. *Aqv. violar.* ℥ij.
Prunell.
Rosar. ana ℥iß.
Syrup. violar. ℥ß.
Mellis rosar.
Diamor. ana drach. iij.
Aceti rosar. drach. iß.
Salis prunell. ℈j.

Misc. pro gargarism. & S. Gurgelwasser.

Ad dolorem lateris sinistri.

℞. *Ol. de Capp.* ℥j.
Violar. ℥ß.
Chamom.
Lilior. alb. drach. ij.
Mucilag. sem. Psyll.

Fa-

Fænugr. extract. in aqv. violar. ana drach. ii.
Ceræ pauxillum.
Fiat linimentum, & S. Sälblein zur Seiten.

Corroborans.

℞. *Conserv. citri* ℥ß.
Bugloss.
Borrag. drach. vi.
Syr. acet. citri drach. iß.
Brodij nuc. mosch. condit. ℥iß.
Misc. & S. vermischter Zucker.

Hac nocte paulò qvietiùs, qvàm præcedent. dormivit.

Ad corroborationem, cum putridis vaporibus & exhalationibus cor infestaretur, nec tamen tantoperè calor præternaturalis adauctus, sed imminutus aliqvo modo videretur, Julepum ordinavi seqv.

℞. *Aqv. scorzon.* ℥iiß.
Borrag. ℥ii.
Bugloss.
Acetos.
Rosar. ana ℥ß.
Citri ℥iß.
Syrup. acetos. citri drach. vi.
de succ. Borrag.
de Agrest. ana ℥ß.
de Cinamom. drach. iii.
Julep. rosar. ℥ß.
Violar. drach. iii.
Rob. ribium berb. drach. ii.
Rotul. manus Christi perlat.
Morsul. citri ana ℥ß.
Misce, &, si opus, cola. D. S. Stärck Julep.

Pulvis cordialis corroborans.

℞. *C. C. ust. præp.* ℈ii.
Magister. corall. ℈i.
Perlar. ℈ß.
Os de cord. cervi Nro. i.
Rot. manus Christi perl. ℥ii.
Sem. citri ℈ß.
Lapid. præp. Smaragd.
Rubin. ana gr. iii.
Cinam. electi drach. i.
Fiat pulvis subtiliss. dividatur in iiii. vel v. partes, detur manè & vesperi pars una in aqv. borrag. vel syrup. acetos. Citri.

Sacculus cordialis.

℞. *Herb. meliss.* drach. ii.
Rorismarin. drach. i.
Flor. Lavand.
Borrag. ana drach. ß.
Rosar. rubr. ℈ii.
Cort. citri sicc. drach. iiß.
Arantiar. drach. i.

Ligni aloës,
Santal. Citrin.
Garyophyll.
Cinamomi,
Macis ana ℈j.
Sem. citri ʒß.

Incid. & contund. & pulv. f. a. pro sacculo cordiali, D. Sign. Hertzsäcklein.

Conspergatur qvandoqve *Acet. & aqv. rosar. vino & aqv. Cinamomi mixtis.*

Ungventum pro pulsibus & corde.

℞. *Ol. nuc. moschat.* ʒj.
Ungvent. pomad. ℈iiij.
Ol. Citri,
Cinamomi,
Garyophyll. ana gutt. ij.
Balsami rosar.
Lavandul.
Apoplect. ana gr. iiij.

Misc. pro liniment. Inungat cor & pulsus, &c.

OBSERVATIO & CURATIO LXX.

DE DISTENSIONE ET *dolore lateris sinistri cum cardialgia & torminibus ventris.*

Doctiss. juvenis Johannes, Dn. M. N. Terellii filius, aliqvandiu laboravit flatulentiâ & murmuribus in corpore, cum distensionibus, evaporationibusqve in caput, torminibus ventris, cardialgiâ nonnunqvam & anorexiâ vertigine, & ad melancholiam propensione.

Ante annos sex cultro in latere sinistro confoditur circa costas spurias, vulnere transversim procedente: Hinc qvandam sæpe distensionem & ad motum inhabilitatem sentit.

℞. *Herb. Chamædr.*
Scolopendr.
Epith.
Tamarisci ana ʒß.
Sumitat. thym.
Absinthij,
Centaur. min. ana ʒß.
Rad. polypod. ʒj.
Cichor.
Fænic. ana ʒiij.
Cort. rad. cappar.
Tamarind. ana ʒß.
Sem. fænic. ʒij.

Cort.

Cort. arant. ℥iij.
Citri ℥iß.
Fol. sen. s. s. ℥x.
Agaric. ℥j.
Rhabarb. el. ℈iiij.
Cort. myrab. Indor.
Citrin. ana ℥ß.
Zingib. ℈j.
Macis,
Cinamomi ana ℥ß.
Incid. contund. ad chartam.
℞. *Spir. juniper.* ℥ß.
Tart. optim. rectific. ℥iß.
Extract. junip.
Rob. sambuc. ana ℥v.
Theriacæ optim. ℈ij.
Boli Diaphoret. ℈j.
M. D. S. Schweißsafft.
℞. *Cremor. Tart.* ℥ß.
D. S. Pülverlein auf 4. mal.
℞. *Spec. aromat. rosat.* ℥iß.
Diamosch. dulc.
Diamarg. frig. ana ℥ß.
Cortic. citri condit. ℥j.
Confer. meliß. ℥iß.
Sacch. alb. in aqv. meliß. dissolut, ana ℥iiij.
Fiant morsuli s. a. add.
Ol. arant. gutt. iij.
Fænic. gutt. ij.
Da in Scatula, S. Stärckmorsellen.

OBSERVATIO & CURATIO LXXI.

DE JECORIS OBSTRUctione cum aliqva cachexia.

GEorgius Kelner civis Heringensis, per annum ferè pressus fuit jecoris obstructione cum aliqva cachexiâ: Inde mesenterii venis repletis & compresso ventriculo, & Diaphragmate anhelitus difficultas & præcordiorum compressio, lassitudo membrorum cum intumescentia tum pectoris, tum etiam pedum; Hepar intemperiem calidiusculam contraxerat: Unde & non crassa modò, sed & intensa aliqvo pacto erat urina.

℞. *Rad. cichor.* ℥iß.
Fænic.
Petroselin.
Ireos flor.
Bryon. ana ℥ij.
Rhapont. ℥iij.
Polypod. q. ℥ß.

Herb.

Herb. absinth. pontic. ℥iſ.
Soldanell.
Gratiol. ana ℥j.
Agrimon.
Scolopendr. ana ℥ſ.
Fol. sen. ſ. ſ. ℥x.
Agaric. el. ℥iſ.
Rhabarb. ℥ſ.
Cortic. citri sicc.
Arantiar. sicc. ana ʒij.
Cinamomi el. ℈j.
Nuc. moſch. ℥ſ.
Spic. Indic. ℈j.
Incisa & contusa, da in charta,
S. Kräuter zum Weine.

℞. *Extract. mechoac. compoſ.* ℈ſ.
Aqvilæ noſtræ purgant. gr. iij.
Ol. fænic.
Aniſi ana gutt. j.
Fiant pilulæ Nro. vij.

℞. *Conſerv. roſar.* ℥ij.
Spec. Diarh. Abbat. ℥iſ.
Corall. rubr. præp. ℥ſ.
Croci martis gr. viij.
Cortic. arant. condit. ℥iij.
Sacchar. alb. in aqva roſar. diſſolut. ana ℥iiiſ.
Fiant morſuli ſ. a. adde
Ol. Aniſi,
Fænic. ana gutt. ij.

℞. *Radic. cichor. condit.* ℥iij.
D. S. eingemachte Hindleuffte.

℞. *Salis abſinthij,*
Cichorei,
Tartari vitriolati albi,
Chamomill. ana ℈j.
Fiat mixtura, doſis ℈j. ſingulo manè in vino.

OBSERVATIO & CURATIO LXXII.

DE VENTRICULI IMBECILLITATE, Epatis ac Lienis obſtructione.

PHilippus Wolff Conſul Elricenſis, laborabat imbecillitate ventriculi, Epatis ac Lienis cum obſtructione illorum membrorum: Hinc nec appetitus aderat, nec vigor membrorum, nec nutrimentum debitum corporis: circa præcordia tenſionem & aggravationem, tuſſiculam ſiccam ſentiebat: urina tenuis, ſpicca ſine hypoſtaſi.

Ad

Ad roborationem ventriculi & Epatis.

℞. *Conserv. rosar. vitriol.* ℥j.
Cort. citri condit.
Arant. condit. ana ℥ij.
Spec. aromat. rosat.
Diarh. Abbat. ana ʒj.
Corall. rubr. præp. ℈ij.
Spodij ℈j.
C. C. ust. præp. ℈ſ.
Sacchar. alb. dissolut. in aqva rosar. ana ℥iiij.
Fiant morsul. ſ. a. add.
Ol. fænic. gutt. vj.
D. S. Morsellen.

Pro Pulmonibus.

℞. *Spec. Diayr. simpl.*
Diatrag. frigid.
Flor. Sulphuris ʒſ.
Extract. Enulæ gr. viij.
Sacch. albiſs. in aqva farfar. dissolut. ana ℥iij.
Fiant rot. ſ. a. addit.
Ol. fænic.
Anisi ana gutt. ij.
D. S. Brustküchlein.

℞. *Conserv. rosar.* ℥iiij.
D. S. Rosenzucker.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIII.

DE OBSTRUCTIONE Epatis & Lienis.

Rusticus qvidam Salzensis longo satis tempore obstructiones Epatis & Lienis contraxerat ante sesqviannum ex malo haustu: circa pectus compressionem; ad præcordia tensionem sentiebat, ut & lassitudinem omnium membrorum; anorexia aderat; nec enim ventriculus complecti cibum volebat, sed magis à se detrudere indigestum cupiebat, vertigines obveniebant sæpenumerò: Præscripsi:

℞. *Herb. Scolopendr.*
Chamædr.
Alliar.
Epithym.
Polytr. ana ʒj.
Summit absinth. ℈iij.
Thymi,
Lupulor. ana ℈ij.
Fumariæ ℈j.

Rad. Polypod. q. ℥iß
Cichor. ℥j.
Petrosel.
Fænic.
Asparagi,
Gramin. ana ℥ß.
Cort. rad. tamarisc. ʒij.
Aurantiar. ℥vj.
Fol. sen. s. s. ℥ij.
Agaric.
Rhapont. ana ℥ij.
Zingib.
Nuc. mosch. ana ℥j.
Sem. fænic. ℥iij.
Flor. cordial. ana p. j.
Incisa & contusa, da in charta.

℞. *Radic. cichor. condit.* ℥j.
Conserv. rosar. ℥ß.
Absinthij ℥ij.
Cortic. aurant. condit. ℥v.
Citri condit. ℥ß.
Confect. Sem. coriandr.
anisi,
fænic. ana ℥ij.
Spec. Diarh. Abbat.
Arom. ros. Gabr. ℥j.
Ol. aurant. gutt. ij.
Extract. Juniper. ℥j.
Syrup. de rad. cichor. q. s.
Spirit. vitrioli ℥ß.
F. mixtur. D. S. Vermischung.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIV.

DE PLEURITIDE SAtis exqvisitâ.

Vir ille, qvi conficiebat cupas in noviurbio der Scholter vocatus, civis Stolberg. homo potui deditus, pleuritide detinebatur: difficulter enim respirabat, tussis aderat, dolor vehemens in latere dextro vehementer pungens ad claviculas adscendens. Ad qvem cùm tertio die accitus essem, alvum non deponeret, libenter hunc clysterem injecissem, sed noluit admittere.

℞. *Malv.*
Violar.
Mercur.
Parietar. ana Mj.
Hord mund. q. s.
Prun. Damasc. Nro. ix.
Fiat decoct. & accipe hujus ana ℔ß. add.
Cass. extract.
Sacch. rubr. ana ℥j.

Ol.

Ol. Violar. ℥iij.
Salis parum.
Fiat Clyster.

Sed cùm nollet, ut jam dixi, admittere, soluta est alvus suppositoriis. Et ℥vij. sangvinis extraxi in latere dolente, postea præscripsi seqventem fotum.

℞. *Fol. malv.*
Bismalv.
Flor. Chamomill.
Melilot.
Violar. ana Mß.
Sem. lini ℥ß.

Fiat decoctio in aqva communi pro ℔iß. & decoctum calens in vesicam impositum lateri dolenti, admoveatur aliqvoties, deinde inunxi scilicet seqvente ungvento.

℞. *Ol. amygd. dulc.*
Violar.
Chamomill. ana ℥ß.
Pingved. Galli,
Caponis ana ℥iij.
Ceræ modic.

Fiat ungvent. atqve dolor sedari ita cœpit.

℞. *Corall. rubr. præp.* ℈j.
Margarit. præp. gr. vj.
C. C. ust. præp. ʒß.
Corn. monocerot. gr. ij.
Sapph.
Smaragd.
Rubin. præp. ana gr. iij.

Fiat pulvis subtilissimus, detur duabus vicibus manè in haustu Cardu Mariæ aqvæ.

Interea ad sputi facilem excreationem hunc syrupum bibebat subindè.

℞. *Syrup. violar.*
Jejub.
de Liqvirit. ana ℥j.
Aqvæ. Card. Mar.
Bugloß. ana ℥ß.

Misc. pro duabus dosibus.

Postea utebatur seqv.

℞. *Sacch. Penidij,*
Spec. Diatrag. frig. in tabul. ana ℥ß.
Syrup. violar.
Jejub.
de Glycyrrh. ana ℥j.

Misc. pro Eclegmate, & ita fuit curatus DEI auxilio.

OBSERVATIO & CURATIO LXXV.

DE PLEURITIDE.

JOhannes Eberdingius Canonicus Northusæ ad S. C. in Pleuritidem ſęviſſimam cùm incideret, accitus, primum ipſi balanum injeci, & ſangvin. extracto ad ℥vij. juſſi uſurp. ſeqv.

℞. *Herb. Scolopendr.*
Centaur. min. ana Mj.
Malvæ,
Melilot.
Anethi ana Mſ.
Flor. Chamomill.
Sambuc. ana Miſ.
Sem. fænugr. ℥ſ.
Lini ℥j.
Baccar. Lauri ℥ij.
Radic. lilior. albor. ℥j.
Althææ ℥ſ.

Coqve in ſuffic. qvantit. aqv. ad mollitudinem, poſtea contunde optimè, addeqve
Medull. panis albi ℥iſ.
Vitell. ovor. Nro. ij.
Aceti & vini ana parum.
Fiat ad ignem Cataplaſma.

℞. *Ol. Chamomill.*
Lilior. albor.
Anethi,
Laurin. ana ℥ſ.
Pulv. flor. Cham.
Sambuc. ana ʒj.
Pingv. anſer. ʒij
Fiat cum pauc. cer. ungv.
Prius ungatur locus affectus, poſtea ſupponatur Cataplaſm.

OBSERVATIO & CURATIO LXXVI.

DE JECORIS INFLAMmatione cum obſtructione Meſenterij.

JOachim. Möllerus Illuſtris ac Generoſi noſtri Comitis Præfectus, & civis Stolbergenſis *W*ernigerodâ, qvo ante paucos dies ablegatus fuiſſet, rediens retulit, qvandam jecoris inflammationem cum obſtructione Meſenterii, tuſſi aridâ inſigni, capitis dolore, & multis aliis Symptomatibus. Præſcripſi.

℞. *Decoct. aper. alt. fact. in aqv.*
Endiv. & Cichor. ℥iiiſ.
Syrup. de Cichor.
Endiv.
Oxymel. ſ. ana ℥ſ.

Spi-

Spirit. vitrioli gutt. iij.
Fiat haustus digestiv.

℞. *Rosar. minut. concis.* ℥ß.
Infunde in aqv. fontan. cal. ℥xiiij. *adde Spirit. vitrioli* ℈ij.
Stent in loco calido per horas iiij. ad extractionem Tincturæ. Hanc edulcora sacch. alb. ℥j. D. S. Julep.

Ad Tussim.

℞. *Spec. Diatr. frig.* ℈j.
Diayr. s. ℈ß.
Syrup. capill. vener.
violar.
Loh. sani & experti ana ℥ß.
Conserv. violar.
Brodij de Enula ana ℥vj.
Ol. Anisi,
Fœnic. ana gutt. ij.
Fiat Eclegma.

Ad attemperandum calorem & urinam demulcendam ac ciendam.

℞. *Sem. melon. excort.* ℥ij.
cucurbit.
citrull. ana ℥iß.
Amygd. & excort. ℥iij.
cum aqv. hord. s. ℥xv.
Fiat emulsio, qvæ edulcoretur sacch. alb. ℥j.
Da conv. & S. Kühlmilch.

℞. *Conserv. citr.* ℥ß.
Cort. citr. condit. drach. iij.
Conserv. rosar.
violar.
Borrag. ana ℥ß.
Syr. de pomis redolentibus q. s.
Fiat Electuar. S. Latwerge.

Convaluit Dei gratiâ, qvamvis à multis pro Phthisico & desperato haberetur.

OBSERVATIO & CURAT. LXXVII.

DE OBSTRUCTIONE MEsenterij.

Pastor Neustatensis cùm esset in nuptiis Bodungensibus præter consvetudinē potando, partim cerevisias varii generis, partim vina varia, obstructionem mesenterii incurrit: Sensit tantos in ventre cruciatus ac tormina, ut totum sese convolveret, mirumq; in modum contorqveret: Alvus erat obstructa, ita, ut ex tempore Clysterem applicare cogerer ex

 mol-

mollientibus & carminativis: ſed retentus Clyſter nil profecit, niſi qvòd ad regionem umbilici & circa veſicam dolorem lenierit; Suppoſitoriũ adhibui, non reddidur nec ſolvitur alvus: Ideoq; ad ſecundum Clyſterem neceſſitas me coëgit: Applicui: Hic bellè ſolvit alvum doloremqve plurimum ſedavit, ſed non ex toto.

Exhibui cochl. duo ex ſeqv.

℞. *Oxyſacch.* ℥iſ.
Syrup. acetoſ. ſ.
de Cichor.
Endiv. ana ℥ſ.
Spirit. vitriol gutt. x.

Tincturam roſarum qvoqve paravi, qvam bibit.

Manè bibit hauſtum ex vino purgante.

℞. *Herb. Scariol.*
Borrag.
Acetoſ.
Lactuc. ana ℥ij.
Scolopendr.
Capill. vener. ana ℥j.
Rad. cichor. ℥ſ.
Acetoſ. ℥ij.
Glycyrrh.
Aſparagi,
Fœniculi ana ℥iiſ.
Sem. Lactuc.
Aniſi ana ℥j.
Fol. Senæ ſ. ſ. ℥ix.
Agaric. ℥iſ.
Rhabarb. ℥j.
Turpeti ℥ſ.
Myrabol. citrin. ℥iiſ.
Spic. Indicæ,
Cinamomi elect. ana ℈j.
Macis ℈ſ.
Cremor. Tart. ℈j.

Contuſ. & inciſa da in chart. S. Spec. pro Mj. vini,

Ex hauſtu qvinqvies aut ſexies fuit purgatus, & benè habuit:

OBSERVATIO & CURAT. LXXVIII.

DE OBSTRUCTIONE MEſenterij, Anguſtiâ circa cor, & capitis dolore.

PRo Dn. Mag. Andrea Reinmanno, Superintendente in Bleicheroda, qvi laborabat obſtructione Meſenterii, anguſtiâ

ſtiâ circa cor, dolore capitis anterioris partis, inappetentiâ cibi, torminibus aliqvalibus ventris: membrorum laſſitudine, ſentiebatqve mox horripilationem qvandam mox calorem, corpus oberrantem, olim hæc præſcripſi:

℞. *Decoct. aper. alter.* ℥iij.
Syrup. de cich.
Oxymel. ſimpl. ana ℥ſ.
Tartari vitriolati ℈ſ.
Spirit. vitrioli gutt. iij.

M. fiat hauſtus Digeſtivus, D. S. Weichträncklein.

℞. *Ejusdem decocti* (*fact. cum foliis ſenæ ad* ℥iſ.) ℥iij.
Infunde per noctem
Rhabarb. elect. ℈ij.
Sem. Agar. ℈j.
Tart. alb. vitriol. gr. vj.

Manè factâ expreſſ. & colaturâ, adde
Elect. de ſucc. roſar. ℈iiij.
Diaprun. ſolut.
Syrup. roſar. ſol.
de cich. cum Rhab. ℥iiſ.
de limon. ℥ij.
Spirit. vitrioli gutt. ij.
Ol. aniſi,
Ol. fænic. ana gutt. j.

M. fiat hauſtus purgat. D. S. Purgiertranck.

Cùm melius qvidem ex his haberet, nec tamen capitis dolor deſineret, ſed & obſtructio menſenterii ex urina adhuc perſeverare animadverteretur;

℞. *Elect Diaphœn.* ℈iiij.
de ſucc. roſar. ℈j.
Conſerv. abſinthij ℈j.
Spec. Diaturb. cum Rhabarb.
Diatarthum ana ℈ſ.
Extract. Diagridij gr. ij.
Tartar. alb. vitriolat. gr. vj.
Ol. Aniſi,
Fænic. ana gutt. j.
Cum Sacch. & pauco Syrup. Cinamomi Fiat bolus.

D. S. Purgierlatwerge.

Sed ex hoc parum motus. Præſcripſi vinum purgans.

℞. *Herb. Abſinthij* ℥ij.
Chamædr.
Borrag.
Scariol.
Cardbened.
Capill. vener. ana ℥ſ.
Radic. cich. ℥vj.
Acetoſ.

Gly-

Glycyrrh.
Fænic. ana ℥ſ.
Polypod. ℥ſ.
Centaur. minor.
Zingiberis,
Galangæ,
Macis ana ℥ſ.
Spic. Indic.
Cinamomi ana ℈j.
Rhabarb. elect.
Cortic. myrab. embl.
Citrin. ana ℥j.
Cremor. Tart. ℥j.

Incide & contund pro nodul. ad ℔. iiij. vini. Ex hoc cùm haustum caperet, repeteretq; seqventibus diebus, optimè fuit purgatus; adeò ut sentiret non modò levamen à præcordiis usqve ad umbilicum & ultrà, sed & in capite, appetitusqve rediret.

Post hæc

℞. *Extract. Junip.* ℥ſ.
Rob. Sambuc. ℥iiſ.
Spirit. Tart. gutt. viij.
Theriac. optim. ℥j.
Syrup. de Cinamomo ℈ij.
Ol. Chamom. destill. gutt. iij.

Misc. D. S. Schwitz-Latwerge.

℞. *Salis Cichor.* ℈ſ.
Absinthij ℈j.
Chamom. ℥ſ.
Tartar. vitr. ℈j.

M. D. S. Saltz zum Schweisse.

Capiat ex mixtura ad qvantitatem avellanæ parvæ; dividat salia in iiij. partes, capiatq; partem cum mixtura superbibendo cochlearia iij. vini, sudet in lecto benè coopertus: Repetat bis terve.

Capiat & manè & vesperi ex seqvent. Rotulis.

℞. *Spec. aromat. rosat.*
Diarh. Abbat.
Diamosch. d. ana ℥ſ.
Ol. nuc. mosch. expreß. ℥ſ.
Sacch. in aqv. rosar. diß. ℥iiij.

Fiant rotulæ ſ. a. adde
Ol. anisi,
fænic. ana gutt. j.

Pro consumendis in ventriculo reliqviis capiteqve roborando &c.

OBSERVATIO & CURATIO LXXIX.

DE

DE EPATIS IMBECILlitate & Mesenterij obstructione.

STudiosus qvidam ex Imperiali Northusâ, laborabat magnâ Mesenterii tùm obstructione, tùm humorum semiputridorum in illo saburrâ; Epatis imbecillitate ferè extremâ, ut & ventriculi hinc nulla aderat appetentia, sed hæc prostrata planè; omnium membrorum lassitudo, circa pectus sæpè angustia; Extenuatio corporis &c. Hic seqventibus feliciter per DEI benedictionem curatus.

℞. *Spir. vitr.* ℥ſ.
Tartar. ℈j.
Ol. Salis gutt. xvj.
Misc. ad vitrum, S. Spiritus.

℞. *Syrup. de qvinq; radic.* ℥ij.
Cichor. ℥j.
Cort. citri ℥ſ.
Oxymell. ſ. ℥j.
Misc. ad ſict. S. Safft.

℞. *Extract. Rhabarb.* gr. vj.
Mechoacan. gr. viij.
Diagridij gr. ij.
Cremor. Tart. gr. iij.
Ol. anisi,
Fænic. ana gutt. j.
Fiant pil. Nro. v. S. Pillen.
Ter tantùm dejecit.

℞. *Spir. Tart.* ℈j.
Salis Absinth. gr. v.
Aqv. Cardbened.
Scabios.
Absinth. ana ℥j.
Rotul. manus Christi perl. ℥ij.
Aqv. cinamomi ℥ſ.
Syrup. de cort. citri ℥v.
C. C. ust. præp. gr. iiij.
Magister. Corall. gr. v.
F. haustus, S. Schweißtranck.

OBSERVATIO & CURATIO LXXX.

DE OBSTRUCTIONE Epatis ex flatibus crassis.

GEorgius Kuhne civis Stolbergensis habitans in platea asinina, patiebatur insignem dolorem unâ cum densione in hypochondrio dextro, cùm multis cibis flatulentis usus

esset. Hunc seqventi modo ac curâ restitui.

℞. *Decoct. flor. chamom.*
Sem. Anis.
Fænic. ana q. s.

Coqv. in vino tenui: qvia nulla febris aderat, & ne materia coacervaretur, exhibui seqv. purgans.

℞. *Extract. Mechoacan.* gr. vj.
Rhabarb. gr. vj.
Ireos gr. iij.
Helleb. nigr. gr. iij.
Gummi gutt. gr. ij.
Ol. anisi,
fænic. ana gutt. j.

Fiant pilulæ Nro. vj. deglutiantur ex pomo cocto, jejunet ad x.

Potest etiam talis pulvis concinnari, si fastidiat pilulas.

℞. *Gummi gutt.* gr. v.
Extract. Rhabarb.
cum pauxill. cremor. Tart. subacti & exiccati leniter gr. vij.
Cinamomi elect. pulv. gr. iiij.
Tart. alb. vitr. gr. ij.

Misc. Fiat pulvis.

Hic propinetur ex vino absinthiaco, vel alio aperiente, vel ex Myva cydon.

Exterius inunxi locum affectum seqventibus oleis.

℞. *Ol. Nardin.*
Amygd. amar.
Chamomillæ,

Fiat mixtura. S. Oel.

Post inunctionem fotum seq. adhibui.

℞. *Flor. Chamom.*
Melilot.
Summitat. anethi,
Cumini,
Anisi,
Fæniculi ana q. s.

Fiat fotus cum aqv. commun.

Ad flatus.

℞. *Rotul. confect. Diagal.*
Diacalam.
Dianisi ana ℨj.
Confect. sem. anis.
fænic.
coriand. præp. ℨij.
carvi,
anethi ana ℨß.

M. D. S. Pulver vor die Winde.

Et ita curatus fuit DEI auxilio.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO LXXXI. *DE ICTERO MORBO.*

Nobilis Matronæ filia nata v. annos, cum Ictero flavo laboraret, seqventibus remediis restituebatur.

℞. *C. C. ust. præp.* ℈iiß.
Margarit. præp. gr. viij.
Corallor. gr. xiij.
Conserv. citri ʒj.
Sacch. alb. in aqv. diß. ℥iiiß.
Fiant Rot. s. a. affusis
Spir. Salis gutt. iij.
D. in Scat. S. Küchlein.

℞. *Magister. corall.*
perlar. ana ℈j.
Utatur ad aliqvot grana manè & vesperi in aqvâ priori.

℞. *Cicer. rubr.* ℥ij.
Decoqvantur domi & exhibeatur decoctum loco potus consveti.

℞. *Conserv. cichor.* ℥j.
Citri ℥ß.
Spirit. Salis gutt. iij.
Utatur aliqvando vesperi pulvere priori seposito.

℞. *Syrup. de Endiv.*
de cichor.
Acetos. ana ℥ß.
Oxysacch. ℥j.
Oxymel s. ℥ß.
Spiritus Salis gutt. iiij.
Aqv. Cinamom. ʒj.
Tartar. alb. vitriol.
Ol. Citri gutt. ij.
M. D. S. Säfftlein.
Utatur aliqvot vicibus.

℞. *Aqv. acetos.* ℥iß.
Lupul. ℥iij.
Cichor.
Borrag.
Acetos. ana ℥ß.
Rosar. Gram. ana ℥iij.
Spirit. Salis gutt. iiij.
Rosar gutt. iij.
Manus Christi perlat. ℥ß.
M. D. S. Wässerlein.

Bibit: Sic sensim convaluit, adhibendo pro tollendâ coloris fæditate fumigium ex aceto sparso super silicem ignit.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXII.

DE CACHEXIA SCORbutica.

PRo Senatore Stolbergensi in dispositione cachecticâ scorbutum redolente, vel potiùs cachexiâ Scorbuticâ, ex obstructionibus Lienis & Mesenterii adscendentibusq; vaporibus putridis versus pectus, cor & caput: Gravitas præcordiorum & tensio difficultas anhelitus, cardialgia, anorexia ob vim ventriculi sensificam à crassis crudisqve humoribus obtusam aderant. Lituræ ad articulos ulcerosæ, pruriginosæ in cruribus & brachiis; movendi membra impotentia cum contractione qvasi qvadam in articulis. Præscripsi.

℞. *Radic. cichor.* ℥ſ.
Chinæ ʒxj.
Sarsaparill. ℥j.
Glycyrrh. rasſ. ʒvj.
Diptamni albi ʒiij.
Scorzoneræ ʒx.
Eryngij ʒiij.
Herb. cochl.
Nasturtij aqvat.
Becabung. ana Mj.
Flor. cordial. ana p. j.
Passular. ℥j.
Pulp. tamarind. ʒij.
Sem. melon. ʒj.
Lactuc.
Scariol.
Endiv. ana ℈j.
Cucurbit. ʒij.

Incidantur & contundantur s. a. ad chartam. S. Species zum Trancke.

℞. *Conserv. cochl. ver.* ℥j.
Citri ℥ſ.
Garyophill. hort. ʒij.
Confect. alkerm. ℈j.
Cortic. citri condit. ℥j.
Spir. vener. gutt. xx.
Fiat mixtura,
D. S. vermischte Conserven.

Postea seqvens purgatio præparata.

℞. *Syrup. solut.* ℥ſ.
de Cinamomo ʒij.

Ex-

Extract. Diagrid. gr. ij.
Panchym. Croll. gr. vj.
Elect. Diaphœn. ʒj.
Crem. Tart. ℈ſ.
Miſc. exactè. Sexies & benè & ſine moleſtia inde fuit purgatus.

Poſtea coqvat ſupradictas ſpecies in brodii caponis macri non ſaliti menſuris iiij. Capiat de colaturâ ſingulo manè hauſtum, tectusqve in lecto ſudet benè: poſt ſudorem uſurpet conſervas mixtas ad qvantitatem majoris caſtaneæ. Ad veſperam eandem qvantitatem conſervæ cochleariæ capiat ſuperbibendo ſeri lactis caprini puri hauſtum. Qvibus ita per aliqvot dies continuatis, poſtmodum loco conſervæ cochleariæ & ſeri poteſt uſurpari veſperi hora tertia ℈j. ſolutionis corallorum cum paucâ conſervâ roſar. Vel uſurpentur aliqvot rotulæ præſcriptæ.

℞. *Magiſt. Corall.* ʒſ.
Margarit. præpar. ℈j.
C. C. uſt. præp. ℈ſ.
Spodij gr. xij.
Spec. Diatrag. frig. ℈j.
Diarh. Abbat. ʒſ.
Sacchar. albiſſ. puri in aqva roſar. diſſolut. ℥iiij.
Fiant rotulæ, adde
Ol. citri gutt. ij.
D. S. Küchlein.

Poſt horum uſum ſi prurigo, fervorqve in membris remaneret & urgeret, paretur circa veſperam, ubi tantùm manè ſudatum fuit, Inſeſſus.

℞. *Herb. & rad. Althææ, & Malvæ* Miij.
Herb. Scabioſ. Fumar. ana Mij.
Fol. Salicis, Plantag. ana Mj.
Gypſi uſti ℔ſ.

Coqvantur in aqva pro inſeſſu: In qvo membra abſtergat ſacculo, cui incluſum ſit parum furfuris tritic. & farin. hordei & piſorum (ſic craſſities humorum in ſuperficie poterit præparari & contemperari.) Qvod ſi ſcabies pruriginoſa illa nimiùm adhuc faceſſeret negotii, dum qvieverit in lecto, inungat membra parùm ſeqventibus oleis.

℞. *Ol. Rosar.*
Chamom. ana ℥i.
Ungvent. alb. camph. ℥iß.
Saturni ℈j.
Styr. liqvid. ℈ij.
Misc. D. S. Ocl.
Servet bonam Diætam.

℞. *Mistur. Anthypoch. nostr.* ℥j.
Syrup. acetos. s. ʒi.
Spirit. Salis ʒi.
Misce, capiat cochlear. parvum mane superbibendo aliqvot cochlearia vini enulati & salviati.

℞. *Elixir Theophr.* ʒiiß.
Spirit. veneris,
Salis ana ℈ß.
Misc. instillet viij. vel x. guttas seqq. aqv. cochl. dimidio.

℞. *Aceti helleborin.* ʒij.
Oxymell simpl. ʒß.
Misc. (vel cum vini Absinthii pauxillo.)
Pro confortatione utatur Rotulis ex soluto
Corall perlar.
Spec. Diamarg. frig.
Aromat. rosar.
cum Ol. Citri & Cinamomi.
Qvo facto, sanitas qvoqve recuperata est.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIII.

DE CACHEXIÆ INITIO.

Fillia viduæ Margrethæ Klugen xvj. annorum, fortè debilitate naturalium membrorum laborabat impeditis his saburra humorum pravorũ maximè & uteri, unde menses imminuti & inordinati, mala ventriculi concoctio, sangvinis boni parvus proventus, inappetentia, post cibum gravitas circa præcordia, capitis dolor, flatus ventris, eructiones, cardialgia, coloris vividi amissio: membrorum lassitudo: Cachexiæ initium deprehendebatur. Præscripsi:

℞. *Rad. Petrosel.*
Apij,
Cichor.
Ireos nostr. ana ʒij.
Bryoniæ,
Asari ana ʒj.
Cort. rad. Sambuc. ℈iiij.
Herb.

Herb. Borrag.
Capill. vener. ana ℥iſ.
Scolopendr,
Carduibened.
Polytr.
Summit. centaur. min. ℈ii.
Abſinthy ℥ii.
Sem, Aniſi ℨiſ.
Apy,
Petroſel.
Carthami,
Flor. Cartham.
Borrag.
Cichor.
Calendul. ana ℈i.
Fol. Senæ ℥x.
Agarici ℥i.
Zingib.
Macis,
Cinamomi ana ℨſ.
Turbith. ℨi.

Da inciſa & contuſa in charta pro Nodulo ad vini ℔iiiſ.

Cum hoc vino parum de die videlicet tantùm ter vel qvater purgaretur, Præſcripſi: Poſtqvam verò ſentiret qvandam caloris inæqvalitatem & debilitatem virium.

℞. *Conſerv. citri* ℥i.
Cortic. citri condit. ℥iiſ.
Spec. Diarh. Abb.
Diamarg. frig.
Aromat. roſar. ana ℈ii.
Magiſt. corall. ℈ſ.
Margarit. præp. gr. vii.
Sacchar. alb. diſſolut. in aqv. roſar. ana ℥iii.

Fiant morſuli, adde
Ol. citri gutt. ij.

Da in Scat. S. Stärckküchlein.

Poſtea inſideat in balneum ex herbis ſeqventibus.

℞. *Herb. Artemiſ.*
Abrotani,
Origani,
Chamomill. ana Miſ.
Meliſſ.
Abſinthy,
Melilot.
Serpill.
Pulegy ana Mi.
Bacc. Junip. Miiii.
Lauri ℥ii.
Sem. Fænic. ℨſ.
Rad. enul. ℥ii.

Incid. & contund. pro balneo.

Hinc melius habere cæpit, ita, ut non modò membrorũ laſſitudo evaneſceret ſenſim, ſed & color rediret, niſi qvòd membra naturalia qvandam adhuc

adhuc imbecillitatem præ se ferrent ex debili calore: Ideoqve:

℞. *Herb. melisß.* ℥ſ.
Rorismar.
Salviæ,
Schœnanthi ana ℥iſ.
Rad. Ireos flor.
Pæoniæ ana ℥ij.
Glycyrrh. ℥ſ.
Chinæ ℥ij.
Ligni ſaſſafr. ℥xj.
Cinamomi elect.
Macis,
Nuc. moſch.
Zingib. ana ℥ſ.
Sem. Coriand. præp. ℥iij.
Aniſi ℥ij.
Flor. cordial. ana p. j.
Sacch. alb. ℥i.

Da inciſa & contuſa in charta, includantur nodulo: ſuperfundat vini albi Miſ. Capiat inde primum hauſtum ad paſtum.

OBSERVATIO & *CURAT. LXXXIV.*

DE CACHEXIA, TUMORE pedum, capitisq́; dolore.

VIrgo Nobilis laborabat cachexiâ, tumore pedum aliqvoties fuerat moleſtata, anorexiam & capitis dolorem ſentiebat maximum, color faciei, manuumq; liveſcens. Urina ſubſpicea.

Præſcripſi Syrup. ſeqv.

℞. *Rad. Cichor.*
Aſari,
Petroſel. ana ℥iij.
Fænic.
Cappar.
Polypod. ℥ſ.
Sem. Cartham. ℥ij.
Aniſi,
Fænic. ana ℥iſ.
Herb. Meliſſ. Miſ.
Hyſſopi,
Cetarah,
Cuſcut.
Capill. vener.
Cardbened. ana Mſ.
Cort. inter. rad. frang. ℥ſ.

Concide & contunde.

Stent in ſ. q. aqv. per horas xij. in loco calido.

Poſt-

Postea coqve ad remanentiam ℔j. infunde per noctem
Fol. sen. mund. ℥iij.
Agarici ℥ij.
Cortic. rad. helleb. nigr. ℥iß.
Rad. mech.
Rhabarb. el. ana ℥j.
Epithym. ℥ß.
Zingib.
Cinamomi ana ℥j.
Crem. Tart. ℨß.
Bulliant manè & fiat expressio, in qva dissolv. sacch. pur. alb. ana ℥ix.
Fiat Syrupus s. a. S. gelinder Purgiersafft/ cujus dosis ℥iß. vel ℥iiß.
℞. *Spec. Diacym.* ℈j.
Croci Martis optim. præparat. (*ex chal.*) drach. ß.
Magister. perlar. gr. vj.
corall. ℈ß.
Cortic. citri sicc.
Sem. Fænic. ana ℈j.
Radic. Ireos. flor.
Pæoniæ ana ℨij.
Trochisc. Gall. mosch. gr. vij.
Santal. citrin.
Gran. Paradis. ana ℈ß.
Rotul. ex Ol. anisi cum aqva meliß. confect. ℥ß. Fiat Tragea.
℞. *Spec. Dianthos,*
Diarh. Abb.
Diamosc. d.
Diatrionsantal. ℨß.
Infunde in aqv. cinamomi & vini ana ℥ß.
Stent in loco calido benè clausa per horas xij. Postea cola, dum refrixerunt, adde Myvæ Cyton. arom. fact. cum sacch. ℥ij. Syrup. de corticibus citri, de Cinamomo ℥ß. super lentum ignem coqve cum manus Christi perlat. q. s. ad spissitudinem, qvæ non ita sit fluxibilis. S. Magensafft. Dosis ℥iß.
℞. *Ol. Absinthij,*
Cyton.
Nuc. mosch. expreß. ℨj.
Pulv. Majoran.
Mastich ana ℈j.
Ol. Garyophyll.
Juniper. ana gutt. iiij.
Ceræ pauxill.
Fiat Linimentum, S. Magen-Sälblein.

OBSERVATIO & CURATIO LXXXV.

DE COLICA EX DEBILitate ventriculi & intestinorum frigidâ intemperie.

QVidam textor lanarius Johannes Heune civis Northusan. cùm Festo circumcisionis vicini sui nuptiis interesset, bibit cerevisiam recentem, à fecibus adhuc non benè defecatam: Hinc fit, ut mox sentiat ventris tormina, ac licèt per vomitũ natura, qvod molestum erat, rejicere tentaret, nihil tamen allevaretur. In consilium me vocavit.

Præscripsi tum vinum carminativum, leviterqve purgans: Rotulas item ex carminativis & roborantibus.

℞. *Spirit. Samb. ex bacc.* ℥ij.
Juniper.
Elixir. vitæ min. Querc.
Aqv. Stomach. nostr.
Nuc. mosch. ana ℥ſ.
Cinamomi ʒvj.
Syrup. conser. Zing.
Radic. acori ana ʒiij.
Ol. Cham. dest. gutt. iiij.
Anisi gutt. iij.
Fœniculi,
Origani,
Salviæ,
Anthos ana gutt. ij.
Spirit. Salis,
vitrioli ana gutt. vj.
M. D. S. Wasser.

Jussi, ut de hac mixtura parvum cochlear caperet jejunus: sed ille manè & vesperi sumpsit, inde aliqvoties alvus soluta est, dejectâ materiâ planè aqvosâ.

Petiit Clysterem, & in hunc consensi. Ergò:

℞. *Rad. Althææ* ℥iſ.
Flor. Althææ,
Fol. Malv.
Violar.
Parietar. ana Mj.
Flor. melilot.
Chamomill. ana p. ij.
Sem. Lini,
Fænugr. ana ʒiij.
Furfuris in linteo ligati ℥ij.
Coqvantur in aqva communi pro ℥x. adde
Caß. extr. rec. ℥j.
Sacch. rubri ℥ſ.
Ol. commun.
Amygd. d. ana ℥j.

Bu-

Butyri recent. ℥ij.
Salis parum.
Fiat Enema.

Ex hujus uſu non modò alvus aliqvoties ſoluta fuit, verùm etiam tandem patiens convaluit.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVI.

DE VENTRIS TUMORE.

Uxor Pauli Hirſchen Paſtoris in pago Oſtrungen/ matrona 40. annorum, per menſem intumeſcere incipiebat: Inſuper magnâ ſiti premebatur, tuſſiebat, anguſtiâ pectoris laborabat, appetitus erat proſtratus: Urina erat craſſa, crocea, turbida: Hydropica erat ex jecoris intemperie calidâ & ex obſtructionibus meſenterii.

℞. *Rad. Cichor.* ℥iſ.
Ireos noſtr. ℥ſ.
Bryoniæ ℥ij.
Fœnic.
Petroſel. ana ℥iij.
Herb. Soldanell.
Cichor.
Cuſcut.
Abſinthij pont.
Marrub.
Borrag.
Geniſt. ana ℨj.
Fol. ſen. ſ. ſ. ℨx.
Galangæ,
Macis,
Nuc. moſch. ana ℨſ.
Rhabarb. el. ℨj.
Limaturæ ferri in aceto prius præparati ℨij.
Flor. Cichor.
Cordial. ana P. j.
Sem. fœnic.
Aniſi ana ℨj.

Da inciſ. & contuſ. in charta, & S. Kräuter zum Weine.

Includantur nodulo, ſuperfundanturqve duæ menſuræ vini albi, imponantur aqvæ ferventi per horas iiij. Poſtea tertio qvoqve die expreſſo digitis ſacculo manè capiat hauſtum, aſſumptis prius juſculi cochlearibus aliqvot; jejunet inſuper in horis, obſervet opera-

 ratio-

rationem, secundum qvam majorem vel minorem etiam haustum moderari oportet: Intermediis diebus dosin unam seqv. pulv. manè in jusculo pisorum vel carn. qvatuor horis ante cibum assumat.

℞. *Spodij* ℥j.
C.C. usti præp. ℈ij.
Corall. rubr. præp. ℈j.
Flor. Sulphur. ℈ß.
Essentiæ croci Martis ℈j.
Sacch. albiß. ℈iij.
F. Pulv. & S. Pülverlein: dividatur in partes vj.

Contra tussim:

℞. *Aqvil. purg.* gr. viij.
Conserv. rosar.
Citri ana ℥j.
Fiat bolus cum saccharo. Hinc levamen sentit. Vel:

℞. *Syrup. violar.*
Jejub. ana ℥vj.
de Glycyrrh. ℥ß.
Oxymel. s. ℥v.
Loh. passular.
de Papav. ana ℥ß.
Spec. Diatrag. frig. ℈j.
Misc. D. S. Brustsäfftlein.

Iterum ad obstruct. aperiend.

℞. *Tartar. alb. vitr.* ℈j.
Acet. hellebor. ℥ij.
Aqv. Endiv.
Cichor.
Absinthij ana ℥j.
Syrup. acetos. Citri,
de cichor. ana ℥vj.
Spirit. vener. gutt. vj.
M. D. S. Träncklein auf 2. mal/ admisceat ad qvamlibet dosin duo cochlearia vini albi.

Postea

℞. *Aqv. purgant.* gr. viij.
Conserv. Citri,
Rosar. ana ℥ß.
M. D. S. Purgier Zucker.

Ad attemperandum Epar.

℞. *Rad. Cichor. condit.* ℥iiij.
S. Eingemachte Hintläufte.

℞. *Rob. Ribium.* ℥ij.
Syrup. acetos. citri,
de cichor.
de Endiv. ana ℥ß.
Spirit. Martis ℈ß.
M. D. S. Safft.
Capiat qvandoq; parum in cochleari: Item.

℞. *Rad. cichor. condit.* ℥iij.
D. S. utatur ut ante bis terve de die. Item:

℞. *Aqvilæ meæ Philos.* gr. xxij.
Cremor Tart. gr. vij.
Misce & da secure. Et sic absoluta est cura.

OB-

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVII.

DE TUMORE IN SINIstro genu.

APollo Killing, Tibicen Northusanus, jam ferè per annum patiebatur tumorem in sinistro genu: ad scirrhum plegmonosum referre potuissem: Hic sine aliqvo manifesto dolore in motu plurimum negotii facessebat: Nec infra, nec supra genu, vel mali, vel molestiæ deprahendebat nihil. Delapsam esse materiam crassam, viscosam facilè erat intelligere: eamq; intra articulum & extra obsedisse tendines, nervos, ligamenta membranas. Ergò præparet humorem peccantem hoc modo:

℞. *Herb. scolop.*
Fumariæ,
Lupul.
Summit. thymi M ß.
Glycyrrh. ras.
Polypod. q. ana ℥ ß.
Sem. Fænic. & Anisi ana ʒ ij.
Passul. ℥ iii.
Cort. rad. tamar. drach. ß
Da incis. & contus. in Chartâ.
S. Kräuter zum Digestiv.

℞. *Mass. de pil. fumar.* drach. ß.
aggregat. ℈ ß.
Indar. ℈ i.
Extract. alband. gr. i.
Hellebor. nigr. gr. iiii.
Ol. fænic. gutt. ii.
F. pil. Nro. xiii.

Herbas præscriptas coqvat in sero lactis caprini ℔. ii. ut restet ℔. i. coqv. leniter; potest edulcorari facch. vel syrup. de fumar. & borrag. sumat per tres matutinas.

Qvarto post die capiat pilulas: Post hæc faciat hoc fomentum:

℞. *Herb. meliss.*
Melilot. Beton,
Verbasci.
Origani,
Althææ,
Flor. Chamom. ana M i.
Rad. lilior. alb. ℥ ß.
Enulæ ℥ i.
Sem. Lini ℥ ii.
Bacc. junip. ℥ iiiß.
Concid. & contund. parum ac

ac leniter: Bulliant nis. 9. cerevisiæ simpl. & lixivii: Foveatur genu pannis & linteis intinctis bis in die manè videlicet, & dum itur cubitum: statim post fomentationem inungat locum affectum seqv. linimento:

℞. *Ol. Irin.*
Lumbricor. terrestr.
Chamomil. ana ℥ß.
Ungvent. Dialthææ ℥ij.
Ol. laterin. ℥iß.
Pingved. anser.

Misc. pro linimento. Post inunctionem imponat Emplastrum. 1. Per aliqvot dies Diach. s. 2. Post Diachyl. cum gummat. vel Emplastrum de mucilag. alternatim, ut partim resolvatur, partim emolliatur tumor. Ita præscripsi:

℞. *Empl. Diachyl. s.* ℥iß.
Diachyl. cum
Gummat. ℥j.
Mucilag. sem. Psillij.
Fænugr. ana ℥ij.
Pulver. rad. Ireos ℈i.
Ol. Chamomill. &
Ceræ q. s.

F. massa Emplastr. S. Pflaster.

Victus ratio conveniens incunda: Vitandi cibi omnes crassi succi, ut sunt legumina, olera, carnes crassæ, salitæ, & fumo induratæ. &c.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXVIII.

DE TUMORE PEDUM æ dematoso.

Pastor Northus. Dn. Johann. Noricus cum aliqvandiu tumore pedũ œdematoso divexatus, variis medicamentorum auxiliis usus fuisset, tandem ab eo liberatur, manente tantum in Corpore Cacochymiâ, scilicet non expurgatis pravis humoribus. Hinc non modò pectoris angustiam qvandam, sed & appetitus prostrationem cum corporis totius langvore &c. perpetiebatur: Ex cachexiâ appropinqvare videbatur hydropisis iterum: Ergò pro expurganda materiâ cacochymiæ. ℞.

℞. *Herb. Soldanell.*
Gratiol.
Absinth. pont. ℥i.
Chamædr.
Salviæ,
Marrubij,
Summitat. centaur. minor.
Epithymi ana ℥i.
Rad. Ireos nostr.
Bryoniæ ana ℥iii.
cichor.
Esulæ præpar. ℥i.
Rhapont. ℥ij.
Rhabarb. el. ℥j.
Agarici ℥iß.
Methoacan. ℥ij.
Fol. sen. abi. stip. ℥iß.
Cort. arant. ℥vj.
Zingib.
Macis,
Nuc. mosch. ana ℥ß.
Spic. Indicæ ℈j.
Da incisa & contusa in chartâ.
S. Stück zum Weine.

℞. *Spec. Diarh. Abbat.* ℥j.
Diamargarit. frig.
Aromat. rosat. ana ℥ß.
Corall. rubr. præp. ℈iß.
Conserv. absinthij ℥j.
Troch. de Rhabarb. ℥ß.
Sacchar. albiss. ℥iiii.
Fiat morsuli s. a. adde
Ol. anisi gutt. iii.
D. S. Morsellen.

℞. *Salis absinth.* ℥j.
Tart. alb. vitr. ℈ij.
C C. ust. præp. ℈i.
Boli Diaphor. ℥ß.
Pulv. seorsim qvàm optimè.
Misc. & da. S. Schweißpülverlein. Dividatur in iiij. partes, & qvælibet sumatur in aqv. sudorifer.

OBSERVATIO & CURAT. LXXXIX.

DE DIARRHOEA TRANSeunte in Dysenteriam.

Andreas Schulrabe civis Northusanus, diu torminibus ventris vexatus, non modò diarrhæâ, sed paulò post dysenteriâ infestatur; eodem die ultra triginta vices alvum deponens. Præscripsi haustum sudoriferum.

℞.

℞. *Aqv. tormentill.*
Scabios.
Carduibened. ana ℥j.
Rob. Sambuci ℈iiſ.
Theriacæ optim. gr. xiiij.
Salis Absinth.
Carduibened. gr. iij.
C. C. ust. præp. ℈j.
Terræ lemniæ gr. viij.
Ol. Angelicæ gutt. i.
Syrup. d. acetos. citri ℥ij.
Fiat mixtura.

Post ſudorem capere juſſi ad ʒiſ. ex ſeqvent: Elect.

℞. *Corall. rubr. præp.* ʒi.
Spec. Diamarg. frig.
Diarh. Abbat. ʒſ.
Conserv. borrag.
Rosar. ana ʒſ.
Cichorei.
Meliss. ana ℈ij.
Myv. cyton. ʒſ.
Fiat Electuar. adde
Ol. Citri gutt. ij.
D. S. Latwerge.

℞. *Amygd. d.*
Sem. cucurbit.
Melon. excort. ana ʒſ.
Fiat Emulſio cum decoct. hord. excort. ℔. ij. Edulcora ſacch. alb. q. ſ. d. S. Milch.

℞. *Ol. Chamomill.*
Absinthij ana ʒſ.
Mastichis,
Nardin. ana ℈ij.
Spic. gutt. vj.
Ceræ pauxill.
Fiat linimentum. D. S. Oel zum Bauche.

℞. *Conserv. rosar. antiqv.* ℈ii.
Myv. Cyton. ſ.
Syrup. de Absinth. ℥iij.
Pulv. contra dysenter. ℈i.
Corall. rubr. præp. gr. vj.
Ol. Cham. destill. gutt. j.
Miſc. d. conven. Hæc mixturâ manè & veſperi uſus eſt.

℞. *Pulv. contra Dysent.* ℈ij.
Tragacanth. gr. viij.
Croci Martis opt. gr. vj.
Corall. rub. præp. gr. iiij.
M. D. S. Stopffpülverlein.

Sumſit manè jejunus in ovo ſorbili.

Ad ſitim ℞. Decoct. hord. ſ. fact. cum paſſul. & C. C. uſti præpar. drach. iſ. & in qvo bis chalybs ignitus fuit extinctus ℔. iiſ. In his diſſolv. Conſ. roſ. antiqv. ʒiſ. Borrag. violar. ʒſ. Cola per manicam Hyppocr. aliqvoties: Colaturæ adde

Myv.

Myv. cyton. f. ℥i.
Julep. rosar.
Syrup. de agrest.
Violar.
Acetos. s.
Myrtin. ana ℥ſ.
Rob. berb. ℥ij.
Sacchar. albiss.
Aqv. Cinamomi ana ℥ſ.
Misce pro potu.

Clyster.

℞. *Herb. malv.*
Althææ,
Violar. ana Mſ.
Fol. myrt. p. ij.
Rosar. rubr. p. j.
Hordei ℥ſ.
Sem. Psillij ℥ij.
Rad. consol. major. ℥ſ.
Fiat decoct. in ſ. q. aqv. bis chalybeatæ.

℞. *Colaturæ* ℥vij.
Lactis bubul. rec. mulct. ℥vj.
Sevi hircin.
Mell. violar.
Sacch. rubr. ana ℥ſ.
Ol. violar. ℥vj.
Rosar. compl.
Myrtin. ana ℥v.
Vitell. ovor. Nro. iſ.
Misce, fiat Clyster.

Ad Ischuriam.

℞. *Herb. melilot.*
Malvæ,
Althææ,
Parietar.
Flor. Chamomill.
Centaur. minor.
Anonidis ana Mſ.
Sem. Lini, fænugr. ℥ij.
Radic. lilior. alb. ℥j.
Baccar. juniper. ℥ſ.
Fiat decoct. in ſ. aqv. qvant.

℞. *Colatur. q. s. pro implendâ vesicâ suillâ, adde*
Ol. chamomill. ℥ij.
Lilior. albor. ℥i.
Pingved. anser. ℥ſ.
Misc. vesicæ infunde & applicetur perinæo.

℞. *Ol. amygd. amar.* ℥ij.
Chamomill. ℥iij.
Scorpion. ℥iiſ.
Ungv. Dialthææ ℥ij.
Pingved. gall. ℥i.
Ceræ pauxillum
F. linimentum: Inungat benè perinæum.

℞. *Amygd. d. excoct.* ℥ij.
Aqv. fontan. coct. cum ℥i.

C. C. usti. præp. & in qua chalybs ignitus fuit extinct. ℔ ij.
Fiat Emulsio edulcor.
Sacch. alb. q. s. ad pauxill.
Aqv. rosar. ad gratiam.
Bibat sæpè.

℞. *Fruct. rub. exicc.* ℥iij.
Myrill. ʒvj.
Rad. tormentill. ℥ß.
Symph. major. ʒvj.
Glycyrrh. ras.
Sassafr. ana ℥i.
Fol. rub. ros.
Herb. sannic. ana Mß.
In colaturâ adhuc calente dissolv. conserv. rosar. antiqv. ℥ij.
Citri ℥ß.
Cola bis tervè ad extractionem virtutis conservarum, tùm adde
Myv. cyton. s. ℥ij.
Aromat. ʒß.
Aqv. Cinamomi ʒvj.
M. D. S. Tranck.
Hoc potu utatur pro consolidatione & adstrictione;

℞. *Sem. cucurbitar.* ʒß.
Melon. ʒiß.
Citrull. ʒj.
Amygd. ʒvj.
Edulcor. & fiat Emulsum cum decocti hordei ℔ j. Renum regioni adhibuit Ceratum Santalinum.

℞. *Corall. rubr. præp.* ℈ij.
C. C. ust. præp. ʒß.
Spodij ℈j.
Rad. torment. ℈ß.
Succini albi præp. gr. vj.
Sacch. in aqv. meliss. dissol. q. s.
Fiant Rot. s. a. adde
Ol. nuc. mosch. express. ʒß.
D. conv.
Vinum purgans, tale igitur dedi.

℞. *Fol. senæ s. s.*
Radic. ...ich. ana ℥j.
Herb. Absinth. Mj.
Sem. Fænic.
Anisi ana ʒß.
Infunde in ℔ j. sem. vini: Bibit bis tervè; optimeq; purgatus, sic tandem per Dei gratiam convaluit.

OBSERVATIO & CURATIO. XC.

DE DIARRHOEA PUERORUM.

Pro

PRo Infantulo ij. annorum Nobilis Caspari ab N. in diarrhæâ hæc data.

℞. *C. C. ust. præpar.* ℈ß.
Corall. rubr. præp. gr. viij.
Margarit. præp. ℈ß.
Amyli ℈j.
Terræ sigill. gr. iiii.
Manus Christi perl. ℈ij.
Fiat pulv. subt. ad chartam.

℞. *Mellis rosat.* ℥j.
Syrup. myrtin. ℨvj.
Myv. Cytonior. ℨiii.
Misc. ad fict.

In eodem affectu. Filius meus natu minimus, post multam vomitionem materiæ viscosæ, pituitosæ albæ; frustula pultis ex lacte & similâ in ventriculo coagulata & concreta qvoqve ejiciebat. Debilis erat, tormina aderant, & angustia pectoris.

℞. *Magister. Corall.* ℈j.
Perlar.
Rad. Pæoniæ,
Spec. Diayr. s. ana ℈ß.
C. C. ust. præp. ℈ß.
Succini albi præp. gr. viij.
Trochisc. gall. mosch. gr. iij.
Sacch. alb. diss. in aqv. fen. q. s.
Fiant Rotulæ s. a. adde
Olei anisi gutt. j.
D. conv. S. Küchlein.

℞. *Conserv. rosar. antiqv.* ℨß.
Acetos.
Citri ana ℨvj.
Diascord. Fracastor. ℨß.
Ol. arant. gutt. ii.
Citri gutt. i.
Syrup. acetos. citri ℥i.
F. mixtura D. S. Præservativ-Latwerge für die adeliche kinder.

Capiant rotular. ij. vel iiij. ratione ætatis: de Electuario ad qvantitatem fabæ, plus, minusvè datur.

OBSERVATIO & CURATIO CXI.

DE DYSENTERIA.

CUjusdam C. Northusani Propolæ Uxor laborare cœpit dysenteriâ, & restituta est pauculis hisce.

℞. *Conserv. rosar. antiq.* ℨvi.
Myv. Cyton. s. ℨß.

Carn. Cyton. condit. ℥iij.
Essentiæ Croci Martis ℈ſ.
Corall. rubr. præp. ℈j.
Fiat mixtura, adde pauxill. Syrup. de rosis siccis, pro iij. vicibus.

℞. *Ol. Cyton.*
Mastich.
Absinthij,
Rosar.
Myrtin. ana ℥j.
Nuc. mosch. express. ʒſ.
Cum pauc. cer.

Fiat Linimentum, inungatur aliqvoties in die.

Capiat & subinde parum de Rob. cornor. & berber.

Adhibuit & fomentationes, sacculos & diætam medicamentosam.

OBSERVATIO & CURATIO XCII.
DE EODEM MALO.

DN. Christoph. Schicklen Civis Northusani Uxor prægnans (ad mensem octavum) dysenteria corripitur, pro qvo talia sunt ordinata:

℞. *Ol. rosar.*
Cyton.
Absinthij,
Mastich. ana ʒſ.
Nuc. mosch. ʒſ.
Pulver. terr. sigill.
Boli armeni,
Balaustiar.
Rosar. rubr.
Hypoc.
Hæmati. præp. gr. vij.
Cum ceræ ʒj.

Fiat liniment. D. S. Salbe. Inungat bis, ter, sæpiusvè de die totum ventrem.

℞. *Rob. Corn.* ℥j.
Mespilor.
Berber.
Diacyton. ſ.
Conserv. rosar.
Anthos.
Cort. Citri cond. ʒij.
Pulv. rad. torment.
Bistortæ ana gr. xij.
Corall. rubr. præp. ℈j.
Terræ sigill.
Croci Martis gr. vij.
Myv. Cyton. ſ. ʒſ.

Fiat mixtura D. S. Latwerge. Capiat subindè cochl. j.

℞.

℞. *C. C. usti præp.* ℈ij.
Corall. rubr. præp.
Terræ sigill. ana ʒß.
Sem. plantag.
Radic. tormentill.
Bistort. ana ℈j.
Margarit. præp. ℈ß.
Essentiæ Croc. Martis gr. xvj.
Nuc. mosch. tost. ʒß.
Gummi traganth. ℈j.
Alum. ℈ß.
Fiat pulvis subtiliss. s. a.
D. S. Pulver.

Hujus pulv. capiat ℈ij. manè, Vesperi ʒß. in vino, Fotū etiam pro ventre usa est, & lotione manuum ac pedum ex adstringentibus.

Sedatus est fluxus licet pedetentim primò: Usa est etiam hoc corroborante.

℞. *Magister. perl.* ʒß.
Corall. ℈ij.
Spec. Diamarg frig. ℈j.
Conserv. borrag.
Citri condit. ʒiß.
Liqvor. nuc. mosch. gr. xij.
Spodij gr. vj.
C. C. ust. præp. gr. ix.
Sacchar. albi in aqv. rosar. dissoluti ℥iij.
Fiant rotulæ s. a. adde
Olei Citri gutt. iij.
Cinamomi gutt. j.
D. in Scatulâ.

Et convaluit Dei gratiâ: post tres hebdomadas filium feliciter enixa.

OBSERVATIO & CURATIO XCIII.

DE DYSENTERIA.

Uxor Jacobi N. Sartoris in Northusâ, prægnans in principio mensis octavi, vel dimidio ejusdem, dysenteriâ albâ corripitur; cumq; ita laborasset per aliqvot dies, tandem meo usa est consilio: de gravissimo tenesmo & torminibus ventris conqverebatur, de abortu metus erat, ut & secutus est postea. Usus tamen sum seqventibus.

℞. *Fol. verbasci* Mij.
Myrtill.
Mespilor. ana Mj.
Qvercuum Mß.
Plantaginis.

Rad. bistortæ,
Tormentill. ana ℥i.
Cupul. gland. ℥ß.
Rosar. rubr. ℥ii.
Cortic. granat. ℥ß.
Alum. ℥ß.
Incid. & cont. ut convenit.
Bulliat dimidia pars in vino & aqvâ, & cum Spongiâ foveatur venter.
Inungat ventrem seqvent. linimento.
℞. *Ol. Mastichis,*
Absinthij ana ℥i.
Cyton.
Myrtin. ana ℥ii.
Nuc. moſch. expreſs. ℈ii.
Nardin. ℥ß.
Ceræ pauxillum,
Misc. ad ignem pro linimento adspergantur
Ol. Fænic. gutt. iii.
Rutæ gutt. ii.
D. S. Salben.
Imponat qvoqve seqvens Emplastrum.
℞. *Emplastr. Diaphænic.* ℥i.
de crustâ panis ℥xi.
de bacc. laur. ℥ß.
Pulv. rosar.
Nuc. moſch.
Balaustiar. ana ℥ß.
Malaxat. & misc. cum oleo Cyton. & mastich. f. a. inducatur, superindat syndon. rubrâ, conspersa Ol. nardim pauxillo. Tandem abortum paritur, qvi fætus mense secundo & ipse moritur, dum ita esset consumptus ut in sceleti figuram transformatus vix carnem haberet ossibus hærentem. Ipsa mater paulò post partum lochiis benè fluentibus à dysenteriâ liberatur.

OBSERVATIO & CURATIO XCIV.

DE DYSENTERIA.

MAtrona Nobilis Sibylla ab N. aliqvandiu gravibus ventris torminibus divexatur, tandem fluxu alvi superveniente, adeoq; de die in diem crescente, ut per diem & noctem tricesies & ultra secedere coacta fuerit, cum torsioni-

ſionibus & cruciatibus acutis, excrementis ſangvinolentis excretis ad me mittitur conſilii cauſa: Cupio meliorem morbi informationem, qvo magis locus affectus paţefiat:

Juſſi ut primùm (cum Febris non adeſſet) lactis caprini recens mulcti & chalybeati cum melle aliqvot hauſtus ſumeret, manè videlicet & veſperi, ad deterſionem maximè. Deinde præſcripſi ſeqventia.

℞. *Fol. verbaſci* Miiſ.
Plantag.
Querc.
Buſæ paſtor. ana MI.
Roſar. rubr. Miſ.
Flor. Chamomill.
Radic. filicis,
Conſol.
Verbaſc. ana ℥i.
Baccar. myrt. ℥iiſ.
Sem. fænugræc. ʒvi.
Incid. & contund. ut cõvenit.

℞. Manipulos ij. vel iij. bulliant in ſ. q. aqv. & vini foveatur venter, bis terve de die.

Inungat ſe ſingulis vicibus poſt fomentationem.

℞. *Ol. Roſat. omph.*
Cyton.
Abſinth.
Maſtichis ana ℥ſ.
Pulver. lapid. hæmat.
Sangvin. Dracon.
Terræ ſigill.
Roſar. rub. ana ℈i.
Nuc. moſch. Nro. i.
Cum ceræ pauxillo
Fiat Linimentum.
D. S. Sälblein.

℞. *Emplaſtri Diaphæn.*
de cruſta panis ℥i.
Boli armeni ʒiſ.
Thuris ʒii.
Sangvin. Draconis,
Maſtichis ana ʒi.
Ol. roſar.
Maſtichis,
Ceræ ana q. ſ.
Fiat Emplaſtrum: Induc. alutæ præfixæ qvantitatis ſuperinductâ ſyndone rubrâ, qvæ conſpergatur benè Oleo maſtich. Cyton. & Nardino q. ſ.

D. S. Pflaſter. Interius exhiberi juſſi ſeqv.

℞. *Amygd. excort.* ʒvi.
Sem. melon. excort. ʒi.
Limon. ʒſ.

Aqv.

Aqv. Dorncreil. ℥iij.
Borrag.
Rosar. ana ℥iiß.

Fiat emulsio s. a. edulcora man. Christ. perl. D. S. Milch.

Capiat ternis vicibus manè, vel vesperi cum ʒj. pulv. seqv.

℞. *Corall. rubr. præp.* ʒj.
Essentiæ Croci Martis ʒß.
C. C. usti præp. ℈ij.
Spodij,
Cinamomi ana gr. vj.
Nuc. mosch. ℈ß.

Fiat pulvis subtilissimus D. S. Pülverlein.

De hoc etiam ʒß. in myva Cyton. assumi potest.

Ad sistendum fluxum sumat qvandoq; cochl. ij. vel iij. aqv. seqv. mixt.

℞. *Aqv. Dorncreil.* ℥iiij.
Nuc. moschat. ℥ij.
Rosar. ℥j.
Misc. D. S. Wasser.

Cum intestinum rectum nonnihil eroderetur ad sphincterem, indeqve dolor excitaretur.

℞. *Ungv. alb. camph.* ʒij.
Rosar. Mes. ʒj.
Tutiæ præpar. ℈j.
Nihili albi ℈j.
M. D. S. Salben.

His usa & juxta convenientem diætam medicamentosam, curatoriam adhibens, brevi convaluit, juvante divinâ gratiâ.

OBSERVATIO & CURATIO XCV.

DE EADEM AFFECTIONE.

Alia Matrona Nobilis prægnans per contagium ex duobus filiis dysenteriâ corripitur: Ita curata fuit.

Ad levem fluxus constrictionem & simul elotionem intestinorum:

℞. *Myv. Citon. s.* ℥ij.
Syrup. de rosis siccis.
Myrtill. ana ℥ß.
Julep. rosar. ℥vj.
Rotul. man. Christ. perl. ʒvß.
Rob. rib.
berber.

Mell.

Mell. rosat. colat. ana ℥ij ſ.
D. S. Safft.

Dentur cochlearia ij. vel iij. in lacte caprino chalybeato, in qvo parum ſacchari diſſolutū fuerit: Repetat aliqvoties:

Extra.

℞. *Ol. roſar. omph.* ℥j.
Myrtin.
Abſinthij,
Maſtich. ana ℥ſ.
Nuc. moſch. drach. ſ.
Pulver. boli armen.
Lapid. hæmat.
Sangv. Drac. ana ℈j.
Ceræ q. ſ.

Fiat linimentum & S. Salben.

Ungatur totus venter. Item:

℞. *Maſſ. Empl. de cruſta panis* ℥ij.
Ol. roſar. omph.
Myrtin.
Cyton. ana drach. iij.
Pulv. Cyton. ſicc.
Balauſtiar.
Cortic. granat.
Roſar. rubr. ana ℈j.
Boli armeni drach. iij.
Ceræ q. ſ.

Fiat Emplaſtr. & S. Pflaſter.

Inducat alutæ, & poſt inunctionem imponat ventri.

Ad roborationem ſimul reſpectu habito ad fluxum.

℞. *Magiſter. Corall* ʒj.
Margarit. præp. ℈ſ.
C. C. uſti præp. ʒiſ.
Spodij ex Ebore. ʒſ.
Succini albi præparat.
Radic. torment. ana ℈j.

Fiat pulv. D. S. Pülverlein.

Capiat modò in vino tenui chalybeato, modò in vino ſimplici ad præſens inſtitutum parato, ut patet ex ſuperioribus. Et ſic ſenſim, ſenſimqve convaluit.

OBSERVATIO
&
CURATIO XCVI.
DE DYSENTERIA.

HÆc ſeqventia & multa alia præſcripta fuerunt pro Nobili viro Valentino à Bilſch:

℞. *Aqv. Dyſenter.* ℔ſ.
D. S. Waſſer vor die Ruhr.

℞. *Ol. roſar. omphal.*
Myrtin.

Ol. Cyton. ana ℥ß.
Mastich.
Absinth. ana ℨij.
Boli armeni,
Sangvin. dracon. ana ℥ß.
Rosar. rubr. ℈j.
Ceræ q. s.
Fiat Ungvent. d. S. Salbe.

Præparatum est qvoqve vinum stipticum.

Cum vires admodum essent prostratæ.

℞. *Aqv. rosar.* ℥iij.
Meliß. ℥iß.
Citri ℥iiß.
Spirit. rosar. gutt. xij.
Rotul. man. Christ. perl. ℨiij.
Magister. perlar. ℈j.

(Potest qvoqve addi parum Julepi rosar.) Misc. D. S. Perlenmilch vel Hertzjulep.

Corroborans aliud.

℞. *Conserv. Citri,*
Cort. citri condit. ℥ß.
Carn. Cyton. condit.
Syrup. acetos. citri ana ℥j.

Fiat mixtura mollis, instilla
Ol. citri gutt. ij.

℞. *Pulv. Bezoard. nostr.* ℨij.

Exhibeatur conserva per se, vel commisceatur cum pulvere.

Ad fluxum.

℞. *Rob. Ribium.*
Berberor.
Gelatin. Cyton. ana ℨj.
Rob. cornor. ℨvj.
Syrup. acetos. citri.
de rosis siccis.
Myrtill.
Myv. cyton. ana ℥ß.
Conserv. Citri ℨiij.

Misc. in mortario, & per pannum lineum duplicem transcola cum pauxill. aqv. rosar. D. S. vermischter Safft.

OBSERVATIO & CURATIO XCVII.

DE DYSENTERIA MUcosa, qvam albam vocant.

Matrona Nobilis dysenteriâ mucosâ, qvam albam vocant, cum gravi tenesmo laborare cœpit: Lædebatur in testinum rectum summè sensile cum mucosa illa materia purulenta acrimoniam adepta esset; hinc dolores

lores & cruciatus & conatus dejiciendi gravissimi. Sudoribus crebris maximè circa caput frigidiusculis divexabatur, manè sumpsit ℥ij. (cum ℈ſ. C.C. uſt. præparat.) seqv. aqvæ pro ſudore eliciendo cum eo natura vergeret.

℞. *Aqv. Bezoard. rubr.* ℥iiij.
Peſtilent. ℥j.
Syrup. acetoſ.
Limonum ana ʒſ.
Rotul. manus Chriſt. ʒj.
M. D. S. Bezoardiſch Waſſer.

Sudavit ex ℥j. parum: Poſt prandium tamen ſudor, ut & seqventi nocte per totum corpus erupit. Ad horam tertiam veſpertinam talem injici clyſterem curavi:

℞. *Hord. integr. toſti,* ℥ſ.
Oryz. drach. ii.
Furfur. drach. iii.
Paſſular. ʒvj.
Fol. verbaſci ℥iſ.
Radic. verbaſc. ℥ij.
Sem. Lini.
Plantag. ana ℥iſ.
Coqv. in aqv. ſuff.

℞. *Colaturæ* ℥viij.
Lactis caprini ℥v.
Mellis roſar. ℥ij.
Sacch. ℥j.
Vitel. ov. Nro. ij.
Miſc. fiat Clyſter, injiciatur non admodum calidus.

Ex hoc materiæ purulentæ, mucoſæ maxima per tres vices copia excreta eſt.

Paulò poſt hunc ſuffitum paravi

℞. *Terebinth.* ℥iſ.
Reſin. pini ℥iiſ.
Thuris ʒj.
M. & S. Hartz zur Bechunge.

℞. Hujus ʒj. Formentur globuli tres: igniatur lamina ferrea, injiciantur globuli, & fumus excipiatur ano in ſellâ accommodatâ.

Poſthæc ita procedat. Ad abſterſionem.

℞. *Mellis roſ. cochlear.* iiij.
Capiat vel per ſe cum brodio pulli, vel cum lacte recens mulcto & parum uſtulato. Item injiciatur Clyſter adhuc ſemel.

Vinum ſtipticum ad paſtum bibat, qvod ita paratur:

℞. *Radic. tormentill.*
Biſtort.

Pseudoacori ana ℥iij.
Nuc. mosch. tost. ʒj.
Rosar. rubr. ʒij.
C. C. ust. præp. ʒß.
Sem. plantag. ʒj.
Oryzæ. ʒiß.

Coqve in ℔ ij. aqvæ ad consumpt. dimidiæ partis ℞. Colaturæ & in hac extingve Chalybis frustum ignitum bis terve, tunc admisce vini Rhenani bis chalybeati ℔iß. Impone in Nodulo ligator. cerasor. acidor. ℥iß. Prunor. sylvestr. sicc. ℥j. prius justo modo cum nucleis contusorum.

Ad sitim.

℞. *Sem. melon. excort.* ʒij.
Citrull. excort. ʒiß.
Papav. ana ʒß.
Amygd. dulc. excort. ʒvj.
Decoct. hord. simpl. facti cum Sem. lactuc. ℈j.
Citri ℈ij. ℥xiij.
Aqv. rosar. ℥iiij.

Fiat Emulsio s. a. edulc. sacch. candi & rotul. manus Christi perl. ℥ß. D. S. Milch.

In hac Emulsione qvandoq; parum Magist. Corallor. assumatur, paretur etiam aqv. hordei cum C. C. ust. præp.

Linimentum bombaci inducatur, & ano applicetur.

℞. *Ol. Verbasc.* ℥vj.
Rosar. omph.
Myrtin. ana ℥iij.
Chamom. ʒiß.
Litharg. argent.
Tutiæ præparat.
Sarcocoll. ana ʒß.
Ungvent. rosar. Mes.
populeon. ana ℈j.
Ceræ pauxill.

Fiat Linimentum.
D. S. Sälblein.

Si somnus nolit ingruere.

℞. *Laudan. opiat.* gran. iij.

Form. pil. una: detur, vel capiat in Emulsione vel vino stiptico.

Ad colluitionem oris.

℞. *Aqv. prunell.*
Salviæ ana ℥iij.
Sacch. ℥j.
Acet. rosar. ℥iij.

M. Coll. hac aqvâ sæpiusc. os.

Hoc usa processu convaluit Dei gratiâ, nisi qvod sæpè per diem alvus non responderet, & ubi dejiceret dura erant excrementa: præscripsi passulas laxativas, ut ipsa præpararet.

OB-

OBSERVATIO & CURATIO XCVIII.

DE HERNIA INGVINALI dexteri lateris.

PRo qvadam muliere Elricensi in herniâ ingvinali dexteri lateris hæc rogatus præscripsi.

℞. *Crem Tart. subtiliss. pluv.* ʒj.
Capiat manè in jusculo:

℞. *Extr. Panchy. Croll.* gr. xiij.
Mechoac. comp. gr. iiij.

Fiant pil. Nro. ix. da cum pulv. Cinamomi S. Pillen. Capiat seqventi die cum custodiâ.

Posthæc fomentetur pars affecta ante applicationem Emplastri.

℞. *Radic. tormentill.*
Bistort.
Pentaph.
Valerian.
Symph. major. ʒj.
Herb. plantag.
Millefolij,
Polygoni,
Hypericon.
Sannicul. ana Mj.
Aluminis ʒß.

Coqve Misc. cum aqvâ ferratâ. Tum inungatur locus affectus.

℞. *Ol. Mastich.*
Myrtin. ana ʒß.
Hypericon. drach. ij.
Sevi cervin. drach. iß.
Thuris drach. ß.
Myrrhæ ℈j.
Terebinth. ℈ij.
Ceræ pauxill.

Fiat Linimentum cum guttis aliqvot Spic. Ol. & S. Salben.

Demum imponatur Emplastrum.

℞. *Mass. Cerati de pell. ariet. ana* ʒiiß.
Picis naval. ʒß.
Malaxet. Ol. myrtin.
adde pulv. aloes drach. ß.
Mumiæ
Lapid. hæmat.
Croci Martis.
Rasur. Succin. ana ℈j.
Ceræ rubr. parum.

Fiat ad ignem cerotum vel Emplastrum.

D. S. Pflaster.

Inducatur panno xylino; supponatur cingulo, gestetur sine freqventi mutatione.

Decoctum singulo manè usurpandum pro conglutinatione.

℞. *Herb. sanicul.*
Salviæ,
Herniar.
Hepat. nobil.
Polygoni,
Plantag. ana M ß.
Pyrolæ p. iij.
Radic. symph. major. ℥ ß.
Bardanæ ℥ vj.
Tormentill.
Pentaphyll. ana ℥ iij.
Sem. perfol. ℥ ij.
Coriandr. præp. ℥ iij.

Coqv. in suff. qvantitat. vini & aqv. Chalyb. ad ℔ ij. ℞. Colatur. edulc. sacchar. albo ad gratiam, adde syrup. myrtin. ana ℥ iß. M.

OBSERVATIO & *CURATIO XCIX.*

DE ALIA HERNIA INgvinali in dextero latere.

NObilis juvenis N. N. à N. eqvo qvondam decussus, ingvinalem in dextero latere contrahit herniam, interiore peritonæi membranâ ruptâ. Hanc superstitiosè curavit qvidam rusticus clavo ferreo arbori infixo: Sed cum in venatione cum apro certaret, ob hoc in terram prostratus rupturam candem patitur, paulò tamen qvàm prius majorem.

Purgatio,

℞. *Fol. sen. s. s.* ℥ i.
Rhabarb. elect. ʒ ß.
Turbith. optim. ℈ ß.
Cinamomi el.
Spic. Indic. ana gr. viii.

Infunde per noctem in
Aqv. cichor.
lupul.
fumar. ana ℥ i.
adde Spiritus Salis gutt. ii.

Manè cola & exprime, adde
Elect. Diaph. de succo rosar.
Confect. hameth. ana ʒ ß.
Syrup. ros. solut.
de Cort. citri ana ℥ ß.
Olei anisi gutt. ii.

Emplastrum.

℞. *Emplastr. contra ruptur. meæ descript.* ℥ iß.
Empl.

Empl. de pell. arietin. ℥i.
Rasur. succin. ℈ii.
Terebinth. ℥i.
Ol. myrt par.
Mal. simul deinde S. Pflaster.
Fomentatio ante applicationem Emplastri.
℞. *Radic. tormentill.*
Bistort.
Pentaphyll.
Valerian. ana ℥i.
Cortic. granator. ℥ß.
Herb. Equiseti.
Plantag.
Herniar.
Hyperic. ana Mi.
Sem. nasturtij drach. i.
Vitrioli Aluminis. drach. ß.
Coqvass. & coqve in vini chalybeati s. q. Col. & S. Wasser zur Behunge.
Linimentum.
℞. *Ol. myrtin.*
Mastich.
Axungiæ cervi ana ℥ß.
Succi mucilag ex rad. & fol. crassul. major. extract. per vinum Chalybeat. ℥i.
Boli Oriental.
Pulv. rad bistort.
tormentill. ana ℥ß.

Coqve lento igne ad consumptionem succorum. Cola leviter exprimendo tum adde
Ol. hypericon. drach. i.
de vitell. ovor. ℈i.
spicæ gutt. vi.
Misc. & S. Salben.
Decoctum de qvo sumantur singulo manè ℥iii.
℞. *Herb. sannicul.* Mß.
Herniar.
Hepat. nobil.
Polygon.
Prunell.
Plantag. ana p. ii.
Pyrolæ Mß.
Rad. symph. major.
Bardanæ ana ℥ß.
Tormentill.
Pentaphyll. ana ℥ii.
Sem. myrtillor. drach. iiß.
Perfol. drach. iß.
Coqve in vini chalybeat. & aqv. ana q. s. ad consumpt. tertiæ. ℞. Coloraturæ ℔. iß. edulc. sacch. alb. ad gratiam, purifica & D. S. Tranck auff 6. mal.
℞. *Herb. hepat. nobil.*
Herniar.
Sem. perfoliat. ana ℈ii.
Croci Martis opt. præp. ℥i.

Spec.

Spec. Diarh. Ab.
Aromat. rosat. ana ℈iiß.
Mastichis ʒß.
Sacch. alb. ʒiij.
F. pulv. subtiliss. & S. Pulver.
Sic per Dei gratiam convaluit.

OBSERVATIO & *CURATIO C.*

DE HERNIA UMBILicali.

IN Herniâ Umbilicali talem observavi processum.

Evacuatum est patientis corpus leniter.

℞. *Syrup. polych.* ℥iß.
Rosar. solut. ℥ß.
Elect. diaph. ʒj.
Aqv. melissæ,
menthæ ana ℥j.
rosar. ℥ß
cinamomi ʒij.
Misc. Fiat haustus.
S. Purgierträncklein.

Emollita est pars affecta aliqvo cerato; superinduct. splenio cum culcitra.

℞. *Emplastr. Dialthææ* ℥j.
Mucilag. Alth.
Sem. lini cum vino facti ℥ß.
Ol. lilior. alb. ʒvj.
Galbani,
Gummi ammon.
Bdellij in acet. dissol. ana ʒj.
Rad. lilior. alb.
Pulv. flor. cham. ana ʒiß.
Pingved. anserin. ʒj.
Medull. crur. vitul. ʒß.
Ceræ q. s.
Pro Cerato. S. Weichpflaster.

Mollitâ parte affectâ per aliqvot dies appositum fuit simili modo Ceratum constrictivum & conglutinans.

Litharg.
Lapid. hæmat.
Sangvin. dracon.
Acac. Mastichis ana ʒß.
Ammoniaci,
Mumiæ,
Galbani,
Thuris ana ℈ij.
Opij ana ℈j.
Picis nigræ, græcæ ana ʒj.
Radic. consol. major.
minorisq; ana ʒiß.
Rof. rubr.
Myrrh.

Alo-

Aloes,
Boli armeni ℈ij.
Hypocyst.
Gall. immat.
Balaustiar. ana ℥iſ.
Aristoloch. rotund.
Visci qvercin. ana ℥vj.
Cera alb. rub.
Sevi hircin. ana ℥ij.
Terebinth. ℥ſ.
Sangv. hirci ℥j.
Emplastr. de pell. ariet. ℥iij.
Ol. cyton. ℥j.

Gummi, & qvæ ejus generis dissolvantur in aceto.
Reliqva pulver. postea terebinth. cera, mastix, sevum hirc. cum Ol. cyton.

Coqve vaſe novo benè clauſo: deinde gummata & Emplastr. addantur, coqve ad Cerati ferè conſiſtentiam: Ubi & reliqva trita adjiciantur.

Fiat ceratum ſ. a.

Singulo manè capere juſſus eſt de ſeqv. Elect. ℥iiſ.

℞. *Conserv. rosar. antiqv.* ℥iſ.
Cort. Citri condit. ℥j.
Symph. min. major. ana ℥iij.
Trochisci de spodio,
de bolo armen. ℥ſ.
Croci Martis præp. ℥ij.
Mastich. ℥j.
Syrup. myrt. vel de cyton. q. ſ.

Fiat Electuarium. Et ſic abſoluta eſt cura.

PERORATIO.

ET hæc ſunt, Amice Lector, qvæ de SEPTEM CENTURIIS MEIS, hoc qvidem Tempore, in tui gratiam ac utilitatem, commentari & publicare volui. Qvæ ſi grata & probata tibi fuiſſe cognovero, & DEUS longiorem vitæ uſum conceſſerit, longè plura & fortaſſe præſtantiora à me expectabis. Interim hæcce qvæ nunc dedimus, boni conſule, iis feliciter fruere, & longum vale.

DEO SOLI GLORIA.

CENTVRIÆ VII.

INDEX CURATIONUM.

FINIS.

PHILIPPI GRÜLINGII
MEDICI AULICI IN STOLBERGA CHERUSCORUM,

TRACTATUS NOVUS

DE CALCULO ET SUPPRESSIONE URINÆ,

MULTIS EXEMPLIS, OBSERVATIONIBUS ET NOTIS ILLUSTRATUS.

LIPSIÆ,
Sumptibus GEORGII HEINRICI FROMMANNI, Bibliop. Anno 1668.

AD CLARISSIMUM VIRUM

DN. PHILIPPUM GRULINGIUM,

Medicum celeberrimum apud Stolbergenses.

Græcia magnorum genitrix fæcunda virorum
Divinum ante alios jactitat HIPPOCRATEM;
Regnorum domitrix te Roma superbit alumno
CELSE, & Romanum te vocat HIPPOCRATEM:
His artē ingeniumq; æquas per docte GRÜLINGI,
Nec minor es, dum sic restituis Medicâ
Innumeros ope langventes â limine mortis:
Dum sic divinis condita pectoribus
Pandis, & in dîas oracula luminis oras
Depromis, doctis scripta voluminibus.
Anne igitur venerande senex, & docte GRÜLINGI,
Jure bono HERCINIAE diceris HIPPOCRATES?

Henricus Julius Bökelius
Medicin. D. & p. t. πολιατρὸς Gvelficus.

De medicâ rursum quod vulgas arte libellum;
Crede mihi, vanus non erit iste labor.
Cum causis etenim morborũ pharmaca mõstras,
Qualiter & redeat, qui fuit ante, vigor.
Redditur indè viris promptũ cognoscere doctis;
Pæonii quòd sis portia magna chori.
Insistas cæptis posthæc medicamina pandens,
Ingenii profer symbola plura tui.
Nam tua sic totum splendescet fama per orbem,
Laude vehet studium postera turba tuum.

Nathan Voigt Med. Doctor.

ALterius sese communicat usibus omne,
Quod bone GRüLINGI, diciturestq; BONUM,
Et tu de *Chymicâ* pergis proferreq; *Coa*,
Ceu *Promus-condus*, *Pharmaca* firma penû,
Nephritin tollas quesi; *vesicaq;* dolores
Usu communi, dum *bonus* esse studes,
Vive valeque diu! facias ut publica, q[illegible] jam
Scripta latent, medicâ nobilitar[illegible] manû. * praxi.

M, Nicolaus Gothus,
P, L,

Me

Me tentas precibus, paucis, quod sentio, dicam
De libris medicis, FRATER amande, tuis:
Cùm doceas tutò, citò & absq; dolore medari,
Experti Medici nomen & omen habes:
Perge tuam laudem scriptis extendere: CELSUS,
Ut CICERO, sic tu CROLLIUS alter eris.

Andresa Grülingius Pastor
Breitungensis.

Artifices vitæ vocitat mortisq; Magistros
Vir sapiens Medicos, q ia protelare potis sunt
Vicinam mortem, quia sæpè potentibus herbis,
Causâ morborum perspectâ lumine mentis,
Annos amplificant, homini, nauloque Charontem
Fraudant, solvendo perplexos mortis Elnnchos,
Atque brevis vitæ cursumque fugamq; tenendo.
HI SUNT, HI MORTIS DOMINI VITÆQ; FIDELES
ARTIFICES MEDICI MERITO REVERENTER
HABENDI.
Ergô dum medicas tractas, *Præclare*: GRüLINGI,
Artes & monstras, sat longo exercitus usu
Rerum, queîs modiis doctâ quáq; arte furores
Morborum rabidi mirâ brevitate, secundo
Successu sint demendi, vita atq; moranda,
INDOMITÆ MORTIS DOMINUS VITÆQ;
FIDELIS
EXPERTUSQ; FABER MERITO REVEREN-
TER HABERIS.

Perge graves ægris morbos depellere felix,
Perge Tuas curas doctas mandare Papyro,
Sis Te fama vehet super aurea tecta (beatè
Ut moriens etiam tamen haut moriatis) Olympi.

Quibus exiguis Clarissimo DOMINO GRÜLINGIO, *Fautori suo magno gratulari & voluit & debuit.*

Joachimus Huldericus Amthor/ quondam Medicin. Cultor, nunc Juris Practicus.

Paratur ecce rursus
Liber VIRO á VERENDO,
VIRO undiquaq; cincto
Et claritate summâ,
Et arte ubiq; clara:
Charus liber paratur
Medentium coronæ,
Intelligentibusq;
Quod æra sint lupinis,
Præstantiora multum.
Hoc dum revolvo mecum,
Miratione plenus,
Nec non labore fessus,
Quem congerit dietim
Scholæ paterna cura:
Illabitur repente
Amicus ille noctis
Membris, caputq; tradit
Fulcro manus sinistræ
(Nam penna dextram habebat)
Vah, mira quot videbam:
Notanda ego videbam,
Et digna scriptione.
Et æmulatione.
Ut penna Visa posset,
Delineare saltem,
Nil est magis quod optem.
Sed esto penna fessa
Utut velis, vel unum
Ex omnibus recense:
Ut eroget voluntas,
Quod derogat facultas.
TRES VIRGINES decoræ
Autoritate rarâ
Et raritate mirâ,
(Audi, quod audiebam)
Me PRÆSIDEM vocare
Scholæ solent, locuta
Cum prima, ait secunda,
Mihi estq; cura justi;

Erat

Ego ſum alſus, loco quæ
Erat ultimo, reſpondet
Machaonis ſalubris)
Haut leve litigabant;
Quænam ſibi dicare
Potiore jure poſſet
GRüLINGIUM Archiatrum,
Hunc Nobilem & celebrem
Virum atq; tot librorum
Proſperrimum PARENTEM?
Quod is mihi dicandus
Aliter cui videtur
Næ, neſcit ejus actos
Patriâ in Scholâ labores;
Nec dum reponit illos,
Sic VIRGO prima fatur.
Turbabat hocce dictum,
Quæ VIRGO cura juſti,
Juſtum, inquiens, profectò
Ne ſubtrahatur unquam,
Senaculo, quod annos
Is ter decem tuetur.
Quid inquitis Sorores?
Sic tertia infit, GALENI
Quæ nata percluebat;
Sunt cogitata iniqua
Iniqua cogitata
Dolenda cogitata!
PRIVARE ME PATRONO!
Sermone pergerent ne
Vox cœlitus popoſcit,
Et addidit: quiete
Poſthac fruamini Vos:
Nam veſtra Lis ſecata eſt.
GRüLINGIUS manebit,
Scholæ Urbicæ per ævum,
Et CURIÆ fideli;
Imò ſalubriori
Magni ſatis GALENI
COIq; ſempiterni
Arti DECUS PERENNE,
Id quod liber probabit.

αὐτοβοεὶ f.

Ludolphus Müllerus S. Stolb.
Rector.

Ad chariſſ. Dominum Parentem.

Quamvis non omnes medicina repellere morbos
Poſſit, cum gravius ſæpè ſit arte malum.
Non tamen in nullo pretio eſt, parvique putanda:
Cum donum ſummi ſit ſpeciale Dei,

Vim

Vim dedit hic gemmis, Plantis, radicibus, Herbis;
Robore ſanandi nulla metalla carent.
Hinc qui naturæ ſecreta latentia quærit,
Dignus, ut asſiduâ laude vehatur, erit.
Ergò reportabis, PATER optime, laudis honorem,
Quod medicæ ſtudio ſuſcipis artis opus.
Hactenus & vigili quæ ſunt collecta labore,
Chalcographos curas commemorare typis.
Pergè modò varias ſanandi quærere normas,
Perge, nec inceptum deſere laſſus iter.
Nam tua ſic trades victuris nomina chartis,
Et decus â ſerâ poſteritate feres.

Philippus Gerh. Grülingius
Medicinæ Studioſus.

PRÆ-

PRÆLOQUIUM AD LECTOREM,

cui εὐπραγίαν καὶ δεξιοχειρίαν.

ANni jam sunt quindecim; cum Florilegium meum Chymicum conscriberem, & quæ ad quorũdam medicamentorum secretiores & elegantiores præparationes pertinere videbantur, in compendium conferrem, lineamentisq; adumbrarem. Atq; tunc de edendo isto libello, in publicum, ne cogitatio mihi incidebat. Non enim ignorabam, antea de eadem materia multos multa scripsisse, & in lucem divulgâsse; Sed tantùm hoc erat propositum meum, ut pro mei ingenii modulo mihi esset quoddam Enchiridion Medicum, in quo omnia illa, quæ præ cæteris in Praxi mea necessaria & aliàs in Authoribus multo cum tædio disquirenda, in brevem fasciculum collecta, sub uno oculo, juvandæ memoriæ gratiâ haberem, meisq; Studiis & Professioni ita prodessem. Factum tamen est postea, ut, cùm in exteris locis doctissimorum quorundam virorum censuras subiret, sic quoq; ad manus Typographi deveniret, qui hunc libellum summè utilem ac fructuosum Reipublicæ Medicæ dijudicans, citius opinione, prælo subjecit, inq; publicum emisit; Qui labor hic noster, ut comperi, Viris candidis, bonis, ac hujus facultatis Studiosis, nec non aliis, quibus singulares & necessarias cognoscere volupe est, adeò placuit, ut non modò intra breve temporis spacium Exemplaria nostrâ opinione citiùs distraherentur, nec ullum ampliùs in Bibliopoliis (absit invidia dicto) venale superesset; verùm etiam ob id multi celeberrimi Medici magnas & honorificas suis literis gratias agendo ad plura hujus generis scripta

pta emolienda, inque lucem edenda hactenus quam diligentissime adhortati fuerint. Horum petitioni licet hactenus ob multa tam publica quam privata negotia, quibus detentus fui, nonnihil me difficilem præbuerim: attamen tandem indesinenti literarum rogatione & sollicitatione facere commotus non potui; quin amicissimorum benevolorumque hominum voluntati morem gerens, annuensque felicibus auspiciis hunc meum Tractatum de Calculo & Suppressione Urinæ ad prælum adornarem, eumque publici juris facerem. Persvasissimum enim mihi est, hoc studium meum, quo communi Bono ac Saluti ex singulari præclararum & utilium rerum promovendarum naturali ardore consulere adnitor, Medicinæ Studiosis, ut olim non modò gratum fore; sed etiam ipsis in ejusmodi naturæ occulta & arcana amplius inquirendi, & DEO benefactori largissimo pro omnibus istis bonis ac donis, quæ ad sanitatis utilitatem & commodum creata, immortales gratias agendi, occasionem & ansam me præbuisse. Te autem, quisquis es, amice Lector, rogo, ut faveas hisce pro te susceptis laboribus, & si quid forsan hic minus pro tuo Genio & Stomacho scriptum dictumve inveneris, ne statim calculum damnatorium nobis impingas, aut scabiosè hæc nostra traducas, sed rectâ atque æquâ judicii lance prius probè omnia examines, simulque scias, nos (ut Plinii verbis utamur) scripsisse, quæ visa optima, & utilitatem juvandi prætulisse gratiæ juvandi. Hoc si feceris, addes mihi calcar, (si Deus mihi longiorem vitæ usum concesserit) alia plura & quidem secretiora divulgandi. Scribebantur Stolbergæ Cheruscorum, Anno salutiferi partus MDCLXI.

Philippus Grülingius
Medicus Aulicus.

PRO-

PROOEMIVM.

Quamvis DEUS Ter Optimus Maximus ex singulari suâ prudentiâ & sapientiâ statim ab initio mundi Adamum & Evam ita condiderit, ut nullis corporis infirmitatibus obruerentur & labefactarentur; volueritque, ut eorum posteri etiam integerrimâ, stabili & laudabili fortunâ fruerentur: attamen postquam primi isti parentes à Deo sese in totum averterint ejusq; , carpendo poma de vetitâ arbore, mandata neglexerint, factum est, ut talem felicitatem & perpetuam corporis sanitatem amitterent, & corpus sanum variis & ferè infinitis morborum & infirmitatum generibus subjectum & obnoxium darent: Quod malum jam nunc ad omnes homines ita transplantatum, ut nullus ferè inveniatur, qui se ab ejusmodi corporis infirmitatibus defendere, & tueri possit. Inter quas, ut mihi videtur, non minimum morborum genus, CALCULUS, ut ex ipsius doloribus & cruciatibus animadvertendum, qui sæpenumerò ita truces, sævos & fortes, ut sæpè ii, qui ejus modo affectû obruuntur, eosque patiuntur, ex cætû hominum magis abripi, quàm inter ipsos diutiùs vivere cupiant & optent.

Hoc me commovit, ansamque mihi dedit, colligendi & conscribendi præsentem de Calculo Decuriam Curationum Dogmatico-Hermeticarum, in certis locis & personis optimè expertarum, & ritè probatarum, quâ non modò Medicinæ Studiosis Praxinq; Medicam inchoantibus inservire,

vire, verùm etiam in gratiam & solatium Nephriticorum publicare volui.

Quæ ipsa nunc, qualia, qualia sint (non enim scripsimus, quantum debuimus, sed quantum valuimus, & jam per ingenii nostri tenuitatem licuit) doctiorum & in Arte Asclepiadeâ peritorum Censuræ & judicio subjecta sunto.

CURATIO I.
DE RENUM CALCULO.

CIvis Northusanus, vir annorum triginta sex, cùm pateretur circa lumbos dolorem acerbissimum, sensum infixi aculei præbentem, nullo tamen foris apparente tumore, ut aliquando fieri solet in ejusmodi affectû, vocat Chirurgum, cujus consilium expetit. Chirurgus, ut plurimorum ex iis mos est, intra paucas horas se dolorem sedaturum sanctè promittit. Statim igitur propinat ægro potiunculam diureticam, hâc ebibitâ fixus stabilisq; permanet dolor. Ergo iterùm aliam ex eodem genere dat Chirurgus potionem: post cujus usum dolor ita acerbabatur, ut inde æger in deliquia animi rueret, & adstantes omninò de vitâ ejus desperarent.

Cùm igitur hæc omnia tentata fuissent, sed frustrà, svadent liberi & uxor ægroti, ut ad me eatur. Ego accitus rem diligenter perpendens, judicavi ægrum certò ex Renum Calculo laborare, hinc statim curationem à doloris mitigatione auspicatus sum, simul vitando fortia medicamenta solutiva inter initia & diuretica, in quibus prædictus Chirurgus dandis si perrexisset, facilè ad Orcum vel ad Cælum ægrū transmittere potuisset. Præscripsi igitur sequentia.

Ad alvum solvendam, quæ erat obstructa:

℞. *Spec. diaturb. cum rhab.*
hieræ picræ Galen.
ana ℥ ſ.
Pulv. rhab.
fol. sen. ana ℈ j.

Salis

Salis comm. ℥ ſ.
Mellis cocti q. ſ.
F. Suppoſitoria.

Cùm itaque alvum ex his non redderet, mandavi, ut injiceretur Enema emolliens leniensque, quale fuit hoc:

℞. *Rad. althææ,*
malvæ ana ℥ vj.
Fol. violar.
malvæ,
melilot.
Flor. violar.
ſambuci,
chamomill. ana M ſ.
Prunor. Damaſcen.
Ficuum pinguium ana N. vj.
Furfuris in Nodulo ligati M ſ.
coquantur in aquâ communi ad ℥ x. *vel* ℥ xij.
adde Olei aneth.
chamom.
lilior. alb. an. ℥ ſ.
Elect. Diacatholici ℥ j.
Vitell. unius ovi,
Salis parum.
F. Enema.

Quo rejecto parùm remiſit dolor, ergo idem ut injiceretur ſvaſi, quod quidem ægrotus primùm admittere noluit, verùm redeunte dolore facilè conceſſit.

Externè adhibui hoc:

℞. *Malvæ cum toto,*
Althææ etiam cum toto,
Violar.
Parietar.
Melilot.
Anethi ana M ſ.
Flor. Chamom.
Lilior. alb.
Sambuci ana p. iij.
Sem. Lini,
Cydon.
Malvæ ana ℥ ſ.

F. decoctio in aquâ Chamomillæ & parietariæ pro fotu cum ſpongiâ pro lib. ij.

Mitigato ſic dolore ventriculum purgavi ſequenti purgante:

℞. *Aq. Alkekengi,*
Saxifragæ ana ℥ j.
Syrup. d. parietar.
Violar.
d. glycyrrh. ana ℥ ſ.
Extr. mech. compoſ. noſtræ deſcript. gr. vj.
Rhabarb. gr. iiij.
Tartari vitriolati ℈ j.
Miſce. F. potus,

 qui

qui septies movit alvum, excretis simul per urinam multis fragmentis lapillorum & arenularum, uti mihi confessus est ægrotus. Intra corpus postea dedi hoc Electuarium:

℞. *Conserv. cynosbat.* ℥ j ß
Rad. Eryngij condit.
Pimpinell. cond. an. ʒ vj
Extr. gran. junip.
glycyrrh. ana ʒ ß.
Magister. Tartari,
Ocul. Cancr. ana ʒ j.
Salis ononidis,
Chamomill. ana ʒ ß.
Syrup. parietar.
d. glycyrrh. ana q. s.
Spir. Vitriol. gutt. xx.
Misce & fiat Electuarium. Dosis ʒ ij. vel ʒ iij. manè, meridiè & vesperi.

Conveniens diæta quoque præscripta fuit.

Tria ἐπόμενα.

I.

Rustico pauperi, & non habenti pecuniam, quam impenderet in medicamenta, consului, ut manè & quando iret cubitum, uteretur pulvere Virgæ aureæ, singulis vicibus drachmâ in cerevisiâ calidâ, (pro ditioribus præscribo vinum calidum) quem cùm dies XII. continuos sumsisset, lapis fractus, & à Renibus mirificè expulsus est.

II.

Mulieri Breitungensi in eodem casû usum Spiritûs vini, in quem infusus fuerit raphanus, svasi, quo facto Renes ab omni arenosâ substantiâ purgati, & materia muscilaginosa, unde Calculus generari solet, per urinam expulsa est.

III.

Pastor quidam in viciniâ sæpissimè laudavit me præsente, in præservatione Calculi usum frequentem amygdalarum amararum, quas aliquando edendas sumsit in principio prandii, & se sic sæpissimè præservavit.

Notanda.

Hic inprimis notandum, quòd Clysteres non excedant ℥ x. vel ℥ xij. in Calculo, aliàs Renibus compressis dolor

dolor augetur. Nec etiam diuretica in principio curæ danda, præsertim quando Calculus durus & compactus, & per plures annos inveteratus, firmiterq; Renibus adhæret.

Comprobatum enim est frustrà adhiberi, & omninò inaniter fatigari patientem usu medicamentorum diureticorum, præsertim insigniter calidorum & siccorum, quorum præpostero usû vel ad cælum vel ad orcum transmissi sunt, inprimis verò decrepiti & effœti.

CURATIO II.
DE OBSTRUCTIONE LOTII & metu Calculi.

JUvenis Rusticus XX annorum, natus in pago Udersleben, sito in Comitatu Honsteinensi, patiebatur ingentissimos dolores Renum ex obstructione lotii & arenulis, quibusdam calculosis aliquando emissis. Timens igitur, ne ejusmodi arenulæ in Calculum coirent, venit ad me vectus in currû, petitq; auxilium & consilium. Ut illum igitur curarem, consilium & curandi scopus fuit primò, ut dolor mitigaretur: secundò materia obstruens Renes & lotium evacueretur, & tertiò generatio Calculi, quia facilè fit, ut ejusmodi arenulę in Calculum abeant, prohiberetur.

Mandavi igitur, ut omnia ea, quæ tales humores facilè incrassare solent, vitaret: ut sunt aër turbidus & pluviosus. Item cerevisia turbida, & crassioris substantiæ. Uteretur pane benè fermentato & salito. Vitaret carnes, multas superfluitates generantes, & fumo induratas. Imperavi quoque, ut sibi caveret à lacte, caseis, leguminibus & fructibus humidis & frigidis, neque se repleret multo cibo ac potu: Alvum haberet singulis vel alternis diebus apertam.

Præterea præscripta sunt sequentia medicamenta.

Pro mitigando dolore externè ordinavi linimentum, quod

quod sequitur:

℞. *Ungvent. rosat. Mes. aliquoties lotarum in aquâ parietariæ* ℥ ij ß.
Ol. Scorpion,
amygd. d.
lilior. alb.
violar. ana ℥ j.
F. Linimentum pro lumbis.

Injici quoq; curavi sequentem Clysterem emollientem & lenientem, quem familiarem habeo in doloribus Renum & Calculi.

℞. *Rad. althææ,*
lilior. albor. ana ℥ j.
Ononidis,
petroselini ana ℥ ß.
Herb. Verbasci,
parietariæ,
malvæ ana M j ß.
Ononid.
saxifrag. ana M ß.
Flor. Chamomill.
genistæ,
meliloti ana p. j.
Sem. lini ℨ vj.
petrosel.
anisi ana ℨ ij.
Coque in s. q. aquæ ad ℥ xij.
Colaturæ adde,
El. Benedict. laxat. ℨ vj.
Ol. Scorpion. ℥ ß.
Chamomill. ℥ j.
Lilior. alb. ℨ vj.
F. Clyster.

Hoc facto, usus est, hoc digestivo & sequenti purgante.

℞. *Syrup. de 5. radic.*
ex infus. rosar. an. ℥ j ß.
acetos. citr. ℥ j.
Aq. fœniculi,
parietar.
hederæ terrestr. ana ℥ ß.
Tart. Vitriol. an. ℨ ß.
F. potiuncula pro tribus dosibus.

℞. *Extr. mechoac. composit. meæ descript. gr.* vj.
Rhabarb. gr. iiij.
Tartari vitriol. ℨ ß.
Spir. vitrioli gutt. ij.
F. Pill. Nro ix.

Ad prohibendam Calculi generationem, quam æger metuebat.

℞. *Nucl. persicor.*
mespilor.
Sem. milii Solis,
bardanæ,
petrosel.

Saxi-

Saxifrag. alb.
althææ ana ℥ iij.
Ocul. cancr. præp. ℥ ſ.
Sal. ononidis ℥ j.
Chamomill. ℥ ſ.
Lap. perc. præp.
Jud. præp. ana ℈ j.
Sacch. alb. q. ſ. pro grato ſapore.

F. pulvis, cujus doſis prophylaxios gratiâ à ℈ ij ad ℈ iij, θεραπείας causâ verò ſingulis Lunæ quadris ℈ j vel ℈ i ſ. in aquâ ſpecificâ.

Multis quoq; uſus fuiſſem aliis medicamentis, nimirum inunctionibus, balneis lenientibus, atq; laxantibus, verùm cùm præter ſpem & omnium opinionem æger convaleſceret, eorum uſus intermiſſus eſt.

Tria Σημεῖα.

I.

Accidit ut Ruſtica Saxvverienſis, ob Calculum & ſuppreſſam urinam, vehementiſſimo dolore Nephritico urgeretur. Ego in conſilium vocatus, facilè colligere potui, hoc ob Calculum oriri, miſertus ergo ægræ ſvaſi, ut uteretur Ol. amygd. d. ad ℥ ij. cum ſucc. limon. ℥ ſ. quo ſumpto, miraculi inſtar Calculos unà cum lotio reddidit, quod etiam in aliis probavi.

II.

Erat Canonicus eo tempore, cùm præeſſem Conrectoratui, Eccleſiæ Cathedralis in Imperiali Northusâ. Hic aliquandiu cùm Renum dolore discruciatus eſſet, meo ſvaſu ſumſit quotidiè manè & veſperi hauſtum aquæ vitæ, in quâ infuſa fuerat hedera terreſtris ad aliquot dies, & ſic citiùs opinione à doloribus Nephriticis liberatus eſt.

III.

Sic quoque contigit puero, Rectoris Scholæ noſtræ Stolbergicæ, Johann. Gelpern, ut ille non modò pateretur ingentes cruciatûs & dolores Renum, verùm etiam ſæpiſſimè excerneret arenulas Calculi per urinam, cui ſubveni ſolo uſu Cremoris Tartari, quo per menſem uſus fuit.

Sic ego habeo à quodam

non infimi nominis Mercatore Northusano, se ejusmodi Cremore Tartari pro filio suo contra Calculum magno juvamine uti.

Notanda.

A quolibet Praxin Medicam aggrediente requiritur, ut non tantum Hippocratis & Galeni, verùm etiam aliorum clarissimorum Medicorum Aphorismos de Calculo observet & notet. Non inutile enim erit, & cumulabitur Medicus singulari laude, si de signis prognosticis in affectû Calculi, antequam curam incipiat, Ægroto suum judicium aperiat. Propterea libet hîc Aphorismos in eorundem Medicorum libris extantes in gratiam eorum, qui curandi Calculum curam susceperunt, sequentibus proferre.

1.

Qui ventres semper molles habent, & vomitû sæpius purgantur, Calculo minùs obnoxii sunt.

2.

Renum & vesicæ morbi in senibus difficulter curantur, teste Hippocrate lib. 6. aph. 6.

3.

Calculo Renum frequentiùs laborant senes, & ætate provectiores: Vesicæ verò Calculis magis pueri sunt obnoxii, teste Galeno c. 2. de Ren. affectibus.

4.

Quibus bullæ in urinâ natant, nephritica mala, diuturnamq; invaletudinem significant. Hipp. l. 7. aph. 34.

5.

Quibus in urinâ pingvis superficies est, & plurimum confertim micta, his Nephritica & vehementia mala adesse significant. Hipp. l. 7. aph. 35.

6.

Si autem ex Renibus laborantibus adfuerint jam prædicta signa, & dolores excitentur circa spinæ musculos, si ad partes, quæ foris sunt, percipiantur, apostema foràs expecta: quòd si dolores intrò magis vergant, intùs potiùs expectandum apostema. Hippocr. lib. 7. aph. 36.

7. Si

7.

Si lapis non diſſolvitur, & dolor continuè augetur, dubitandum eſt de vitâ ægroti.

8.

Quando in Renum Calculo urina remanet ſubtilis, & ſic aliquandiu perdurat, ſignum malum indicat.

9.

Nephriticus ex parentibus Nephriticis genitus, nunquam vel difficulter ſanatur.

10.

Fœminæ potiùs Lithiaſi Renum, quàm veſicæ obnoxiæ eſſe ſolent.

11.

A Renum Calculo inveterato, non rarò ulcus Renum progignitur.

12.

Ii, qui in ejusmodi locis, ubi quotidiè bibitur Cerevisia, habens vim diureticam (de quorum genere ſunt Cerevisia Goslarienſis, Eimbeccenſis, Numburgenſis, Stolberg. &c.) vivunt, rarò Calculo laborant; quod etiam de Cerevisiis alvũ laxantibus intelligendum.

13.

Calculus Renum eſt periculoſus morbus, cùm mala graviſſima inferat, inflammationem & ulcerationem Renum, dolores acerbiſſimos, cùm in ureteres delabitur, unde vigiliæ, virium dejectio, urinæ retentio, febris ſæpè, & alia mala ortum habent.

14.

Calculus quò major & aſperior eſt, eò acutiores dolores infert, & ſi tantæ ſit magnitudinis, ut ureterem pertranſire nequeat, incurabilis plerunq; eſt. Parvi verò, rotundi & leves faciliùs excernuntur.

15.

Si dolor Nephriticus nullis medicamentis ſedetur, mortem minatur, quæ jam in propinquo eſt, ubi extremitates frigidæ ſunt, & ſudor frigidus faciem occupat.

16.

Bonum eſt, ſi urina primùm craſſa, deinde tenuis, & rurſus craſſa mingatur, ac in fundo arenæ reſideant. Lapidem enim ſolvi indicio eſt.

CURATIO III.

DE CALCULO.

Civis Frankenhuſanus, vir robuſtus, & ex omni parte plethoricus, Calculo Renum affligebatur, cùm graviſſimo dolore ad coxendicem excurrente, cum vomitû, & ibi faſtidio & deliquio animi. Adhibuerat quidem multa & varia medicamenta, quæ à vetulâ acceperat, ſed fruſtrà. Vocatur Petrus Eraſmi, tunc temporis Phyſicus Northuſanus, ſed quia ille in procinctu erat, peregrè proficiſci, ſvaſit, ut ego accerſerer. Accitus viſitavi ægrum, qui me præſente conqueritur de Calculi dolore ingentiſſimo Renum, de vomitû ἀνορεξία, & omnium virium dejectione, quod vix, ac ne vix quidem præ fletu & dolore proferre poterat. Chirurgus meo ſvaſu admittitur, qui ſtatim venam Iſchiadem tundit. Hoc peracto, aperui alvum nõ modò ſuppoſitoriis, verùm etiã Clyſtere leniente & laxante.

℞. ex Officinâ ſuppoſitoria Nro iij. indantur debito modo, unum poſt alterum.

℞. *Radic. lil. alb.* ℥ j.
ononidis,
petroſelini ana ℥ vj.
Herb. Veron.
parietariæ ana M j.
ſaxifrag.
Mercurialis ana M ſ.
Flor. chamomill.
geniſtæ,
lilior. ana P. j.
Bacc. juniper.
Sem. lini ana ℥ vj.
Aniſi,
petroſel. ana ℥ jſ.

Coque in ſ. q. aquæ ad lib. j. in Colaturâ diſſolve
Elect. diaphænic.
benedict. laxativ. a. ℥ ſ.
Ol. anethi,
Lilior. alb. ana ℥ vj.
Scorpion. ℥ ij.
Salis communis parum.
Miſce pro Clyſtere.

Quod ter injectum eſt. Poſtea purgavi ægrum hoc purgante.

℞. *Aqu. petroſel.*
parietar. an. ℥ vj.
Extr. Panchymagi Croll. a. ℈ j.
Tar-

Tartari vitriolati ℥ j.
Syrup. d. parietar.
d. althæa Fern. an. ℥ ß.
F. Potio purgatoria.

Ex quorum usû cùm paulatim inciperet convalescere, præscripsi balneum.

℞. *Herb. malvæ,*
parietar.
artemis.
petrosel.
Flor. Chamomill.
meliloti,
anethi ana M. ij ß.
Sem. Lini,
Fænugræci an. ℥ j ß.
Bacc. junip. M. iij.
Radic. Althææ,
malv. ana ℥ ii ß.
ononidis ℥ j.

Incisa & contusa da ad chartam pro balneo.

Antequam iniret balneum, sumsit æger XII. gutt. Spiritûs Tartari.

Quod bene profuit, & quia sic post usum horum medicamentorum æger convaluit, & à Calculo ac omni dolore liberatus est; petiit certum præservativum in Calculo, quod fuit sequens aqua destillata.

℞. *Nucl. persic.* ℥ j ß.
morellor. ℥ ß.
ceras. nigr. ℥ vj.
Flor. binariæ ℥ j ß.
Sambuci ℥ j ß.
Gran. Alkeken. ℥ j.
Junip. ℥ ß.
Raphani rustici ℥ j ß.
Sem. milii Solis,
petroselini ana ℥ ij.

Incidantur & contundantur probè, & infundantur in vinũ Rhenani lib. viij. Aquæ petrosel. lib. j ß. stent in infusione per aliquot dies, tunc destilla s. a.

VIRES & USUS.

In omnibus Calculorum generibus, in quibuscunque sit membris, commodissimè datur: Ischuriæ & Stranguriæ quoq; medetur.

DOSIS.

℞. ℥ ß. ad ℥ j. vel ℥ j ß.

Respuit hanc aquam, ergò præscripsi pulverem.

℞. *Sem. saxifragæ,*
apij, milij Solis an. ℥ j.
Gran. alkekeng.
mespilor. ana ℈ j.

 Sem.

Sem. milii Solis,
petrosel.
Rad. Pimpinell. an. ℥ ij,
Ocular. Cancr.
Mandib. Lucii piscis an. ℥ ß.
Sacchari ℥ j ß.
F. pulv. Dosis à ℥ j. *ad* ℥ ij.

Tria Experim.

I.

Magisterio Tartari vitriolati non præstantius occurrit remedium, cujus insignes vires, in hoc affectû curando, non solùm in adultioribus, verùm etiam in puerulis, vix unum egressis annum videre & observare in Praxi mihi contigit; cujus dosis in ætate provectiori ℈ ij sunt, cũ aquâ aliquâ Nephriticâ.

II.

Huic necquicquam cedere, aut multò inferiùs esse, comperi, Magisterium oculorum cancrorum, quod magnarum & incredibilium virtutum medicamentum.

III.

Dux *Wirtenbergensis* in conventu Smalcaldico, docuit Lutherum præsens remedium contra Calculum, videlicet, ut sumeret recentem ollam plenam vino vel aquâ, in quâ coqueret postea M ij. baccar. junip. ad tertiæ partis consumtionem, atque de hoc sumeret singulis vel alternis diebus haustum. Idem quoq; prçstant baccç, si per duos dies in aceto macerentur, & postea iterum siccatæ comedantur.

Notanda.

Posset aliquis mihi hîc objicere, & dicere, minimè in Calculo convenire venæ sectionem, quia valdè refrigerans remedium venæ sectio, & quòd in Calculo reperiatur ingens crudorum & pituitosorum humorum colluvies, quæ per venæ sectionem minimè potest curari. Vel quòd vera ἰατρεία Calculi consistat in subductione causæ, quæ perficitur rebus partim emollientibus, ac laxantibus, partim tartaream materiam, in renibus concretam, incidentibus, attenuantibus, resolventibus & expel-

expellentibus, quorum commemoratorum venæ sectio nihil præstare potest. Vel quòd propriè debeatur venæ sectio morbis seu affectibus, ex plethorâ vel ingenti fluxione ortis. Hic sibi habeat hoc responsum: quod sæpè in Apoplexiâ, Paralysi & Hydrope (testibus Avicennâ, Aëtio, Paulo, Haly Abbate, & multis aliis) affectibus, salubriter venæ sectio adhibeatur, quos tamen omnes frigidos esse morbos, conjunctosq; cum humorum pituitosorum copiâ constat. Præterea satis notum est omnibus Chimiæ peritis, Sal, vel Lapidem prunellæ, Sal Crystallorũ, aquam fragariæ, & id genus alia, egregia esse auxilia cùm pro præservatione, tùm in curatione Nephritidis, & tamen refrigerandi vi pollere insigni. Nec quoque ignotum, quòd cura Calculi requirat emollientia, laxantia, incidentia & expellentia, sed nemo quoq; inficias ibit, præter prædicta medicamenta opus esse in curatione Calculi dolorem mitigantia, quod venæ sectio ritè administrata promptissimè præstat. Adde, quòd per venæ sectionem naturâ adjutâ, & à nimiâ sangvinis copiâ liberatâ, interdum arenulæ & lapilli in Renibus collecti sic citiùs & feliciùs exturbantur; quemadmodum id observatione & testimoniis quorundam medicorum, constat. Imò quis nescit? etiamsi à plethorâ seu abundantiâ sangvinis Calculus non generetur, attamen sæpè fit, Nephritidi sangvinis fluxum ingentem conjungi, ad Renes impetuosè ruentem, unde sæpè reformidanda inflammatio, quę per venę sectionem averti potest: cujus gratiâ quoque hîc in ægro nostro instituta est venæ sectio.

CURATIO IV.

DE CALCULO IN RENIbus per periodos dolorem inferente.

Vir consularis in Imperiali Northusâ queritur, quòd singu-

ſingulis annis circa ſolſtitium hyemale pateretur dolorem gravem, fixum & ſtabilem circa lumbos, nauſeam & vomitum, gravitatem lumborum perpetuam, arenularum excretionem, urinam cruentam & turbidam, difficilem ſpinæ dorſi inflexionem, retractionem teſticuli illius, in quo dolor Renum ſentiretur, urinæ difficultatem, &c. quæ omnia erant certiſſima ſigna præſentis Calculi, cujus generatio exinde procul dubio orta, quia calidos haberet Renes, & tempore autumnali & hyemali plerunque uteretur ejusmodi cibo ac potû, qui chylum craſſum, viſcidum & lentum progenerant: ut ſunt ova dura & frixa, caſei duri & inveterati, pultes, & legumina ferè omnia, lens, oryza: piſces limoſi, carnes crudæ, duræ ac infumatæ, quales ſunt, bubulæ, vaccinæ, hircinæ; vel viſcidæ, & pituitoſæ, ut ſunt ſuillæ, agninæ. Item lacticinia omnia. Immaturi præterea fructûs, acerbi & aſperi, pyra immatura. Item aromata nimium calefacientia, inflammantia Renes, piper utrumq; ac macropiper cum zingibere. Muſta omnia. Vina generoſa, calida & vetera, turbida idem & auſtera, plurimumque tartari in ſe habentia, ut ſunt vina Islebiana, Franckenhuſana & Sebergenſia, &c. Cereviſiæ craſſæ, fæculentæ, nimiumq; calefacientes & exſiccantes.

Contrà cibis utendum, qui facilis ſunt coctionis, parum excrementi ſuppeditant, attenuandi & incidendi vim habent, præſertim in frigidioribus & obeſis. Nam in gracilibus & aduſtos humores in corpore habentibus extenuantium uſus tutus non eſt, ſed humectans victus potiùs requiritur.

Utilis ergò eſt caro vervecina, vitulina, vitelli ovorum, panis benè coctus & fermentatus, furfuris non planè expers, piſces ſunt ſaxatiles, lucius & ſimiles.

Præſcripſi igitur primò diætam, & præcepi, ut vitarentur omnes

omnes cibi crassi, crudi, carnes salitæ & fumo induratæ; ut & pisces ejusmodi & paludosi, quales sunt angvillæ & tincæ, &c. Caro suilla: Lagana omnia: Casei, lacticinia. Item caro anserina & anatum.

E contrario verò svasi, ut vesceretur carnibus bubulis non nimis annosis, vitulinis, vervecinis, gallinarum, caponum, ovis tremulis, prunis, pomis siccatis, fructibus cynosbati.

Cum carne coquantur rad. petroselini, & condiatur illa aliquando raphano Rusticano. Potus sit cerevisia benè cocta, fermentata & clara, salviata & scolopendriata. Vinum clarum, tenue, Rhenanū. Vitetur Cerevisia nimis crassa & recens. Item mustum & vinum crudum. Postea sequētem Nodulum purgantem.

℞. *Rad. mechoacan.* ℥ iij.
petroselini,
asparagi,
fœniculi ana ℥ ij.
Fol. sen. s. s. ℥ vj.
Agarici ℥ iiij.
Rhabarbar. ℥ j.
Sem. anisi,
petrosel. an. ℥ ß.
milii Solis ℥ j.
Flor. borrag.
genistæ an p. ij.
Crem. Tart. an. ℥ j.
F. ex incisis & contusis Nodulus pro vino.

Huic Nodulo superfundantur *Vini tenuis* ℔ ijß.
Aq. hederæ terrestr. ℔ ß.
Quando hæc per noctem steterint, (expresso priùs parum per Nodulo) bibatur haustus tribus matutinis.

Postea paratus est insessus seu balneum.

℞. *Herb. malv.*
parietar.
meliloti ana M ij.
Mercurialis M j ß.
Gran. junip. M iiij.
Rad. ononidis,
Lil. alb.
petrosel. ana ℥ iß.
Sem. lini ℥ iiij.
Incidantur pro balneo.

Priusquàm verò insederit, bibit duo cochlearia sequentis aquæ.

℞. *Aq. contra Calculum mea descriptionis* ℥ iij.
fragor.
petrosel.
saxifrag.
heder. terrestr. ana ℥ iß.
Sacch. Candi ℥ j.
Salis ononidis,
chamomill.
Tart. alb. vitriol. ana ℈ ß.
F. Mixtura.

Egressus è balneo æger inunxit regionem utriusque Renis seq. Ungv.

℞. *Ol. Violar.*
amygd. amar.
Lil. alb.
chamomill.
Scorp. ana ℥ vj.
Ungv. rosat. Mes. ℥ iß.
Ceræ q. s. pro Ungvento.

Ad præservationem ordinavi hæc:

℞. *Terebinth. sicc.*
Sacch. Cand. ana ℥ j.
Rhabarb.
Succin præp.
Glyzyrrh.
Ocul. Cancr.
Lucii piscis an. ʒ ß.
F. pulv.

Bis in septimanâ à ʒ j. ad ʒ iß. in brodio carnis.

Hunc processum continuavit æger per unam atque alteram septimanam, & sic, Deo auxiliante, convaluit.

Tria Ὑπομνήματα.

I.

Novi Consulem hujus loci, qui ferè singulis annis circa autumnum pateretur ob Calculum dolorem acerbissimum, qui etiam, quando solveretur, granulatim cum urinâ emingebatur. Hic meo svasu & consilio, usus est Spiritû vini, in quo infusi erant fructûs alkekengi, quo remedio sanus factus est.

II.

Cherusci & Rustici in Arvo aureo, quando Calculum metuunt, præservant se solo liquore Betulæ, qui in vere collectus, utiliter contra Calculum ab ipsis bibitur.

III.

Crollius de Signaturis. Milium Solis candore & rotunditate margaritarum Calculos

culos referens, duritiâ lapideâ cum aliis saxeis feminibus ad comminuendos Calculos valet.

CURATIO V.

DE CALCULO IN METallico.

Quod ferè in omnibus partibus corporis Calculi nascantur & inveniantur, non modò ipsa experientia testatur, verùm etiam id sequenti exemplo ipsemet probare possum. Anno 1634. circa Augustum, venit ad me Metallicus Mansfeldensis conquerens, quòd singulis annis certo tempore Calculi doloribus afficeretur, verùm etiam eo tempore quoque tussiendo simul ejiceret, materiam formam calculi crasso modo contriti referentem. Huic præscripsi sequentia, quæ optimè profuerunt.

℞. *Syrup. d. althæa Fern.* ℥vj.
d. glycyrrh. ℥iſ.
Spec. lithontr. ℥ij.
Aq. Fragor. ℥j.
hederæ terr.
petrosel. ana ℥iij.
Misce, S. vermischter Safft.

℞. *Ungv. dialthææ ana* ℥j.
rosat. Mesues,
Butyri s.s. ana ℥j.
Mucileg. Psyllii.
Rad. althææ ana ℥iſ.
Ol. destill. terebinth. gutt. xx.
anisi gutt. x.
Ceræ parum. F. Ungv.
S. Brustsälblein.

℞. *Decocti specierum pro Clysteribus an.* ℥xij.
Ol. rutæ,
Chamomill.
Lil. alb. ana ℥j.
Scorpion. ℥ij.
Elect. benedict. ℥j.
Vitell. unius ovi,
Salis parum.
F. Clyster. S. Clystier.

Quo injecto multa excrevit, & sic progressis Calculis dolores cesſârunt.

Diæta erat conveniens ei, quam paulò antè descripsimus.

Potus erat Cerevisia juniperina.

Pro præservatione ordinavi in officinâ Northusanâ sequentes pilulas.

℞. *Tereb. Cypr. pellucidæ an.* ℥ ſ.
Rhabarb. omnibus notis prob. & pulver. an. ʒ iij.
Extract. parietar. vel fruct. alkek. ana ℈ j.
Tereb. coque in aqua fragar. donec indurescat.
Formentur pilul. exinde mediocres Nro CCLII. *invol. succin. albi pulveris.*
D. S. Præservirende Steinpillen auff einmal XXI. zu geniessen in Violensafft.

Tria ἐπόμενα.

I.

Quantâ virtute polleat saxifraga in expellendo Calculo, satis notum est: Compertum enim habemus, quòd ad Renum & vesicæ Calculos educendos nihil conducibilius & præstantius, quàm ejus decoctum bibitum, vel ejus semen ad drachmam pulverisatum, in aqua fragorum vel petroselini, vel hederæ terrestris sumptum.

II.

Non minùs verè laudare possum usum radicis Ononidis, quæ in expellendo & conterendo mira præstat; eaq; in Praxi mea feliciter usus sum. Scio enim multos, quibus dedi hoc medicamentum, à Calculi cruciatu liberatos fuisse.

III.

Expertus sum, multos ex usu succi parietariæ, ad scrupulum per aliquot dies jejunè in aqua petroselini bibiti, à sævâ tyrannide Calculi liberatos fuisse.

Notanda.

Etsi Renes & Vesicæ frequentissimum & commodissimum Calculis præbeant receptaculum, quia primæ & secundæ coctionis illa crassa & serosa excrementa familiaritate quadam, nobis incognita, ad se trahunt: attamen certum est, etiam in aliis visceribus corporis Calculos sæpè inventos fuisse. Id quod non modò

modò Autoritate Virorum in Arte medicâ summorum, verùm etiam sequentibus Exemplis & Historiis dignis notatu testatum facio.

Scribit enim Thomas Bartholinus, se vidisse, quòd mulier, non infimæ conditionis, cum tussi ex pulmonibus ejiceret.

De tussi lapideâ videatur Zacutus Lusitanus lib. I. Prax. adm. Observ. 95. & 96. & de Calculis in pulmonibus Platerus lib. I. Observ. Dodonæus cap. 23. Obs.

In mammillis lac lapidescere, autor est Doctissimus Lemnius d. occ. nat. mir. lib. 4. c. 12. Ex lingva eruptum Calculum se vidisse, affirmat Forestus lib. 24. obs. 18. in Schol.

CURATIO VI.

DE CALCULO.

HOnesta Matrona, mihi consangvinitate propinqua, mihi misit urinam, conquesta de dolore circa Renes, membrorumq; omnium debilitate. Urina erit crassa, cum multis arenulis in fundo.

Conjeci igitur non modò adesse Nephritici doloris simulachra, sed principium planè. Antecesserat enim victûs ratio minùs temperata: Vini nondum defecati usus, simul & crudorum ciborum.

A purgantibus incipienda erat cura, uti etiam præscripseram sequentes pilulas purgantes.

℞. *Tart. vitriol.*
Rad. Mechoac.
turbethi ana gr. xv.
Extr. diagrid.
galapiæ ana gr. iiij.
Magist. gumm. gutt. gr. ij.
Ol. Tereb.
Citri ana gutt ij.
F. pilulæ auratæ cum syrup. de parietaria. S. Pillen.

Verùm cum abhorreret à pilulis, præscripsi Nodulũ hunc:

℞. *Rad. 5. aperit. ana* ℨj.
Mechoaçan. ℨ ijs.
Rhabarb. ℨ is.
Fol. sen. s. s. ℨ viij. *vel* ℨ j.

 Cre-

Crem. Tart. ℥ ij.
Sem. anisi,
fœniculi,
petroselini,
Citrull. excor.
Milii Solis ana ʒ ß.
Zingib.
Macis,
Garyoph.
Cinamomi ana ℈ j.

F. ex incisis & contusis Species pro vino, quæ irrorentur guttis vj. Olei Tartari per deliquium facti. Sumsit manè haustum expresso tamen prius Nodulo, jejunet per tres horas: ita tamen, ut horâ unâ elapsâ, sumat aliquot cochlearia brodii carnis vel pulli. Repetatur bis terve.

Post hæc paratum est balneum.

℞. *Herb. althææ,*
meliloti,
malvæ,
parietar. ana M iij.
Mercurial.
violar. ana M j.
Bacc. junip. M iij.
Rad. ononidis,
Lil. alb. ana ℥ j.
Sem. lini,
fœnugr.
petrosel. ana ℥ ß.

Contusa & incisa coquantur in s. q. aquæ pro balneo.

Priusquam ægrota ingrediatur balneum, capiat ipsa duo cochlearia sequentis aquæ.

℞. *Aqu. contra Calculum nostræ descript. ana* ℥ iiß.
fœniculi,
fragar. ana ℥ iß.
parietariæ ℥ ij.
Sal. ononidis,
genistæ,
chamomill.
junip. ana ʒ ß.
Sacch. Candi albi ana ʒ i ß.

M. deinde S. Wasser wider den Grieß.

Egressa è balneo inunxit regionem utriusque Renis sequenti ungvento:

℞. *Butyr. recent.*
Pingved. gall.
anseris,
Ol. amygd. d. ana ℥ ß.
Mucilag. sem. malvæ,
althææ,
Extr. cum aq. malvæ ana ʒ iiß.

Ol.

Ol. Lilior. alb.
chamomill.
anethi,
Scorpion. an. ℥ ſ.
Miſce pro ungvento.

Ad præſervationem præſcriptum eſt tale.

℞. *Spec. diamel.*
lithontr. an. ℥ iſ.
Cryſtall. Tart. an. ℥ ij.
Sangv. hirci præp. an. ℥ j.
Herniariæ ℥ iiſ.
Tartari vitr. ℥ j.
Sacch. Candi alb. an. ℥ vj.
F. pulvis, qui irroretur ſpir. frag. gutt. aliquot.
S. Kräfftiges Grießwaſſer in aqua ononidis zu genieſſen.

Hunc proceſſum ad multas ſeptimanas continuavi, verùm cum minus obſervaret diætam præſcriptam, & ſæpiſſimè uſum medicamentorum negligeret, factum, ut indies malum invaleſceret, inde ego tandem pertæſus curationis, conſilium meum ægrotanti denegavi.

Sed quid fit? poſt biennium iterùm conſulendi causâ me adiit, referens quòd hactenus multorum doctorum Medicorum conſiliis & medicamentis uſa fuiſſet, verùm omnibus ſine proſpero ſucceſſu. Implorat igitur iterum meum conſilium & auxilium, cui petitioni ſequentibus ſatisfeci.

℞. *Rad. liquiriz.*
althææ,
ononidis,
malvæ,
fænic. an. ℥ iij.
Flor. geniſtæ,
violar.
malvæ ana M ſ.
Spec. diamel.
oſſium meſpil. an. ℥ i ſ.
Hordei integri,
Cicer. rubr. an. ℥ vj.
Sem. 4. frig. major. excorticat. ana ℥ iſ.
Gran. alkekengi ℥ j.
Cinam. electi ℥ ſ.
Caricar. pingvium,
Sebeſten ana Nro. viij.
Aq. pluvial. ℔ iij.
fragar. ℔ j.
pimpinellæ ℔ ſ.
Coque in diplomate ad tertiæ part. conſumptionem. Colentur

tur aliquoties, f.l.a. cum sacch. albiss. Claretum.

S. Claret, alle Morgen ein Trunck warmlecht zu geniessen.

Hoc Claretum efficacissimè in humano corpore resolvit Calculum, viasq; urinarias aperit mirabiliter.

Peractâ sic humorum & viarum præparatione has pro purgatione ordinavi pilulas, quibus humores Tartareos, nitrosos & mucilaginosos è partibus, etiam profundissimis, radicitùs educere solemus.

℞. *Mass. pil. Tartar. Quercetani ana* ℈ j.
Extr. mech. s.
gelapiæ ana ℈ ſ.
Sal petrosel.
parietar. ana gr. iij.
Cum spir. tartari f. pil. N. xv.
Involvantur pulv. crem. tartari & glycyr. D. in pyxide.
S. abführende Steinpillen.

℞. *Syr. d. althæ. Fern.* ℥ iſ.
violar. ex succ.
Oxymel squillit. an. ℥ ſ.
Decocti cicer. rubr. an. ℥ iiſ.
Spir. juniper.
frag. ana ʒ iij.
Spir. salis ana ℈ ij.
Misce. S.
Steinsafft des Tages 3 mal.

℞. *Malvæ ac parietar. viridis,*
Raphani ac petrosel. cum toto, an. M j.
Coque in s. q. aquæ puræ & additis trib. cæpis Ol. amygd. d. q. s.
F. Cataplasma.
Extendatur & Renibus applicetur.

Hoc Cataplasma mirificè dolorem Nephriticum sedari, & Calculum elidi, magno successu comperi.

℞. *Nucl. mespil.*
Milii solis,
Sem. bard.
saxifrag.
althææ,
fæniculi,
anisi ana ʒ iiſ.
Crystall. tart. ʒ vj.
Ocul. cancr. an. ʒ ſ.
Sal. ononidis ʒ ſ.
Cinamomi ana ʒ iſ.
Sacch. violati ʒ ii ſ.
F. pulvis. Dosis ʒ j.

super-

superbibendo parum vini juniperini, aut aquæ saxifragæ.

Insessus seu balneum.

℞. *Flor. chamomill.*
meliloti,
anethi,
abrotan.
saxifragæ,
parietar.
Fol. caulium,
althææ,
malvæ ana M iij.
Radic. petrosel.
fœniculi,
ononidis, ana ℥ iij.
Sem. lini,
milii solis ana ℥ iij.
fœnugræc.
anisi,
ameos ana ℥ j.

Bulliant omnia in s.q. aquæ dulcis, & serventur usui pro balneo.

Hiscè & paucis aliis tantum profeci, ut post aliquot menses, cùm se ad mictionem præpararet, Calculum rejiceret, ponderantem unciam unam cum dimidia, verùm paulò pòst hoc subsequente malo, ut ob læsam vesicam urinam, ut anteà, retinere non posset.

Tria ἐπισημ.

I.

Novi quendam virum, qui cùm Hydrope Ascite calculoq; laboraret, mulierculæ cujusdam rusticæ svasu solâ medullâ Sambuci usus est, pauloq; pòst excreto sabulo, seroq; per urinam copiosè indies evacuato, à doloribus Nephriticis & Hydrope liberatus, pristinam sanitatem recuperavit. Ego soleo incisas tateolas medullæ Sambuci infundere in spiritum baccarũ Sambuci, & post quatuordecim dies cum fortissimâ expressione medullæ, colatum ad cochleare unum exhibere, quod remedium etiamsi videtur nullius pretii, attamen multis hactenus profuit.

II.

Ante paucos annos vixit hîc Stolbergæ civis opulentus, qui aliquot annos meâ curâ, & multis medicamentis contra Calculum usus est. Hic

tandem pertæſus medicamentorum ſvaſu meo, per integrũ annum nihil præter herbam petroſelini in juſculis & aliis cibis ſumſit, & ſic liberatus à doloribus Nephriticis & Calculo, uſq; ad extremum halitum ſanus vitam transegit.

III.

Vir quidam inſignis Theologus, cujus nomen hîc honoris ergò omitto, olim obſervavit, quòd ſequens remedium ſit certiſſimum & infallibile. Recepit nimirum Vinum baccarum juniperi, aquas petroſelini, ſaxifragæ & fragorum, ana ad partes æquales, mixta & obdurata ad ſolem per menſem expoſuit, de expoſitis poſtea ſumſit manè & veſperi, ſingulis vicibus, tres vel quatuor lotones.

Notanda.

In præcedenti Capite memini, quod in qualibet parte corporis humani naſcerentur Calculi, cujus rei non modò teſtes ſunt Clariſſimi Medici, quos ſuprà citavi, verùm etiam hoc ulterius probare poſſum, ſequenti exemplo, quod nuperrimè hic accidit, & ego ipſe vidi vetulæ cuidam, quæ in Noſocomio noſtro Stolbergenſi alebatur, ſubortum fuit tuberculum, primò exiguum admodum, ſub lingva, ſine aliquô effatu digno dolore, quod poſtea paulatim incrementum ſumens, ad ovi anſerini magnitudinem pervenit, unde exquiſitior doloris ſenſus, cum ingenti deglutionis difficultate. Tumor erat valdè durus & renitens. Hunc cum jam per integrum annum paſſa fuiſſet, operâ noſtri Chirurgi tandem cæpit uti, qui licet (ut ipſamet mihi confeſſa eſt) exterius variis linimentis & emplaſtris emollientibus uſus fuiſſet, tùm etiam Gargariſmis, nullo tamen ingenio tumorem hunc emollire potuit. Accidit aliquando, ut facto in illo foramine exiguo, multum purulentæ materiæ effluxerit, adeò fœtidæ, ut nemo propè mulierem conſiſtere poſſet, propter abominandam graveolentiã puris.

puris. Tandem cùm noster Chirurgus vidisset, se inanem lusisse operam, nihilque curâ suâ profecisse, medicationem relinquere coactus fuit. Sed vix triduo elapso, à desertione istius curę, ecce abscessus spontè rumpitur, nihilque puris egreditur, sed ejus loco, lapis oblongus, subcinereus, pyramidali quasi formâ, & durissimus, quo expulso, Vetula postea optimè habuit.

Forma & magnitudo hujus lapidis hæc erat.



Tria ἐπόρισμα.

I.

Quantam vim habeat decoctū & insessus nobilis illius herbæ chamomillæ, non modo confirmant Dioscorides, Forestus, & Castor Durantes; verùm etiam ipsemet testari possum, me multos, quibus exhibui hoc decoctum, ipsiusq; insessum svasi, curâsse, ejusq; dolores placâsse.

II.

Bibliopega Northusanus, vir sexagenarius, ad comminuendum Calculum, & dolores ipsius placandum, utebatur frequentissimè Spiritu Salis, aliquando etiam Spiritu Vitrioli in brodio, verùm infelici succesſû; nam, quia fortasſè habebat exulceratos Renes, quotidiè exacerbabantur dolores. Hic cùm à me consilium & auxilium efflagitâret, svasi, ut sæpè usurparet Syrupum de Althæa Fernelii, aliquando etiam Pilulas de Terebinthina, ex cujus usu post tres vel quatuor menses dolores remiserunt, & ægrotus à Calculo liberatus, pristinæ valetudini restitutus est.

III.

Nullum certè præsentius remedium ad Renum vitia, difficultates urinæ & arenulas expellendas, in Curiâ Medicâ, ligno Nephritico, cujus usus est talis.

Ego macero lignum affu-

 latim

latim & imminutim concisum, in calidâ aquâ petroselini & hederæ terrestris, tamdiu donec cæruleum colorem cõtrahat, quod fit intra tres vel quatuor dies, postea sumitur manè & vesperi de eo singulis vicibus bonus haustus.

CURATIO VII.

DE DOLORE INSIGNI Nephritico cum ingentibus vomitionibus.

UXor N. N. corripiebatur verno tempore insigni dolore Nephritico sinistri Renis, cui conjungebatur stupor cruris ejusdem lateris, anxietas ventriculi & vomitûs ingentes, unà cum febricula. Accersitur Medicus N. N. hic dolorem Colicum à Nephritico discernere, planè ignarus falsò putat, hunc affectum esse Colicam; præscribit ergò varia medicamenta, quibus uti solemus in Colica; verùm infelici successû, hinc res tandem eò deveniebat, ut quilibet de ægrotæ vitâ desperaret.

Maritus ita in magnis angustiis versans, me vocari curat, ego adveniens ex relatione adstantium facilè Medici errorem in medendo deprehendi, hinc de Clystere, sine morâ, injiciendo mentionem facio, qui erat sequens:

℞. *Radic. malvæ,*
lilior. alb. ana ℥j.
Herb. parietar.
malvæ,
veronic. ana Mj.
Flor. chamomill.
meliloti,
sambuci, ana p.j.
Sem. lini,
malvæ,
fænugræc. ana ℥j.
Coque in aqua communi pro ℔ j. aquæ.
Colaturæ adde
Mell. rosat. colat. ℥j.
Ol. amygd. d. an. ℥ ij.
chamomill. ana ℥ j.
Misce. F. Clyster.

Qui applicatus, mox iterum talis, qualis injectus fuerat, excernebatur, nullâ aliâ alvi solutione

lutione subsequente. Sub vesperam igitur, denuo sequens priori non absimilis, injiciebatur.

℞. *Radic. althæ. an.* ℥ iß.
petrosel. ℥ ß.
Herb. parietar.
veronic. ana M iij.
malvæ,
violar. ana M j.
Flor. chamom. p. ij.
Sem. lini an. ℥ iß.
anisi an. ʒ iij.
Coque in aqua pro ℔ j.
Colatur. adde
Elect. benedict. laxat. ℥ j.
diacathol.
hieræ s. ana ʒ iij.
Ol. amygd. d. ℥ iß.
chamomillæ ana ℥ j.
amygd. amar. ℥ ß.
salis gemmæ ʒ j.
Misce pro Enemate.

Semel tantum inde alvus mota fuit, excretis multis pituitosis ac mucilaginosis humoribus, cum magna alleviatione, & doloris remissione. Verùm post quatuor horas dolores denuò recrudescere, calor febrilis augescere, viresque debiliores fieri cæperunt. Dolori itaq; mitigando, Cataplasma hoc destinavi.

℞. *Herb. parietar.* M ij.
malvæ M j.
Coque in aqua, cocta pistētur,
Adde cæpas Nro. ij. *sub cineribus coctas,*
Farin. sem. lini,
Ol. scorp. ana ℥ ß.
amygd. d. q. s.
Misce. Fiat Emplastrum.

Diligenter ipsi applicabatur calidè cum pannis linteis conduplicatis. Verùm absque insigni utilitate; dolor enim minimè remissior fiebat, sed potiùs intendebatur magis, quem tamen ultimò, cùm vires supra modum dejiceret, sedavimus ac edomuimus clava Nepenthes Paracelsæi.

℞. *Laud. opiat.* gr. iij.
Extr. Rhabar. gr. ij.
Ol. cinamom. gutt. j.
F. pil. Nro. iij.

Horâ v. matutinâ has pilulas sumsit, sed nec sic dolor sedatus fuit. Easdem igitur horâ x. pomeridianâ, sed in majori dosi deglutiendas illi obtuli.

Post sesquihoram à sumtione harum pilularum incidit in somnum svavem durantem ferè quadrihorium, à quo experrecta nihil doloris amplius sensit, sed visa nunc sibi fuit optimè habere. Verùm non diu duravit hæc felicitas. Circa sextam enim vespertinam, rediere dolores, longè graviores & atrociores prioribus, ob Calculum jam à Rene protrusum, & ureteri sinistro impactum, quod cùm animadverterem, ilicò fotum emollientem adhiberi jussi, dolorem simul lenientem, & vias dilatantem, quo Calculus ex uretere in vesicam eò facilius descendere posset.

℞. *Radic. althaeæ,*
lilior. alb. ana ℥ j.
Herb. parietar. M. iij.
Chamomill.
meliloti ana M j.
Bacc. junip. an. ℥ vj.
Sem. lini an. ℥ j.

Concidantur, & coquantur in aqua puteoli, spongiâ hoc decocto madefacta & imbuta foveatur pars affecta, quinquies vel sexies.

A fotû verò, linimento sequenti substantiam Renis emolliente, cutem, musculos & ureteres dilatante, dolorem mulcendo, inuncta fuit.

℞. *Ol. amygd. d.* ℥ j.
Chamomill.
Scorpion. ana ℥ ſ.
Pingv. gallin. ℥ v.
Spir. terebinth. ℈ j.
Croci gr. viij.
Opii gr. x.
Ceræ parum.
F. linimentum.

Laudabat vehementer hoc linimentum, quo plus reliquis omnibus se adjutam dicebat. Manè enim sequentis diei, viis nunc sufficienter factis lubricis & dilatatis, cum maximo cruciatu Calculus in uretere sinistro impactus in vesicam descendit, & unà cum urina exiit, magnitudine fabæ minoris, colore candidus, & substantiæ asper admodum & durus. Atq; sic multo labore, singulari Dei clementia, à Nephritico isto dolore trium septimanarum spacio liberata fuit.

Notan-

Notanda.

Medicum, qui Calculum curare suscipit, oportet diligenter signa Calculi inquirere, ne pro Calculo Colicam, vel pro Colica Calculum curet. Lubet igitur hîc paucis, in gratiam juniorum Medicorũ, doloris Colici & Nephritici discrimen annotare.

Difficile est dolorem Colicum discernere à Nephritico dolore, ita ut Galenus ipse se deceptum fateatur, 2. de loc. affect. c. 5. & 6. de loc. aff. c. 2.

Communia enim sunt quędam utrique dolori, nimirum dolor abdominis, nausea, vomitus, alvi constipatio, dolor dorsi; impotentia corpus flectendi; quæ tamen ipsa in dolore differunt, & præterea signa quædam utrique affectui propria sunt.

Dolor enim in intestinis est pungitivus & intensior: in Renibus gravativus & remissior. Deinde Colicus dolor amplũ spacium occupat, Nephriticus angustum. Tertiò, dolor Colicus ductum intestini Coli sequitur, ut modò dictum.

Nephriticus semper in eadem parte permanet, & qui Calculo è Renibus promoto accidit, à supernis ad inferiora descendit versus pubem, secundùm ductum ureterum, & semper à dorso incipit, & ad posteriores potius partes circa spinam vergit, sicut Colicus magis ad anteriores, qui & in loco renibus alteriore consistit.

Quartò, dolor Colicus cibo assumto intenditur; quia ventriculus repletus colum comprimit; Nephriticus verò augetur cibo ad inferiora descendente, intestinis renes prementibus.

Quintò, Colicus dolor non in uno loco fixus est, sed vagabundus; Nephriticus in uno loco stabilis, donec Calculus secundùm ureteris ductum in vesicam delabitur. Vomitus quoque, nausea, alvi adstrictio, in dolori Colico vehementiora sunt, citiusq; adveniunt; in Nephritide graviùs affligit dolor dorsi & crurum, ac flectendi

di & erigendi corpus impotentia, propterea quod intestina magis cum ventriculo sunt conjuncta; renes cum dorso ac cruribus.

Propria verò Nephritici doloris signa sunt arenulæ & calculi excreti; urinæ in substantiæ; colore & contentis mutatio, stupor femoris è directo affectu renis. Hæc ergò signa si absint, dolor colicus indicatur. Deinde dolor Nephriticus lenitur arenularum, calculi, urinæ crassæ, & sabulosæ mictione; Colicus verò vomitû vel alvi dejectione. Nephritici initiò aqueas & puras urinas reddunt, postea inæquale quid in iis subsidet, tandem arenosum. Colici verò flatulosum, quid per alvum dejiciunt.

Εὐπόρισα.

I.

Vetula quædam septuagenaria in pago Breitenstein/ingenti dolore nephritico vexabatur, à quo ut liberaretur, ad me misit filium suum qui me consuleret. Ego suasi, ut aliquot septimanas biberet de Herba Melilot. alb. quod cùm aliquoties fecisset, multos minutos calculos albos unà cum urinâ excrevit, & hoc pacto rectiùs imposterum habuit.

II.

Alia mulier, nata quinquaginta annos, diu afflicta fuit doloribus Nephriticis, multas arenulas rubras cum urina excernens. Ad cujus quidem curationem, tùm & præcautionem in futurum ego dedi illi tale consilium. Ut Aqua Alkekengi ad multos dies uteretur, quâ ritè usurpatâ, vix elapso unius mensis spacio, ab hoc malo libera evasit.

III.

Mirè commendant Christophorus Wirsungius & Q. Apollinaris, usum aquæ Nasturtii, quod & ego multoties expertus verè testari possũ. Scio enim multos ab ejus usû à Calculo ejusdemq; doloribus liberatos fuisse.

CURA-

CURATIO VIII.

DE DOLORE NEPHRI-tico in gravida.

DOmini N. N. Consul. lis Reipubl. N. Conjux, jam per octo ferè menses gravida, repentino dolore Nephritico corripiebatur, quem comitabantur stupor pedis, vomitus insignis, nausea summa, seu dejecta appetentia. Dolor adeò atrox erat, ut quoties vel levissime sese in lecto movebat, aut in aliud latus se volvebat, toties Lipothymia ipsam prehenderet. Ego sub vesperam ad eam vocatus, renes hoc linimento dolentes calidè inungi jubeo.

℞. *Ungv. Althæ.* ℥ij.
Ol. Lil. alb. ℥ß.
amygd. d.
Chamom. ana ℥j.
Medull. Cerv. ℥iß.
Pingv. Gall. ℥ß.
Spir. Terebinth. ℥j.
Ol. ter. stillat. gutt. xv.
Croci gutt. vij.
Ceræ pauxill.
Misce. F. Linimentum.

Ob doloris illius atrocitatem, valdè exhauriebatur viribus; ad has igitur reficiendas & instaurandas mando, ut crebrò, aliquot sequentium Rotularum ipsi exhiberentur.

℞. *Spec. aromat.*
Ros. ℥iß.
Magist. Corall. ℥j.
Sal. perlar. ℈ij.
Sal. cinam. ℈j.
Sacch. albiss. ℥ij.
dissol. in aq. Ros. & Cinam.
F. Conf. in Rotulis.

Hiscè meliusculè habuit, sedato omni dolore. Verùm hæc ipsius felicitas non diu duravit. Post sextum enim diem repentè recruduêre dolores, æquè atroces, ac priores, ad quos demulcendos cùm jam nihil conferre videretur præcedens linimentum, ad usum Clysteris nobis necessariò recurrendum. Tale itaq; ipsi injiciebatur Enema.

℞. *Rad. Alth.*
Lilior. ana ℥vj.
Herb. pariet. M iß.
veron.

malvæ ana M j.
Flor. chamomill.
meliloti,
genist. ana p. j.
Sem. Lini,
fœnugr. ana ℥ vj.
anis.
cymin. ana ℥ ij.
Coqu. in s. q. aq. pro ℔ j.
Colaturæ add.
Mell. rosat. colat. ℥ iß.
Ol. amygd. d. ℥ ij.
chamom. ℥ j.
Sacch. rubr. ℥ iij.
Sal. comm. ℥ j.
Misc. F. Enema.

Retinuit per sesquihoram Enema istud, & postea multa squibala dejecit, unde paulò post sedato dolore, noctè sequenti optimè dormivit. Manè cùm expergisceret, & mingeret, simul excreti sunt cum urinâ multi parvuli Calculi, coloris cineritii, & sic convaluit.

Notanda.

Paulò antè memini quarundam arenularum, coloris cineritii, quod ansam mihi præbet, & de colore, forma & magnitudine Calculorum aliquid dicam: Differentiæ autem Calculorum, quòd hujus vel talis coloris, vel formę sint, vel quòd quidam durus, quidam mollis, alius frangibilis & substantiâ arenosâ, & facillimè dissolubilis, alius dissolutioni omninò resistens; vel quòd alius rotundus, alius oblongus, quidam angularis, spinosus, quidam magis æqualis, modò unus, modò plures hinc exoritur, ut ex sequentibus patebit. Ii qui ortum trahunt in vesica, plerunque cæteros magnitudine superare solent, modo ovo gallinæ majores apparentes, propter loci cavitatem & amplitudinē, sunt plerunq; rotundi, aliquando oblongi, etiam coloris albi, aliquando cineritii. In Renibus qui existunt, exeunt vel in forma arenularum, aliquando in magnitudine lentis vel fabæ, vel sunt majores, plerunque rufi, quia calor in Renibus est vehementior, quàm in Vesica, præ cæteris asperi inferentes duris-

durissimos dolores, plerumq; figuram sumunt à Renum situ. In Ureteribus inveniuntur oblongi, parvi instar prunorum, modò angulares & spinosi, ob nitrosam urinā transeuntem. Lapides pulmonum grando dicuntur, quia grandini assimulantur, in duritie & substantia. Et hæc de forma, magnitudine & colore Calculorum jam dicta sufficiant.

Σπόρισμ.

I.

Erasmus Gasman Præfecturæ Heringensis Quæstor, vir doctus & verè candidus, olim affligebatur sæpissimè dolorib. Nephriticis, & quamvis uteretur consiliis multorūm Medicorum, eorumque medicamenta ritè usurparet, attamen omnia erant irrita. Tandem in consilium ego vocatus svadeo, ut lapide Nephritico, qui ad nos ex America defertur, uteretur, suspenso de collo, ut nodus tangeret cavum cordis, quod cùm factū, statim admirandam virtutem hujus lapidis sensit; nam in initio multos, non solūm per canales urinarias, verumetiam per alvum fæcibus intestinorum permistos calculos valenter expulit: verùm quia longo tempore gestatus, vias urinarias deducendo ad eas humores pituitosos, crassos & viscidos deobstruit, & interdum introducit, consilium meum de hoc fuit, ut per intervalla lapis hic à corpore removeretur, iterumque necessitate exigente applicaretur. Quibus sic usurpatis tandem optimè habuit.

II.

Matthiolus comm. in lib. 6 cap. 74. Dioscoridis. Expertus sum, tanquam excellens medicamentum & Alexipharmacum, Spiritum vitrioli rectificatum, ad gutt. viij. cum aquâ Agrimonii dari iis, qui Calculo laborant, vel ad ciendam urinam iis, quibus supprimitur. Quod Thomas Iordanus, Horatius Augenius, Quercetanus, & multi alii confirmant.

III.

Ante aliquot annos mihi N.N. Patricius Magdeburgensis retulit, se olim multum adjutum fuisse usu lapidum percarum. Cujus rei fidem faciunt Gesnerus, Christianus Encelius, Rondeletius, & multi alii.

CURATIO IX.

DE DOLORE NEPHRITICO *in puerulo.*

Filiolus tredecim mensium, Domini N.N. Consulis, Calculo Renum laborabat, quem manifestabant suppressio urinæ seu stillicidium, & arenulæ subrubræ quamplurimæ in fundo matulæ subsidentes, lancinans dolor lateris dextri, cui manus subinde puerulus admovebat, eo ipso, quasi indicaturus (cũ fari non posset) locum affectum in Rene dextro. Exercebat quoq; ipsum quatriduanus vomitus, quo omnia tùm esculenta tùm potulenta per os ejiciebat. Hunc postea excipiebat gravis diarrhæa, quâ multa liquida & flava ejiciebantur, cũ virium insigni debilitate, subindè plorabat, omnẽ cibum abhorrens, nec somnũ ullum capiens, superveniebat quoq; levis quædam febricula adjunctam habens sitim & faucium exsiccationem seu ariditatem. In consilium prius adhibitus erat Medicus, hujus urbis non inexpertus, qui hunc morbum pro dentitione habuit, & ob id ejusmodi medicamentis, dentitioni propriè conferentibus, cum curare satêgit, verùm cùm cura non procederet, Ego tandem ad curam morbifici hujus affectûs vocor, cumq; adveniens puerulum in cunis miserè jactari, & torqueri viderem, totoq; corpore valdè æstuare, ac liquida multa per alvum dejicere, Diarrhæa illum laborare pronunciavi; Jubeo itaq; statim ei hunc Clysterem injici,

℞. *Rad. Gram.*
Pæon. ana ℥ iß.
Cich.

Cichor. ℥ j.
Herb.Endiv.
absinth.
Eupath.ana M j.
Flor.Chamom.
melilot.
viol. ana p. j.
Sem.Cucum.
Melon.ana ℥ iſ.
aniſ. ℥ j.
Coqu.in ſ.q. Aq.hord.pro ℥ iij.
Colat. add.
Mell.roſat.col. ℥ iiſ.
Ol.Chamom. ℥ ſ.
Sacchar.rubr. ℥ j.
Miſc. F.Clyſter.

Hujus Clyſteris injectio multùm ei profuit; dolor enim nonnihil ſedabatur, calor internus corporis foràs protrudebatur, ac noctu placidus ſomnus ſubſequebatur. Rogatus itaq; à parentibus, ut alium Clyſterem ei ordinarem, cùm prior tantoperè profuiſſet, hunc conſtitui.

℞. *Rad. Gram.* ℥ iſ.
Cichor. ℥ j.
Herb. agrim.
Lactuc.
abſinth. ana M j.
Flor.Chamom.
Roſ.rubr.
viol. ana p. j.
Sem.Daucii,
aniſi,ana ℥ j.
plantag.
Endiv.ana ℥ ſ.
Coque in ſ.q. Aq.hord.pro ℥ iij.
Colat. add.
Mell.roſat.col. ℥ iij.
Ol. viol. ℥ ij.
Chamom.
Roſar.ana ℥ iſ.
Sacch.rubr. ℥ iſ.
Miſc. F. Clyſter.

Injiciebatur horâ ſecundâ noctis hoc Enema, eductis indè multis bilioſis & aduſtis humoribus, qui torminibus ventris cauſam præbebant; Ad æſtum corporis contemperandum, frequenter cochleare unum de ſequenti mixturâ ei dari juſſi.

℞. *Aqu.Endiv.*
Cichor.ana ℥ j.
Syr. de Granat. ℥ ſ.
Magiſt.Corall. ℈ j.
Miſc.

Hiſce nonnihil calor mitigabatur, vomitusq; reprimebatur

batur. Flatibus adhuc intestina valdè distendebantur, undè puerulo continuè dolores & clamores, quod patuit ex applicatione secundi Clysteris, ubi flatûs tantâ erupêre copia, ut ferè injectionem liquoris repellerent; Hisce igitur quæsitum fuit remedium, impositione Sacculi sequentis Carminativi supra inferiorem ventris regionem.

℞. *Herb. absinth.*
menth. ana M j ſ.
Flor. Chamom.
Rosar. rubr. ana P j.
Mastich. ʒ i ſ.
Cort. citr. exsicc. ʒ j.
Calam. aromat. ℈ ij.
Cinamomi,
Nuc. moschat.
Caryoph. ana ℈ j.
Corall. rubr. præp. ʒ ſ.
Spec. dianis. ℈ j.

Pulverisanda pulverisentur, & cum Syndone rubra F. Sacculus interpunctus, qui vino calido irroratus, ponatur supra umbilicum. Cessârunt nonnihil flatûs, ac meliusculè puer indè habuit, sed quia debilis valdè erat, ideò de his aquis subindè parùm ei dare jussi.

℞. *Aqu. Buglos.*
Carduibened. ana ℥ j.
Cinamomi ℥ iij.
Syr. de acetos. Citr. ʒ ſ.
Magist. perl. ana ℈ j.
Misc.

Octavo die doloribus recrudescentibus omnia periculi plena visa sunt; Puer enim continuò ejulabat, ac miserè hinc indè se contorquebat, ullum neque cibum neque medicamentum amplius admittens, æstu quoq; totius corporis supra modum increscente. In hoc casu, dum anxius delibero de idonei remedii applicatione, quo aliquid juvaminis adfertur, audio, puerum per tres ferè dies nihil ferè lotii emisisse, & quod exiit, guttatim tantum stillâsse, subsidentibus simul in fundo matulæ plurimis arenulis rubris. Undè ego in veram cognitionem morbi adductus, de Calculo judicavi, idque eò magis, cùm utrumque parentem scirem

rem eidem affectioni frequenter obnoxium. Conceptâ itaque bonâ spe prosperæ medicationis, Clysterem hunc ad demulcendum dolorem, & saburram ventris subducendam, illicò injiciendum ei mandavi:

℞. *Rad. Alth.*
Lilior. ana ℥ iß.
Herb. malvæ,
agrimon,
veron,
absinth. ana M ß.
Flor. chamom.
melilot. ana p. j.
Sem. lini, ʒ iij,
Carvi ana ʒ j.
Coqu. in s. q. Aq. hord. pro ℥ iij,
Colatur. add.
Mell. rosat. col. ana ʒ iij.
Ol. Chamom. ℥ ß.
Lilior. ʒ ij.
Sacch. rub. ana ʒ ij.
Vitell. ov. Nro j.
Misc. F. Clyster.

Hic Clyster injectus, ultra Cantharum (quod maximoperè mirandum) materiæ partim glutinosæ, limosæ ac viscidæ, partim nigræ adustæ eduxit, ita ut miraculi instar puer ab atrocibus doloribus istis, eo ipso quasi momento liberatus, melius posteà dormiverit, quietiùs egerit, cibum, quem anteà valdè abhorrebat, ultrò poposcerit, & in omnibus rectiùs se habuerit. Et quamvis ulteriori remedio non videbatur indigêre, tamen, ne reverteretur malum, præservationis gratiâ, renem dextrum fomiſecus inungi jussi hoc linimento.

℞. *Ol. Amygd. d.*
Lil. alb. ana ℥ ß.
Pingv. gall. an. ʒ ij.
Ungv. dialth. ʒ iij.
Spir. Tereb. ℈ j.
Ceræ parum.
M. F. Linimentum.

Oculos valdè rubentes puer adhuc habebat, ob continuos ejulatûs ac lacrymas, quas atrocissimi illi dolores Nephritici ei expresserant, ad quos præscripsi ei sequentes aquas.

℞. *Aqu. Rosar.*
Euphrag. ana ʒ j.

Fænic.

Fænic.
Verb. ana ℥ ſ.
Miſc.

Linteum molle madefactum hisce aquis aliquoties oculis imponatur. Et hisce remediis, deſperatiſſimus puerulus, Dei nutû, & artis auxilio convaluit.

Notanda.

Aliquando accidit, ut medicamentis Calculus minimè comminuatur, aut expellatur, hinc ad Chirurgiam vel ſectionem calculoſi confugiant, neceſſitas imperat: ut ex Hippocrate videre eſt, de internis affectibus. Sed cùm iſta ſectio maximò cum periculo conjuncta ſit, imò adeò periculoſa, ut nonnulli mortem oppetere, quàm huic operationi ſe ſubjicere malint: attamen multi hodiè reperiuntur, qui iniſtâ operatione peragendâ tam formiduloſi non ſunt, ut qui non ſolùm pueris & adoleſcentibus, ſed & viris & ſenibus feliciter ſectione Calculum extrahunt: cujus rei Paræus lib. 24. cap. 19. hanc hiſtoriam citat. Fuit quidam latro, cui cùm jam morti adjudicatus eſſet, concedente Magiſtratû ob inſtantem petitionem Medicorum Lutetianorum, venter apertus, quò lapis, quo quotidiè cum incredibili dolore tunc temporis affligebatur, perquireretur, & locus lapidis obſervaretur. Repoſitis inteſtinis vulnus conſutum fuit, ipſe verò ſanitatem adeptus eſt, ſententiâ, quâ morti erat adjudicatus remiſsâ. Quomodo autem hic modus efficiatur, noſtrum inſtitutum non eſt pluribus hîc deſcribere. Qui de eâ re plura ſcire deſiderat, poteſt conſulere Inſtitut. majores Clariſſ. Sennerti, lib. 5. part. 2. ſect. 2. c. 13.

Quomodò autem extractio Calculi fiat ab Ægyptiis ſine inciſione, deſcribit Proſper Alpinus de Medicina Ægyptiorum, lib. 3. cap. 14. Atq; hac de operatione Chirurgica in Calculo dicta ſint.

Σπόγγος.

Ἀπόρεσις.

I.

Vir quidam pauper, in Xenodochio vitam transigens, Hans Köhler dictus, multos annos perpessus fuit Nephritidem, & Renum calculos, non sine magno dolore. Huic, postquam multis incassum fuisset usus, meorum experimentorum aliquod antidotum petenti, dedi Herbam, hederam terrestrem dictam, ut in vino Rhenano macerarct, & de infusione postea ad ℥ ij. in curatione biberet, in præservatione verò ad ℥ i ſ. Quo vili medicamento calculos multos exclusit, & ab omni Nephritide & Renum Calculo liber, & securus factus est. Deo sit laus & æterna gloria.

II.

Multi valdè commendant grana milii Solis, & quidem propter signaturam, & præ cęteris Crollius ita dicens: Milium Solis, candore & rotunditate margaritarum, referens duritie lapidea cum aliis seminibus saxeis ad comminuendos Calculos valet.

III.

Quidam utuntur cum magno juvamine succo herbæ parietariæ vel portulacæ. Recipiunt nimirum succum portulacæ, eum resiccatum in Catapotia redigunt, & ad drachmam exhibent: ad miraculum usque lapidem expellit. Confert autem hoc remedium calidioribus naturis.

CURATIO X.

DE CALCULO CUM Lipothymiâ.

Uxor Domini Caspari N. quadragenariâ major, Calculi dolore acerbo tentabatur, cum stupore dextri cruris, vomitû, anorexiâ, ac lypothymiâ crebrâ: Ad quam curandam cùm ego circa 6. vespertinam vocarer, ad demulcendum dolorem, illicò hoc linimento

 locum

locum dolentem eam inungere calidè jubeo.

℞. *Ungv. dialth.* ℥ iſ.
Ol. Chamom.
Lil. alb.
amygd. d.
Scorp. ana ℥ j.
Spir. Terebinth. ʒ ſ.
Ol. cer. ſtillat. ℈ j.
Juniperi deſt. ℈ ſ.
Croci gr. vj.
Ceræ q. ſ.
Miſc. F. Linimentum.

Cùm bis ſeſe inunxiſſet, dolor omnis protinus evanuit: Verùm interpoſitis duobus diebus, dolor recruduit, ad quem leniendum licet jam dicto linimento iterum uteretur, nihil tamen eo adjuta fuit.

Ordinavi itaque illi hoc Enema:

℞. *Rad. alth.*
lilior. ana ℥ vj.
Herb. parietar.
veron.
malv. ana M iſ.
Flor. Chamomill.
melilot. ana P. ij.
Sem. Lini,
fænugr. ana ℥ j.
Aniſi,
Cum. ana ℥ iſ.
Coqu. in ſ. q. aquæ pro ℔ j.
Colatur. add.
Bened. laxat. ana ℥ vj.
Diaphænic. ℥ iij.
Ol. Chamomill.
amygd. d. ana ℥ j.
lil. alb. ʒ ſ.
Sal. commun. ʒ j.
Miſc. F. Clyſter.

Mirificè profuit hic Clyſter; Poſt ſesquihoram enim excretâ ingenti colluvie pituitoſorum ac viſcoſorum humorũ, à dolore omni liberatus eſt. Poſtridiè tamen cùm melius omninò haberet pro purgatione corporis ſequens ei obtuli.

℞. *Extract. noſt. cathol.* gr. vij.
Magiſt. gum. de Peru gr. ij.
Diagr. ſulphurat. gr. iij.
Ol. ſtillat. junip. gutt. ij.
F. Pilul. Nro. ax.
D. S. Pillen.

Occultentur in pulpa prunorum, de prunellis, quinquies multa viſcida excrevit: Poſt purgationem hauſit hoc ſudoriferum.

℞. *Aq.*

℞ Aqu. Rutæ ana ℥ ß.
Card. bened. ℥ ß.
Spir. Tart. ʒ j.
Extr. junip. ʒ ß.
Sal. Tart. ℈ j.
Syr. de succ. Card. bened. ℥ iij.
Misc. pro potione.

Post quatriduum à sumto sudorifero, denuò præcedens Extractum Catholicum usurpavit, & sic non ampliùs rediêre dolores illi Nephritici.

Notanda.

Disputatio magna est inter Medicos, & ardua quæstio, num conducat in Calculo vomitum movere. Pleriq;, quibus ego etiam assentior, sic sentiunt: Vomitum potiùs pro præservatione, quàm curatione Nephritidis convenire, siquidem dolor urgens in hoc facto, videtur potiùs postulare Anodyna ac emollientia, quàm vomitiva, idque eô magis, cùm natura vi morbi excitata, suâ sponte, ut plurimùm hoc genus vacuationis molitur. Si qui tamen sunt Cacochymici, quorum ventriculus refertus est pravorum succorum copiâ, quiq; naturalem propensionem habent ad vomendum, in illis non omnem vomitûs provocationem prohibemus, sed potiùs eandem laudamus ac approbamus, maximè si natura proclivis admodum sit, in hac evacuatione perficienda.

Εὐπόριστα.

I.

Cancellarius *Wernigerodanus* N. N. in anno aliquoties afficiebatur Calculo, cum intollerabili lumborum dolore, ac urinæ difficultate. Hic utebatur consiliis variorum Clariss. Medicorum nullis sumptibus parcens, verùm sine prospero successu; Ego vocatus tento tentanda, & præscribo præscribenda, verùm quamvis sedulò uteretur præscriptis medicamentis, diætam in omnibus observans, tamen sine ullo juvamine. Tandem svadeo, ut uteretur pro quotidiano potû Cerevi-

siâ Numburgensi, quæ vim habet resolvendi & expellendi calculum, & laxandi alvum. Quod cùm fecisset, excrevit ingentem colluviem pituitosorum ac viscidorum humorum, & sic ab omni dolore liberatus est. Cujus bonitatis etiam est Cerevisia nostra Stolbergensis, quâ ipsemet multis annis magno cum corporis incremento usus sum, & adhuc utor, observans præterea, omnes & singulos, qui illam Cerevisiam biberunt, hactenus à Calculo & Podagrâ immunes fuisse.

II.

Multos hactenus juvi, debitis præmissis, in hoc affectû, quod sanctè testari possum, Elixiri juniperino, cujus descriptionem invenies in appendice hujus Tractatûs, quod hîc omnibus praxin adeuntibus Medicis maximopere cómendatum volo.

III.

Concludo jam nunc hanc decimam Curationem, non à summis labris, sed ex imis Cordis penetralib⁹ comprecans atque exoptans, ut, sicuti hactenus summus ille Medicorum Medicus consilio & auxilio per Spiritum suum Sanctum mihi adfuit, ita etiam meos conatûs in medendo imposterum dirigere, & in salutem & sanitatem proximi, & ægrorum meorum fortunare velit.

APPEN-

Appendix Huius Tractatus.

Accidit non rarò, ut ii, qui Calculo afficiuntur, aliquando incidant in ſuppreſſionem Urinæ, quorum exempla in Praxi meâ non pauca vidi, & in his decem curationibus aliquoties mihi contigit; Ut igitur habeant novitji Medicinæ Studioſi quandam manuductionem, quomodo huic affectui ſuccurrendum, & ne quid deſit in hoc meo Tractatu, quod ad Calculum expellendum, & urinam promovendum confert, lubet in ſequentibus decem Obſervationes Curationum de Suppreſſione Urinæ enarrare, quas in Praxi meâ feliciter, adjuvante Deo, annotavi & obſervavi.

I.

DE SUPPRESSIONE Urinæ in puerulo.

Cujusdam lanionis filiólus, puerulus novem mēſium, urinæ ſuppreſſione afficiebatur ex obſtructis Renibus à tartareâ ſeu mucilaginosâ materiâ. Aderat etiam, cùm impelleretur ad mingendum, dolor atrociſſimus, quem non niſi ejulatibus continuis exprimere potuit: Hunc divinâ gratiâ ſic adjuvare conatus ſum.

℞. *Ungv. dialth.* ℥ iſ.
Pingv. gall. ℥ j.
Ol. Scorp.
lil. alb. ana ℥ ſ.
Chæref. deſt. gutt. x.
Ceræ parum.
F. Ungventum.

Hoc Ungvento ter in die inunxit calidè regionem veſicæ. Ex hoc medicamento bis tantùm uſurpato, adhuc eo die circa veſperam, liberè citra ullū dolorē urinā aliquoties reddidit.

II.
DE RETENTIONE URInæ in puellâ.

SOroris meæ filiola tredecim hebdomadas nata, ex materiâ tartareâ vel mucilaginosâ vesicæ collo impactâ, incurrebat urinæ retentionem; unde dolor ingens, inquietudo, vigiliæ, clamor ac ejulatûs continui. Huic ut suppetias mea arte ferrem, jussi parare balneum ex sequentibus herbis.

℞. *Flor. malv.*
chamom.
melilot.
samb. ana M ij.
Incid. & misc. & utere.

A lotione, regio vesicæ Ol. Chamom. lilior. alb. & Scorp. calid. inungebatur, superimposito panno linteo duplicato, quâ inunctione bis tantummodò facta, urina cursũ suum naturalem retinuit.

III.
DE DIFFICULTATE Urinæ in Sene.

DOminus N.N. Vir septuagenarius, per triduum Urinæ suppressione laborabat, à qua ut liberaretur, varios pulveres & aquas stillatitias sumsit, sed parum effecit, imò augebatur ferè singulis horis dolor & ita, ut neque sedere, neque stare, neq; obambulare posset; hinc in consilium ego vocor. Ego meo officio satis facturus jubeo, ut vesicæ regionem sequ. linimenro ad dilatandos nimirum meatûs inungeret.

℞. *Ol. Scorp.* ℥j.
lilior. ℥ iß.
Rut. ℥ ß.
Chæref. dest. gutt. x.
Cer. parum.
F. Unguent.

Ad promovendam & eliciendam urinam intra corpus sumsit sequentia:

℞. *Aqu. Pariet.*
Alkek. ana ℥ iijß.
Tart. vitriolat. ℈ijß.
Lapid. prun. ℨ ß.
Spir. sal. gutt. XII.
Syr. de pariet. ℥ iß.
Dividatur in 3. partes pro usu.

IV. DE

IV.

DE DIFFICILI URINÆ *excretione in gravidâ.*

Uxor cujusdam Reſtionis, per 8. menſes prægnans, urinæ ſuppreſſionem patitur. Erat jam quintus dies, quo non poterat mejere. Unde maritus me acceſſit, conſilium & auxilium petens. Ego præſcribo ſequentia.

℞. *Herb. pariet.* M ij.
Chærefol. M j.
Flor. Chamom. p. ij.
Rad. alth. ℥ ſ.

Inciſa coquantur in aqu. ſimplic. ad modicam mollitiem & contuſ. add.

Ol. Scorp. ℥ j.
Butyri f. ſ. ℥ ij.
F. Ungvent.

Dialth. ℥ ſ.
F. Emplaſtrum.

V.

DE Δυσουρία IN SENE *calculoſo.*

Senex quidam corpore εὐσάρκῳ & plethorico, conqueſtus de mictionis difficultate, quam oriri ſuſpicabatur à Calculo ſeu arenulis, quarum multas ſæpè cum urina excernebat, me adiit, & conſilium petiit; Cui ego ſequentem aquam præſcripſi.

℞. *Aqu. deſt. petroſel.* ℥ ij.
Onon.
Aſparag.
Saxifr. ana ℥ iſ.
Syr. de parietar.
& de 5. radic. ana ℥ vj.
Lapid. Prun.
Crem. Tart. ana ℥ j.
Spir. Sal. ℈ j.
Miſce.
Doſ. Cochlear. bina.

An juverit uſus aquæ hujus vel non, utique ignoro, ſiquidem nihil impoſterum de illo cognovi; credo tamen, ipſi profuiſſe, cùm amplius me non acceſſerit, aut meum conſilium expetient.

VI.

DE RETENTIONE URINÆ in Ruſtico.

Sequentia anno 1626. juvabant optimè Ruſticũ quendam

dam Osterodensem, quamvis ab omnibus adstantibus pro deplorato haberetur.

℞. *Fol. malv.* M iij.
Flor. melilot.
chamom. ana M j.
Summit. aneth. M iij.
parietar.
Mercur. ana M ſ.
Rad. Alth.
Lilior. alb. cum foliis ana ℥ j.
Panis Lini ℥ ij.
decoquantur in ſ.q. aqu. deinde contundantur add.
℞. *Ol. Lini,*
amygd. d.
lil. alb. ana q. ſ.
Ungv. dialth. ℥ iſ.
Butyr. non ſalit. q. ſ.
F. Emplaſtrum,
& pectini & veſicæ imponatur calidè bis vel ter in die, ſed prius affecto loco inuncto oleis ſequentibus:
℞. *Ol. Lini,*
amygd. d.
aneth.
Iren. ana ℥ j.
Scorpion. ℥ ſ.
Miſc. pro Linimento.

VII.
DE JUVENE IN URINÆ *anguſtia cum gravibus Symptomatibus.*

Fratris mei filius, ætatis ſuæ xx. annorum patitur, omnimodam urinæ ſuppreſſionem: quam comitabantur gravia ſymptomata, nempè animi defectio, nauſea, ſudores frigidi, & vitæ deſperatio. Præſcripſi, alvo prius apertâ, ſequens Cataplaſma, quod inſtar incantamenti lotium promovit.

℞. *Parietar.* M ij.
Chærefol. M iſ.
Inciſa & contuſa ad mollitudinem decoquantur; add.
Butyri recent. ℥ ij.
Calidè pectini applicetur, hoc ita profuit, ut nullis aliis remediis opus fuerit.

Aliud.

Leonhardo Ruſcheln Civi N. dedi olim pulv. Calcatrippæ ℈ j. in aqu. petroſel. & ſtatim urina egreſſa eſt.

VIII. DE

VIII.

DE RETENTIONE URInæ in Cive Franckenhuſano.

Civis quidam Franckenhuſanus, 52. annos natus, in omnimodam urinæ ſuppreſſionem incidebat, cum tanto dolore & cruciatû, ut ferè in deſperationem deveniret. Illum juſſi, ut pulv. ſuccini alb. ʒſ. in aqu. Raphani ſumeret, nihilq; aliud quàm Cereviſiam Numburgenſem biberet, per duos vel tres dies, & ſic altero die ſtatim urina ſine impedimento copioſè effluxit, & liber ab hoc deſperato malo evaſit.

IX.

ALIA CURA IN RETENtione Urinæ.

Alius Civis Heringenſis, tanto cruciatû ob retentionem urinæ affligebatur, ut flebili dolore & ferè ejulatû diesque noctesque ad aliquot dies perduceret; Hic paucis hiſce ſanatus, & liber ab hoc malo factus eſt: Primò paravi balneum ex ſolis herbis & radicibus emollientibus, cum tribus vel quatuor manipulis inciſi Raphani, poſtea dedi hoc:

℞. *Syr. de pariet. ana* ℥iiſ.
de Alth.
Fenic. ℥ iſ.
de 5 q. radic. ℥ j.
Aqu. alkekeng. ℥ij.
Miſc. Doſis fuit 2. vel 3. cochlearia.

Totum peritonæum Ol. Scorp. etiam inunctum fuit.

X.

ALIUD EXEMPLUM.

Nobilis Matrona 70. annorum, ut & alii, devenerunt aliquando in omnimodam urinæ retentionem. Quibus adjutum fuit ſequentibus.

℞. *Flor. Cyan.*
Calcat. ana M ij.

Aqu. heder. terr.
petrosel. ana q.s.

Coque, de Colatura postea bibe calidè aliquoties haustũ. Pectini simul impositæ sunt cepæ incisæ, & oleo Scorp. coctæ. Atque sic hæc Matrona ab aliis Medicis desperata derelicta, intra duos dies optimè convaluit, DEO sit laus in æternum. Chirurgi utuntur sæpissimè in hoc affectu suis candelis cereis & cathetere.

MISCELLANEA

quædam variarum compositionum Galenico-Hermeticarum, quibus ego familiariter in Praxi meâ præter cætera utor.

UNiversale est ferè remedium ad Calculũ & Tartareos morbos, idq; propter varias signaturæ formas; Autoris nimirum continuis ℈ s. vel ℈ ij, si in aquis specificis, Ononidis, Petrosel. Hederæ terrestris (mulieribus in aqua Artemisiæ, Melissæ, Baccar. junip.) degustentur.

℞. *Mag. Ocul. cancr.* ℥ ij.
Corall.
Succin. ana ℥ j.
Sal lap. percar.
Microcosmi fixi ana ℥ j.
Cryst. Tartari,
Ol. Cinamomi ℈ s.
Petrosel. gutt. v.
Sacchar. alb. cand. ℥ iiij.

M. F. omnium pulvis subtilissimus. D. ad Schatulam.
S. vermischte Stein Pulver.

Aliud.

FRanguntur lapides & à Renibus secernuntur, sabulosæque hypostoses per urinam expelluntur, si alternis diebus in Syrupo vel brodio de consignato spiritũ gutt. xv. vel xx. assumantur.

℞. *Spir. Sal. rectif.* ℈ iis.
Nitr. rectif. ℈ is.
fragor. ℈ ij.

Rubeat cum Syrupo viol. simpl. q. s. S. Stein Spiritus.

Aliud.

Aliud.

Nec minus celebris & virtuosa est hujus Aquæ pellentis & confortantis operatio, simul omnem Ischuriam, Dysuriam atq; Stranguriam, citra molestiam solvens.

℞. *Aqu. fragor.* ℥ iij.
petrosel.
saxifragæ ana ℥ ij.
Spir. fragor.
Berb. ana ℥ iſ.
Syr. rub. Idæi ℥ ij.
Berberum,
fragorum ana ℥ ſ.
violar. ℥ j.
Spir. Salis, Tart. aut Vitriol. ana ℥ ſ.
M. D. S. Stärckend treibe-Wasser in Steinwehen.

ELIXIR JUNIPErinum.

℞. Gran. juniper. matur. & recent. q. ſ. contunde crasso modo, affuſ. aq. fragariæ & petroſel. ana q. ſ. Hinc exprime, abstrahendo expressum inspiſſa ad consistentiam mellis. Adde mellis juniperin. parum & Spiritûs junip. ℥ ij. Hujus compositionis ℞ 2 ℔. 1. quart. adde Spir. fragar. ℥ ij. vel ℥ iij. Sacchari dissoluti in aqua fragariæ q. ſ. F. julepus.

USUS.

Allemal vor in und nach dem Newen / auch vor in und nach dem Vollen Monden / ein Löffel voll eingenommen. Est certum & infallibile medicamentum contra Calculum.

POTIO NEPHRItica.

℞. *Aqu. contra Calculum nostræ descriptionis* ℥ iij.
fragariæ,
fœniculi ana ℥ iſ.
Salis restæ bovis,
Chamomill.
Tart. vitriol. ana ʒ ſ.
Spir. ſalis gutt. vj.
Sacch. Candi ℥ j.

Fiat potio anti-Nephritica, detur duabus vel tribus vicibus.

ALIA AQUA CONTRA Calculum.

℞. *Aqu. contra Calculum nostræ descriptionis* ℥ iij.
Graminis,
fragariæ,
fœniculi,
petrosel. ana ℥ ß.
Tart. vitriol.
Sal. ononid.
Tartari,
juniper.
Genistæ ana ℈ j.
Spir. Sal. gutt. viij.
Rob ribium ℥ j ß.
Spir fragariæ ʒ j.
Sacchari q. s. pro dulcore.
Dosis cochl. 3 vel 4.

DECOCTUM EFFICACISSIMUM in expellendis Calculis & promovendâ urinâ.

℞. *Sem. melon.*
althææ ana ʒ j.
Cicer. rubeor. ℥ iij.
Sem. quat. frigid. majorum ana ʒ ij.
Hordei mundi ℥ iß.
Caricar. Nro viij.
Sebesten Nro x.
Glycyrrh. ℥ j.
Rad. petros.
fœnicul.
ononidis ana ℥ ij.

Contusa & concisa da in charta.

Coquantur in aqua communi ad ℔ i ß. reiteretur usus quoties opus fuerit.

PULVIS, QUO USUS fuit D. Lutherus.

℞. *Cinamomi,*
Saxifragæ,
Milij Solis,
Herb. Capill. Ven.
Sem. Saxifrag.
asparagi,
melonum ana ʒ j.
Lap. Lync.
Judaici ana ℈ j.
Misce pro pulvere.

Dosis ʒ j, per se vel in vehiculo conveniente.

Alius.

℞. *Sem. Saxifrag.*
Apij ana ʒ j.

Rasur.

Rasur. glycyrrh. ℥ ij.
Gran. alkekengi,
mespilor. ana ℈ j.
Sem. milij Solis,
petrosel.
Rad. pimpinell. ana ℥ ij.
Ocul. cancr.
Mandib. Lucii piscis ana ℥ ß.
Sacchari ℥ iß.
F. Pulvis.

Alius.

℞. *Nucl. persicor.*
mespilor.
Sem. milij Solis,
Bardanæ,
petrosel.
saxifrag. alb.
althææ,
anisi,
fœniculi ana ℥ iiß.
Cryst Tart. ℥ ij.
Ocul cancr. ℥ ß.
Sal. ononidis ℥ j.
Chamomill. ℥ß.
Lap. percar.
Judaic.
Sacch. albi q. s. ad gustum suaviorem.
Dosis à ℥ j. ad ℥ ij θεραπείας causâ, singulis quadris Lunæ. Prophylaxis verò gratiâ à ℈ j. ad ℈ ij. in aqu. specificâ.

Alius.

℞. *Spec. diamelon.* ℥ iiß.
pulv. lithont. ℥ iß.
Cryståll Tart. ℥ ij.
Sangv. hirci præp. ℥ j.
Herniariæ ℈ iiß.
Tart. vitriol ℥ ß.
Sacch. Cand alb. ℥ ß.
Irrorentur Spiritû fragor. F. P.
D. S. kräfftiges Grießpulver.

Alius.

℞. *Tart. crystållis.* ℥ iiß.
Pulv. virg aur. ℥ ij.
Ocul. cancr. præp.
Gran. saxifrag. ana ℥ iß.
Pulv. rad. glycyrrh. ℥ iß.
Sacch Candi ℥ vj.
M. F. p. S. Außführendes Steinpulver.

BALNEUM SEU INSESSUS IN CALCULO.

℞. *Rad. althææ,*
vel apcritio, in tot. ℔ ß.

Herb. emollient. M iiij.
Senecion.
Polygoni,
Parietariæ,
Betonicæ,
Verbenæ in tot. p. iij.
Sem. lini,
fænugræc. ana ℥ iß.
apij,
petrosel.
carvi ℥ ij.
Coque in aquâ commun. pro Balneo.

Aliud Balneum.

℞. *Flor. chamomill.*
Herb. Anethi,
meliloti,
abrot.
saxifrag.
althææ,
malvæ ana M iij.
Rad. petroselini,
fænic.
ononidis,
violar. ana ℥ iij.
Sem. milij Solis,
Lini ana ℥ iij.
fænugræc.
anis,
ammeos ana ℥ j.

Bulliant omnia in s. q. aquæ commun. in quâ priùs incoxerint capita vervecum, & serventur usui.

ALIUS INSESSUS VALdè utilis calculosis.

℞. *Rad. malvæ,*
althææ,
Lilior. ana ℥ ij.
Herb. parietar.
malvæ,
veronic.
Flor. chamomill.
melilot.
genistæ ana M ij.
Mercurial.
saxifrag.
ononidis,
petrosel. ana M j.
Sem. Lini,
fænugræc. ana ℥ iß.
Rad. raphani ℥ ij.

Coque omnia in aquâ dulci pro insessû.

SAC-

SACCULUS APPLICANdus calidè dolenti lateri in Nephritide.

℞. *Herb. parietar.*
saxifrag.
malvæ,
Flor. Chamomill. ana M j.
Tartari crudi ℥ j.
Sem. lini,
fœnugr. ana ℥ ſ.
Ex incisis paretur Sacculus.

ALIUS SACCULUS.

℞. *Radic. althææ cum foliis,*
Fol. malvæ ana M j.
Sem. lini,
fænugræc. ana ℥ j.
Flor. Chamomill.
sambuci,
meliloti ana M ſ.
Coque in aquâ communi. Et in illo decocto, spongia madefacta & expressa, applicetur loco dolenti.

ALIUS IN NEPHRItide.

℞. *Radic. raphani,*
althææ,
saxifragæ,
lil. alb. ana ℥ j.
Senecion.
Parietar.
violarum,
Sisymbrii aquatici ana M j.
malvæ,
parictariæ ana M ſ.
Sem. saxifr.
milii Solis ana ℥ ſ.
Fiat decoctio in tertiâ parte aqu. commun. & unâ parte aquæ saxifragæ, & quâ foveatur regio Renum cum spongiâ.

UNGVENTA SEU LInimenta.

℞. *succi malvæ* ℥ ij.
Pingv. cuniculi ℥ ij.
Coque simul; adde
Emplast. Diachyl. ℥ vij.
Ol. scorpion. ℥ j.
Misce iterùm lento igne.

Aliud Ungventum.

℞. *Ungv. Rosat. Mes.* ℥ iſ.
Ol. amygd. amar.
scorpion. ana ℥ j.

Muscl.

Muscilag. sem. althææ,
malvæ,
fænugr. an. ℨvj
Misce pro Ungvento.

UNGVENTUM EXPERtissimum in Nephritide.

℞. *Axungiæ Cervin.*
Galli ana ℥ j.
Ungv. Dialthææ,
Ol. Scorpion.
Lilior. alb. ana ℨvj.
Chamom. destill. ℨ iß.
stillatitiæ Ceræ ℨj.
Spir. Terebinth. ℨ ß.
Ceræ q. s. pro Ungvento.

CATAPLASMATA.

℞. Parietar. Coque illam cum radic. Petros. Radices expressæ abjiciantur, & addantur Cæpar. sub cineribus coct. 6. vel 9. prout quantitas herbæ requirit. Affunde ol. amygd. amar. & in graviss. doloribus, oleum Scorpionum.

Hôc Catapl. mirificè dolorem Nephrit. sedari, & Calculum elidi magno successu, compertum est.

Idem & hoc valdè probatum.

℞. *Malvæ,*
Pariet. virid. ana M iij.
Raphan.
Petrosel. cum toto ana Mj.
Coqu. in s. q. aqu. puræ, & additis Cępis tribus ac Ol. amyg. dulc. q. s. Fiat. Catapl.
Deinde contunde cum
Ol. Scorp.
amygd. amar.
ad formam Emplastri extendatur, ac loco affecto applicetur.

Idem & huic plurimùm tribuitur.

℞. Cancror. Nro x11. Coqu. in aqu. simpl. & contund. postea expr. Imbuatur succo panis albus, & adde Vitell. ov. Nro v. Ol. Scorp. & amygdal. dulc. ana ℥ iij.
Misc. pro Catapl.

EMUL-

EMULSUM VALDE utile in Nephritide.

℞. *Sem. quat. frigidor. major. excortic. ana* ʒj.
violar. purpur. ℈j.
alkekengi ʒv.
Nucl. persicor. Nro ix.
cerasor. nigr. ʒj.
Aqu. frag.
alkekeng.
saxifrag.
parietar.
violar.
petrosel. ana ℥ iſ.
F. Emulsum quod dulcoretur
Manus Christi perlat. ʒj.
S. gelinde treibende Milch.

PILULÆ, QUIBUS FREquenter uti soleo.

℞. *Sem. milij solis,*
Petrosel.
saxifrag.
chærefolij ana ʒj.
Sangvinis hirci præparati ana ℈ij.
Succi liquiritiæ ℈ iiij.
Trochisc. alkekengi sine opio.
Therebinth. parum lotæ in aqua fæniculi.
F. pilulæ.

ALIÆ PILULÆ.

℞. *Therebinthin. lotæ novies in aqua petroselini* ʒ jſ.
Rhabarbaræ ʒj.
pulv. cetarah ℈ iiij.
cinamomi,
succini albi ana ℈ij.
Glycyrrh.
q. ſ. Fiat massa pilularum. Dosis ʒij. singulis mensibus.

ALIÆ.

℞. *Sem. paliuri,*
milii Solis,
alkekengi ana ʒj.
saxifrag.
fæniculi ana ʒ ij.
malvæ,
althææ ana ℈j.
Succi glycyrrh.
bdellij.
Gummi cerasor.
prunor. ana ʒſ.
Sangv. hirci præp. ana ʒ ſ.
Excipiantur terebinthinâ. F. massa Pil. Dosis à ʒſ. ad ʒj.

J Sequun-

SEQUUNTUR NUNC Clysterum paradigmata.

Nihil melius est in Calculo Clystere alvum eluere. Ita enim consulit Hippocrates 6. Epid. 1. com. 6. Hôc remedio & dolores mitigantur, sublatâ compressione Renis obstructi & simul meatûs, per quos deducendus Calculus, laxantur, ut calculorum duritiei cedant.

Clyster hic valdè commendatur, qui emollit & dolorem sedat.

℞. *Rad. althææ,*
lilior. alb. ana ℥j.
Herb. pariet.
malvæ ana M iſ.
Flor. chamom.
meliloti ana p. j.
Sem. malvæ,
fænugræc. ana ℥j.
anisi,
Cymini ana ʒiij.
Coque in ſ. q. aquæ pro ℥x. vel ℥xij. Colaturæ adde
Ol. chamomill.
lilior. alb. ana ℥j.
Misce, detur in Vesicâ cum fistulâ.

ALIIS HOC PRÆSCRIPSI Enema, quod fortius est priori.

℞. *Rad. lilior. alb.* ℥j.
ononidis
petrosel. ana ʒvj.
Herb. Veron.
parietar.
mercurial.
saxifrag. ana M ſ.
Flor. Chamom.
genistæ,
lilior. alb. ana p. j
Bacc. junip.
Sem. lini ana ʒvj.
Anisi,
apij,
petrosel. ana. ʒiſ.
Coqu. in aquâ commun. ad lib. j. In colaturâ dissolve
Electuar. Diaphænic.
Benedict. laxat.
(*vel Elect. Justin.*)
ana ℥ſ.
Ol. anethi,
lilior. alb.
scorpion. ana ℥ſ.
Salis parum.
Misce pro Clystere.

OLIM

OLIM ILLUSTRI PERsonæ hoc applicavi, quod benè profuit.

℞. *Herb. emollientium ana* M j.
Coque moll. cum aquâ communi pro lib. j.
Colaturæ adde
Ol. scorpion.
rutæ ana ℥j.
chamomill.
petros. destill. ℈j.
Laur. ʒ ij.
Elect. laxativ. ʒ iſ.
bacc. laur. ʒj.
Mell. rosat. ʒ iſ.
Nitri præparati gr. xv.
Vitell. ovor. Nro. xv.
Salis ad magnitudinem pisorum. F. Clyster.

HOC OLIM GRAVIDÆ injeci sine ullo incommodo.

℞. *Rad. althææ,*
lilior. alb. ana ℥j.
Herb. malvæ,
parietar.
Veron. ana M ij.
Flor. chamom.
meliloti ana p. j.
Sem. lini,
fænugr. ana ℥j.
Adde mellis rosati ℥j.
Ol. amygdal. d. ℥ij.
chamomill. ℥ j.
Misce, fiat Clyster.

Aliud.

℞. *Rad. malvæ cum foliis* M ij.
althææ ℥ iſ.
Mercurial.
parietar.
Betæ,
caul. rubr. ana M j.
Flor. chamomill.
meliloti,
Anethi ana p. j.
Sem. lini,
fænugræci ana ʒ ij.
anisi,
fæniculi ana ʒj.
Coque pro lib. j.
Adde Cassiæ extract. nov.
Elect. diacarth. ana ℥ ſ.
bened. laxat. ʒij.
Vitell. unius ovi,
Ol. amygd. d.
chamomill.
anethin. ana ℥j.
Salis ʒ iſ. *Misce pro Clystere.*

Aliud in eodem affectu.

℞. *Rad. althaeae* ℥j.
Fol. malvae,
parietar.
veron. ana M ij.
Coque in aquâ purâ, exprime.
Colatur. hujus ℞. ℥ xij. vel ℥ xv. adde
Ol. amygd. d.
amar. ana ℥ iß.
Sacchari ℥j.
Misce pro Clystere.

CONDITUM CONTRA Calculum.

℞. *Conserv. cynosb.* ℥ iß.
Capill. vener.
Radic. eryngij conditi,
pimpinell. condit.
ana ℥ vj.
Extr. gran. juniper. ℥ iß.
Magist. Tartari ℥j.
oculor. cancri & salis ononidis ana ℈ ij.
Cum s. q. de syrup. parietariæ & Spiritûs vitrioli, q. s. ad acorem. Misce.

Aliud conditum in Nephritide.

℞. *Conserv. malvae & rosar. ana* ℥j.
Spec. Electuarij Justin. ℥j.
Sem. ameos,
petrosel. ana ℥ß.
Cinamomi,
Galang. ana ℈ j.
Fruct. alkekeng. Nro. v.
Cum syrup. capill. veneris.
Misce pro condito sive Electuario molli.

Aliud Electuarium.

℞. *Sem. apij*,
petroselini,
Milij Solis,
Radic. saxifrag.
polij montan.
aristoloch. rot. ana ℥j.
Lapidis lyncis,
judaici,
spongiae ana ℥ iiß.
Sangvinis hirci praeparat. ℥iij.
Liquiriz. pulveris. ℥ß.
Oxymel. comp.
Sacch. albi ana lib. ß.

Aceti

Aceti scyllitici ℥ ſ.
Miſce pro Electuario.

ROTULÆ CONTRA Calculum.

℞. *Magiſter. oculor.*
crancror. ſolut.
putam. ovor. ana ℈ ij.
Lapid. jud.
ſpongiæ ana ℥ ſ.
Cryſtall. tartari ℈ ij.
Sacch. alb. diſſol. in aquâ petreſolini, q. ſ. F. confectio in Rotulis.

ALIÆ.

℞. *Nucl. perſicor.* ℨ ij.
Lapid. lincis,
judaici ana ℈ j.
Sem. milij ſolis,
alkekengi ana ℨ ſ.
Geniſtæ,
Aſparagi,
Baſil. ana ℈ ij.
Nucl. meſpilor. ℨ iſ.
Sem. ſaxifrag.
apij,
fænugr. ana ℨ j.
Althææ. ℈ iſ.
Dauci ℈ j.
Spec. Elect. lithontr. ℨ ſ.
Cum ſacch. anthoſat. diſſol. in aquâ petroſ. F. Tabellæ ponderis ℨ iij.

ALIÆ TABELLÆ.

℞. *Sem. quatuor frigid.*
major. enucl.
petroſel.
baſilic.
apij. ana ℨ ſ.
Radic. petroſel.
pimpinell.
aſparagi, ana gr. xv.
Spec. lithontri.
diamelon. ana ℨ ſ.
Sacch. alb. diſſol. in aquâ ſaxifragæ q. ſ. F. Rotulæ.

CATALOGUS CONTINENS varia contra Calculum Renum medicamenta cùm ſimplicia tùm compoſita, cùm vetera, ſeu Galenica, tùm nova ſeu Hermetica, in tres Claſſes, nimirum in Vegetabilia, Mineralia, & Animalia diſtributa.

I. VEGETABILIA.

Saxifraga.
Virga aurea,
Raphanus,
Ononis,
Parietaria,
Polygonon,
Petroselinum.
Avellanæ rubræ,
Calamus aromaticus,
Tribulus terrestris,
Amygd. amar.
Nuclei persicorum,
Terebinthina,
Fructus alkekengi,
Baccæ juniperi,
Lignea membrana nucis juglandis,
Lapilli mespilorum,
Liquor betulæ,
Gummi cerasorum,
Resina abiegna,
Capillus Veneris,
Chamomilla,
Herniaria,
Sem. berberis & flores,
Genistæ,
Milium Solis,
Sem. Bardanæ,
Portulacæ succus,
Gummi palmitum vitis,
Sem. rusci seu brusci,
Gummi prunorum,
Cordex radicis lauri,
Diptamnus albus,
Urtica,
Eryngium,
Ceterah,
Hedera terrestris,
Muscus terrestris,
Usnea,
Radix Graminis,
Hypericum,
Fungi nonnulli,
Filipendula,
Succus Limonum,
Paliurus,
Cicer,
Tartarus vini,
Bdellium,
Allium,
Artemisia,
Pæonia,
Sangvinaria,
Pimpinella,
Mentastrum,
Cynosbati,
Althæa,
Malva,
Carduus benedictus,
Acini hederæ,

Chrith-

Chrithmum marinum,
Veronica,
Ficus,
Fœniculum,
Vinacei,
Lignum Nephriticum.

II. MINERALIA.

Lapis Nephriticus,
Judaicus,
Lyncis,
Spongiæ,
Selemnites.
seu Dactylus Idæus,
Silices,
Crystalli,
Vitrum combustum.

III. ANIMALIA.

Lapis microcosmi,
Lapillus in jecore apri sylvestris repertus,
Lapis percarum,
Carpionis,
Lapilli ventriculi ac vesicæ fellis bovium,
Lapis cancrorum,
Cancri integri,
Sangvis hirci præp.
Motacilla,
Putamina ovorum,
Membrana interior ventriculi galli,
Passer troglodytes,
Leporis combusti pulvis,
Columba juvenis,
Columbarum stercus,
Aselli vel millepedes,
Cicadæ ustæ,
Pulvis secundinæ puerperæ,
Excrementum album pullorum gallinaceorum.
Sangvis vulpinus,
Intestina Ciconiæ,
Talus leporis,
Butyrum.

NOVA ET SPAGYRIca elaborata.

AQUÆ.

Aqua alkekengi,
alliorum &
cæparum,
Ononidis,
Raphani,
Saxifragæ,

Parie-

Parietariæ,
Petroselini,
Florum fabarum,
fragorum,
genistæ,
Pimpinellæ,
Betulæ,
Nucleorum persicorum,
Asperulæ,
Vini seu Vitæ,
Eryngij,
Urinæ humanæ,
Nasturtij,
Lariceæ,
Veronicæ,
Althææ,
Linariæ,
Sangvinis anatis.

OLEA DESTILLATA.

Oleum cantharidum,
Juniperi,
Camphoræ,
Ludi,
Lappæ majoris,
Philosophorum,
seu de lateribus,
Terebinthinæ,
Crystallorum,
Succini albi.

SALIA CHYMICA.

Sal Chærefolij,
Petroselini,
Ononidis,
Corticum fabarum,
Chamomillæ,
Fragariæ,
Juniperi,
Genistæ,
Testarum ovorum;
Cancrorum,
Microcosmi,
Levistici,
Parietariæ;
Succini volatilis;
Sal nitri,
Lapidum spongiarum;

EXTRACTA.

Extractum ononidis,
Betonicæ,
Eryngij,
Petroselini,
Veronicæ,
Saxifragæ,
Gran. juniperi,
Gran. alkekengi,
Pimpinellæ.

SPIRI-

SPIRITUS.

Spiritus Urinæ,
Salis communis,
fragorum,
vitrioli,
Tartari,
Terebinth.
ſulphuris,
ſalis antimonij,
Calcis vivæ.

MAGISTERIA ALIÆQ; Eſſentiæ Chymicæ.

Aurum potabile,
Liquor Cryſtallorum,
Ocul. Cancrorum,
Magiſt. Tartari vitriol.
lapidis Judaici,
lapidis lyncis,
Teſtarum limacum,
Cryſtalli Tartari.

COMPOSITA MEDICAMENTA.

Syrup. d. parietariâ,
d. veronicâ,
d. ſucco eryngij,
fructuum Sebeleorum,
Capill. Veneris,
Alkekengi,
d. althæa Fernelij,
d. quinq; radic.
Oxymel. compoſ.

TROCHISCI.

Trochiſci d. ſuccino.

CONSERVÆ.

Conſerv. cynosbat.
florum malvæ.

CONDITA.

Condit. rad. eryngij,
pimpinellæ,
Cynosbati.

SPECIES AROMATICÆ.

Species lithontr.
Elect. Ducis,
Elect. Juſtini,
Diamelon.

CONCLUSIO.

Fruere itaq; his, amice Lector, & utere ad multorum ægrotorum sanitatem, tibique persvasum habe, si adversus raucas & inconditas malorum Corvorum crocitationes, nec non virulentissima Zoilorum meorum rabiosissimorum spicula protegeris, & hosce meos labores approbatum iveris, imposterum calcar addes, decurias reliquas jam pridem à me conscriptas, sed & pluta alia, & quidem longè præstantiora, ex penu Hermetico & Hippocratico deprompta ac eruta, liberaliter tecum communicandi.

Eccleſ. XXXVIII. cap.

Honora Medicum propter neceſſitatem: Dominus enim ejus autor eſt, Nam omnis Medicina manat ab altiſſimo.

Diſciplina Medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur. Altiſſimus de terra procreavit medicamenta, nec abhorrebit illa vir ſapiens. Id. ibid.

DEO ſit Laus & Gloria.